TRUSTEES FOR HARVARD UNIVERSITY

EX LIBRIS
DUMBARTON OAKS
LIBRARY

Source mat., graph. (Calif.)

TA 16
.3/6 A4

V. 8
1685

HISTORIÆ BYZANTINÆ SCRIPTORES POST THEOPHANEM.

Byzantinae historiae scriptores varii

HISTORIÆ BYZANTINÆ SCRIPTORES POST THEOPHANEM,

PARTIM NUNC PRIMUM EDITI,
PARTIM RECENSITI, ET NOVA VERSIONE ADORNATI:
quorum Catalogum proxima pagina indicabit.

Cura & ſtudio τῆς μακαρίτης R. P. FRANCISCI COMBEFISII
Ordinis FF. Prædicatorum Congregationis S. Ludovici.

Tho: Wentworth
A M: Coll: Divi Joh
Cant: 1711

44378

PARISIIS,
IN TYPOGRAPHIA REGIA
Excudebat SEBASTIANUS MABRE-CRAMOISY, Regis Typographus,
& Regiæ Typographiæ Director.

M. DC. LXXXV.

ELENCHUS
AUCTORUM,
QUI IN HOCCE VOLUMINE CONTINENTUR,
ET
A MICHAELE CUROPALATA IMPERATORE,
IN QUEM DESINIT THEOPHANIS CHRONICON,
USQUE AD NICEPHORUM PHOCAM
SCRIPSERE.

CHronici jussu Constantini Porphyrogenneti conscripti, a Leone Armenio usque ad Michaelem Theophili F. lib. IV. Ex MS. Cod. pag. 1

Idem Constantinus Porphyrogennetus de Basilii Imp. avi vita & rebus gestis. Cum nova versione. pag. 132

Anonymus Continuator Theophanis, a Leone Sapiente usque ad Romanum, Constantini Porphyrogenneti F. Ex MS. Cod. pag. 217

Orthodoxorum Invectiva adversus Iconomachos. Ex MS. Cod. pag. 303

Joannis Jerosolymitani Narratio de Iconomachis. Ex MS. Cod. pag. 312

Joannes Cameniata, & Demetrius Cydonius, de Excidio Thessalonicæ. Cum nova versione. pag. 317

Symeonis Magistri ac Logothetæ Annales, a Leone Armenio usque ad Nicephorum Phocam. Ex MS. Cod. pag. 401

Georgii Monachi Vitæ recentiorum Imperatorum, a Leone Armenio usque ad Constantinum Porphyrogennetum. Ex MS. Cod. pag. 499

HIC porro monendus Lector, R. P. COMBEFISIUM hosce Auctores notis illustrare in animo habuisse, quod colligere licet ex numeris voluminis istius marginibus subinde affixis; sed has, præter inchoata forte dumtaxat quædam fragmenta, post illius obitum haud fuisse inventas.

LUDOVICO MAGNO,

REGUM

AUT ARBITRO AUT VICTORI,

HISTORIÆ BYZANTINÆ,

CUI ILLUSTRANDÆ INCUMBIT

TOT ABHINC ANNIS

TYPOGRAPHIA REGIA,

NOVUM HOC VOLUMEN

OFFEREBAT

INEUNTE ANNO M. DC. LXXXV.

SEBASTIANUS MABRE-CRAMOISY

REGIÆ TYPOGRAPHIÆ DIRECTOR.

ΧΡΟΝΟΓΡΑ-



Ex Emin. Cardinal. Francisci Barberini Vaticano Apographo.

ΧΡΟΝΟΓΡΑΦΙΑ
ΣΥΓΓΡΑΦΕΙΣΑ

ΕΚ ΠΡΟΣΤΑΓΜΑΤΟΣ ΚΩΝΣΤΑΝΤΙΝΟΥ ΤΟΥ
Φιλοχρίστου καὶ Πορφυρογεννήτου Δεσπότου, υἱοῦ Λέοντος τοῦ σοφωτάτου Δεσπότου καὶ Αὐτοκράτορος .....
ἀρχομένου ὅπου ἔληξε Θεοφάνης .....
τῷ Βασιλεῖ Μιχαὴλ υἱοῦ Θεοφίλου τοῦ Κουροπαλάτου, ἤγουν ἀπὸ τῆς βασιλείας Λέοντος τοῦ Ἀρμενίου.....

ΤΩΝ ΔΕ ΚΑΘ' ΕΚΑΣΤΑ ΥΠΟΘΕΣΕΙΣ Ο ΑΥΤΟΣ
Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος Φιλοπόνως συνέλεξε, καὶ βιαιοτέρως ἐξέθετο, ...
ἵνα τῆς μετέπειτα δηλαδὴ γενεᾶς ...

CHRONOGRAPHIA
CHRISTI AMANTIS,

AC PORPHYROGENNETI DOMINI CONSTANTINI,
sapientissimi Domini Leonis Imperatoris Filij jussu conscripta, ... inde ducens exordium ubi Theophanes desiit ..... Michaele scilicet Theophili filio Curopalata Imperatore; hoc est, a Leonis Armeni Imperio .....

ARGUMENTA SINGULA IMPERATOR IPSE CONSTANTINUS
studiose collegit, & ne Posteros superiorum temporum Gesta lateant, dilucide, & ut capi facile possint, edidit.

PROLOGUS AUCTORIS.

ΚΑΙ τοῦτο πρώτως ἦλθεν ἐπὶ σὲ, ὦ φιλοσοφώτατε Βασιλεῦ, καλῶς, μετά γε πολλῶν ἄλλων τε καὶ μεγάλων, ὃ πάντως ἐχρῆν παραρρυέντα, καὶ χεχωρηκότα πρὸς ὃ μὴ ὄν, πρὸς παλιγγενεσίαν αὖθις καὶ παλιγλυκασίαν ἀναγαγεῖν, καὶ τῇ τῆς ἱστορίας ἐπιμελητείᾳ

Constant. Porphyrog. Continuat.

A

HOc quoque omnino, Sapientissime Princeps, ad alia tua multaque ipsa & magnifica ornamenta virtutesque accedit, quod ea quæ tempore pereffluxerunt, jamque esse desierunt, ad vitam denuo ortumque oppido novum studeas revocare; Histo-

xiæque bonum cura prosequaris; nec velut ij, qui ante Imperij clavum moderati sunt, abs Te negligi patiaris. Atque horum quidem, qui ea æmulati sunt, quæ nemo bonus unquam æmuletur, nulla nobis mentione habita; fuerunt quidam, qui ut supra vulgus præstarent, nihil operæ posuerunt, quod neque literis educati sint, sed rusticitatis ludibrium propudiumque extiterint. Quid enim ejusmodi Imperatorem excolere deceat, quod homini ratione prædito nihil commodi afferat: cum magis deceat virorum curam habere, præcipueque scientiæ rationalis, quibus Imperij robur præstatur: ne homines in præceps ruentes, paulatim obbrutescant: ac ne id, quo universis præcellimus, silentio traditum periclitetur.

Quantam vero tu, mitissime Princeps, operam posueris, tum in rationali scientia, tum in hominum cura, ut alia prætermittam, commemorabunt quidem homines sapientes, quando & tu ipse; vel potius tu ipse palam, quod & illi sapientes. Scribis autem ipse, manum duntaxat nostram tibi ministrantem assumens, quæcumque superioris ætatis hominibus gesta noscuntur; tametsi illa abunde vitiosa sint, nec virtutis laude admodum splendeant: quod hinc quoque viri studiosi commodum referant. Sane igitur omni alia occupatione otioque, eruditionis literarumque curæ posthabitis, quod nimirum, ea res doctrinæ historiæque amantibus subditorum animis æmulationem virtutemque inferat; ex iis, quæ aut ab aliis scripta, aut auditione accepta sunt, unum corpus contexens, communem quasi scholam uniuersis proponere, sagaci consilio decreviſti. Hujus Historiæ illud optimum ratus initium, ubi felicis memoriæ Theophanes scribendi finem fecisset: [ita nimirum ut omnium Imperatorum ad hanc usque ætatem Tuumque Imperium, res gestas sermone complectatur. Quanquam inclyti Aui tui inter Augustos fama celeberrimi Basilij Imperatoris gesta abs Te conscripta, omnique perspicuitate ac sermonis ornatu verè sincereque ab eruditissima prudentia Tua, omni denique fide narrata, supervacuum nobis sit ullo modo retractare:] quem, sanguis necessitudine (illius ipse Nepos) propius contingens, cùm Tuis ornamentis abundè honestas, tum rursus quandam ab eo claritatem recipis.

A καλοῦ· ἀλλὰ μὴ τῆς περὶ τὴν βασιλικὴν ἐπιλημμένοις, ἀμελητέον, ἄρχμι. οἱ μὲν γὰρ ζῆλον ἐζηλωκότες τοῖς ἀγαθοῖς ἀζήλωτον, ὑπερεζηρίσθωσθαι τῶν λόγου. τινὲς δὲ ἐπιστήμης ἐπαπεδάκασι τὴν πολλῶν κατ' οὐδέν, ὅτι μὴ λόγου ἐτύχθησαν, ἀλλ' ἀγροικίας γελοίασι κατεπτύφημα. τί γὰρ τοιοῦτον ἐξασκῆν Αὐτοκράτορα δεῖ, ὃ μὴ .... ὑπιφέρῃ τὴν ὄνησιν μὴ λόγου γενομένων· δέον ἐπιμελεῖσθαι ἀνδρῶν, καὶ τῆς λογικῆς ὅτι μάλιστα ἐπιστήμης, ἐξ ὧν ὁ κράτος βασιλείας· ὡς αὖ μὴ λάθοιεν καταφρονητῆς φερόμενοι ἀλογωθέντες οἱ ἄνθρωποι, καὶ κινδυνεύσῃ τοῦτο, ὑπὸ τὴν πάντων ἀφανίζεσθαι, ἀφωνίᾳ παραδοθέν.

B Αλλ' ὅσον μὲν σοι πεπόνηται, φαίνεται Βασιλεῦ, περὶ τὴν λογικὴν, καὶ ὑπὲρ τὴν ἀνθρώπων ἐπιμέλειαν, ἵνα τ' ἄλλα... ..... ἱστορήσουσι μὲν οἱ σοφοὶ, ὅτι δὴ καὶ σύ· μᾶλλον δὲ δὴ σὺ σαφῶς, ὅτι γε καὶ ἐκεῖνοι σοφοί. ἰσορρᾷς δὲ αὐτὸς, χεῖρα μόνως λαβὼν ἡμῖν ἀμαυρουμένην σοι, ὅσα τοῖς περὶ σοῦ βεβίωται, κἂν ἀπηρρύντως ἔχωσι τὸ φαῦλον, ἢ οὐ λαμπρόν· ἐπεὶ καὶ τούτων ἔνεστι θηρᾶσαι

C τοῖς σπουδαίοις τὰ χρήσιμα. ἀμέλει πυγανείων πάσης ἀργολίας καὶ ἀργίας τὴν περὶ λόγου * περιτεμνῆς σπουδὴν, ἃ τε δὴ * σοσπατούτου μάλιστα τοῖς ἱστορικοῖς φιλομαθέσι τε καὶ φιλιστορδοῦσιν ζῆλον καὶ ἀρετὴν ἐγγεννᾷντος· τὰ μὲν ἐκ τῶν γεγραμμένων, τὰ δὲ ἐκ τῆς ἀκοῆς παραδιδομένων στοιχηδὸν, ὥσπερ τι κοινὸν διδασκαλεῖον προτίθησι πᾶσιν ἐβουλεύσω καλῶς· ἐκείνην ταύτην ἄρχμι εἰ) νομίσας τῆς ἱστορίας ἀρίστην, τὴν τοῦ μακαρίτη Θεοφάνη γενομένην καταληξιν [· πάντων τῶν Βασιλέων ἕως τοῦ νυνὶ κρατοῦντος καὶ τῆς βασιλείας σου τὰ παραγμένα ἁπλῇ λόγου συλλαβῇ· Εἰ καὶ τὸ ἀειδίμου σου πάππου τοῦ

D ἐν Βασιλεῦσι βύκλεοις Βασιλέως Βασιλείου τὰ περὶ σοῦ ἱστορούμενα, καὶ μετὰ πάσης σαφηνείας καὶ λόγου εὐκοσμίας κατὰ τὸν τῶν ἡμομένων ἀληθῆς καὶ εἰλικρινὲς εἰς τὸ φανερὸν παρὰ τῆς σῆς πολυμαθεστάτης εἰδήσεως ἐξαγορευθέντα, πρεπτὸν δὴ εἶπ οὐδενὶ σῳ διηγήσασθαι·] ὃν κατὰ συγγλῴφὴν καὶ ἀγχιστείαν, * ὁ εἰ) * π ἰμῶνος λαχὼν, ἀπεσημειώῃς τε ἐκ τῶν σῶν ἱκανῶς, καὶ ἀνεπλασμεσάκῃς αὖθις πρὸς αὐτῶν τινα βύκλεον.

* σοσπατούτου μᾶλλον.

Clausa addita ex coniectura R.P. Goar; eaque non seui, sed ex Scriptoris ipsius verbis petita.

Ἐκεῖνος μὲν οὖν εἰς τὴν τοῦ Κουροπαλάτου Μιχαὴλ βασιλείαν, καὶ ἧττάν τε ὑπ' αὐτοῦ τῶν Βυλγάρων συμβᾶσαν αὐτῷ καταστροφὴν ὑπὸ τῆς ἑαυτοῦ, κατέληγε, τῆς τοῦ Λέοντος μόνον μνησθεὶς ἀναῤῥήσεως· μηδὲν μήθ' ὅθεν ἦν, μήθ' ὅπως ἐπαύξη δῆλον τοῖς ἀναγινώσκουσι πεποιηκώς. ἡμεῖς δὲ, ὥσπερ τῇ κεφαλῇ τὰ ἄλλα μέρη συναπτοντες, αὐτῷ τε τῷ ἱστορεῖσθαι ὁλόσωμον, ἀλλ' οὐκ ἡμιτελῆ ἐπιδείκνυμεν, καὶ τοῖς τὸν ἑξῆς καὶ κάτω χρόνον, τοῖς μὴ ῥᾳδιουμένοις ζῶσι, παραδιδάξομεν, κέρδος, ἀλλ' οὐ ζημίαν αὐτοῖς περιξόμενοι. Εἴτε δὴ καλὸν καὶ τοῖς ἀσφάλειαν βίου δον, τῶν ἀγαθῶν τε καὶ μή, τὸν βίον γνωσόμεθα. A B

Is porro in Michaëlis Curopalatæ Imperio, acceptaque a Bulgaris clade per ſuorum proditionem, Leonis duntaxat proclamati Auguſti levius facta mentione, ſcribendi finem fecit; ejuſque nec natales aut patriam nec educationem Lectoribus aperuit. Nos autem velut membra reliqua capiti jungentes, tum ipſum Hiſtoriæ corpus integrum, non quaſi dimidia parte mutilum, repræſentamus; tum ad ea quæ deinceps ſecutiſque temporibus geſta ſunt traducimus; rem ſcilicet præſtantes, iis qui in otio & deſidia vivere noluerint, utilem, nihilque eis damni afferentem. Quippe bonum eſt & ad ſecuritatem cum primis utile, ut bonorum pariter atque malorum vitam cognoſcamus. Salutatus Theophani Leo Armenus, non enarratus. Sent.



ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ ΛΕΟΝΤΟΣ.

ΛΟΓΟΣ Α'.

LEONIS ARMENI IMPERIVM.

LIBER PRIMVS.

Leonis illaudatum genus.

I. EIVS itaque, quem dicebam, A Leonis patria, Armenia fuit. Genus, partim ex Assyriis, partim ex ipsis Armeniis propagatum fuit. Hi, cum scelestæ mentis proposito, truci nece parentes sustulissent, exilio damnati sunt: in quo velut profugi, pauperem tolerantes vitam, quem nominavimus, feram bestiam susceperunt. Jam itaque Leo pubertatis annos ingressus, in oppidum Pidra nomine, quod Orientalium Thematis est, migravit: ubi cum B viriles annos attigisset, bellicosissimis viris truculentissimisque connumeratus, strenui, fortisque pectoris viri laude claruit. Nicephorus, cum per id tempus Imperij habenas moderaretur, in Bulgaria insigni Romanæ rei ludibrio occubuit. Supremum is Ducem Bardanium, cognomento Turcum, destinaverat, quinque tunc Orientalium Thematum agentem Præsidem, ac qua pollebat bellica fortitudine, ac reliquarum vir-

Nicephorus in Bulgaria sublatus.

α' ΠΑΤΡΙΣ μὲν οὖν τοῦ δηλωθέντος Λέοντος, Ἀρμενία. Ἦν δὲ, ὁ μὲν ἐξ * Ἀσυρίων· ὁ δὲ, καὶ αὐτῶν Ἀρμενίων. οἱ καὶ πρὸς ἰδίους ἐξ ὑποστάσεως γνώμης σφαγῇ μιαφόνῳ προδεδόντες γεννήτορας, ὑποστροφείας κατεδικάσθησαν· κἀκεῖσε δὴ τὸν πένητα βίον, ἅτε δὴ καὶ φυγάδες, ἀφθόδοντες, τὸν ἐρημίτην θῆρα ἀπέτεκον. Ἤδη γοῦν εἰς ἐφήβους ὁ Λέων ἐπέβη, καὶ κώμῃ Πίδρᾳ καταποιμαζομένῃ, ὑπὸ ὃ ἦμα τελοῦσθαι τῶν Ἀνατολικῶν, τῆς πατρίδος ἀλλάσσεται· ἔνθα δὴ καὶ ἀνδρὸς ἡλικίᾳ δεξάμενος, τοῖς μαχιμωτάτοις καὶ φονικωτάτοις καταριθμούμενος, δόξης ἐμπίμπρησιν ὅτι μὴ ἀνανδρότητι. Νικηφόρος τότε τῆς τῶν βασιλείας ἴθυνεν ἡνίας, ὁ Βάσσιανον μὲν Βουλγαρείᾳ ἠμύνατο, καὶ Μονοσφάτιον τὸν Βαρδάνιον, ᾧ Τοῦρκος ἐπίκλην, τῶν πέντε ἡνιοχίων τῶν κατὰ τὴν Ἀνατολὴν τὴν ἐφορείαν καὶ στρατηγοῦντα διοικούμενον, ἀφ' ὅτε τὴν ἐν πολέμοις πάλμαν, καὶ τὰς ἄλλας ἐπιδιδούσας αὐτῷ

I. * Ἀσυ.

ἀρετᾶς, ὑπερῆρτο. ὃς ἅτε δὴ τὴν ἐκ θεῶν ἀγαπῶν κυβερνῶν, καὶ τὴν βασιλείαν ἑκάστοτε ἐνθυμούμενος, τοῦτόν τε ᾧπερ οὗ ὁ λόγος τὸν Λέοντα καταπληκτικὸν βλέποντα, καὶ ἡμερῶον ἀνάστημα ἔχοντα, καὶ ἄλλως ἀστεῖον ἐν παῖς ὁμιλίαις δοκοῦντα, τοῖς ἑαυτοῦ δορυφόροις ἐγκαταλέγει καὶ ξιφοκόποις· καὶ πρός γε τούτου, ἢ μικροῦ τοῦτο μικρόν, Μιχαὴλ τε τὸν Τραυλὸν, καὶ Θωμᾶν τὸν ἀπὸ λίμνης Γαζουρᾶ, παντοίοις πόνοις καὶ ἀζήλοις ὄντας, καὶ ἀρτίως εἰς γνῶσιν ἀγομένους τοῖς τᾶς πολεμικᾶς ἐγκεχειρισμένοις ἄρχαις. A

Β'. Ἐκ τούτου δὴ οὖν τὸν Βαρδανίου, καὶ ἐν αὐτῷ τᾶς κοσμικᾶς ἐλπίδας ἐπάλθουν· καὶ οὗτος τᾶς βασιλείας ὢν ἐρωτὴς, αὐτῷ τινι μοναζοντι καὶ τὸν τῦ Φιλομηλίου χῶρον καὶ ἐνδιατριβομένῳ, τοῦτῳ ταύτης ἀναχινοῦται γνώμης αὐτῷ καὶ ἐπιθυμίαν· καὶ πρὸς Θεὸν δίκας ἱκετηρίους προσκλῆ τοῦτον ἀναπέμπειν, τὰ αὐτῷ βουλεύματα κατευθυνούσας, καὶ τοῦτῳ βασιλείαν ἐπιβραβευούσας αὐτῷ. Ἀλλ' ἤκουσεν αὐτοῦ, ὡς οὐ δέοι τοιούτων καταπλήττων πραγμάτων, Βαρδανίε, δι' ὧν ἀπώλειά τε περιουσίας καὶ ὀμμάτων πρόκειται, καὶ δυσχέρια ἄλλως οὐ καλῶς σοι γνώσεται. Ἀλλ' εἴ τι ἔχεις πειθοῦναί σοι συμβουλεύοντι, ἀπόπεμψον τούτων ἀφ' βραχέων, ἄρχοντά τινα μηδ' ὅλως τῶν τοιούτων σου πραγμάτων βάλλων εἰς νοῦν. ἐπληρώθη κατηφείας καὶ ἀχλύος ὁ ἀνθρωπος, τούτων τῶν λόγων ἀκηκοὼς, καὶ τέλος εἰσὶν τῦ δωματίου, πλήρης ἀθυμίας καὶ θλίψεως. ὡς δὲ τοὺς εἰρημένους ἄνδρας, Λέοντά τε καὶ Μιχαὴλ καὶ Θωμᾶν, τὸν ἵππον ἄγοντας ἀναβοῦναι τούτῳ ὁ μαγὸς ἐκέλευσεν, τὸν Σπατηλὸν ὑποστρέφειν πρεκελεύει· καὶ ὡς χαρᾶν τινῶν καὶ ξένων ἀκούσεσθαι προσδοκῶν, θᾶττον ἢ λόγος ὑπέστρεφεν. Ἀλλ' ἐκεῖνον μὲν αὖθις ἐξελιπάρει, μὴ πρὸς τὰ ἐλπιζόμενα αὐθομολῆσαι δηνά, καὶ τοῦτῳ ἀποδόσθαι κακοπραγίαν τᾶς παρούσης εὐδαιμονίας ἀλλάξασθαι· αὐτοῖς δὲ τούτοις προφήτῃ γλώττῃ διεμαρτύρετο, βεβαιῶν, ὡς ὁ πρῶτος τούτων καὶ δεύτερος τᾶς σοι περιοκλώσης βασιλείας γνήσονται ἐγκρατεῖς, ἀλλ' οὐ σύ· ὁ τρίτος δὲ εὐφημίας μόνης καὶ ἀναῤῥήσεως μεταχών, οὐδ' ὅλως εὐοδωθήσεται· ἀλλὰ καὶ κακῶς τοῦτῳ ψυχῷ ἀπορῥήξει τοῦτῳ ἑαυτοῦ. τούτοις βαλλόμενος τοῦτῳ ψυχῷ, ποικίλως ἠφίει καὶ πρόσωπον τᾶς χροιᾶς· καὶ αὖθις ἀπῆλθε τοῦτῳ οἴκαδε, ὁμοῦ μὲν βλασφημά τινα καὶ τοῦ ἀνδρὸς, B

tutum laude, provida cura gubernantem. Porro Bardanius, ut cui hostium potiri in votis esset, ac cum sibi ipse quotidie Imperium somniaret, hunc, de quo loquimur, Leonem, hominem gravi trucique aspectu atque animo generoso, quique præterea colloquio blandus videretur moribusque urbanus, suis tum satellitibus ac ministris adlegit: atque hoc priorem, aut certe brevi post, Michaëlem Balbum, necnon Thomam, Gazura palude oriundum: abjectæ omnes sortis homines, nullaque hactenus nominis claritate conspicuos, ac qui tum primum militarium ordinum Ducibus Tribunisque innotuissent. Leonis initia & virtus.

II. Hi ergo toti e Bardanio pendebant, inque eum omnes spes suas sæcularis claritatis jactabant. Bardanius porro Imperij nanciscendi cupiditate flagrans, viro cuidam in Philomelio Monasticam vitam agenti, illicq; commoranti, ejus quandoque adipiscendi animum aperit, ac confert consilium, rogatque ut supplices ad Deum pro eo preces fundat, quo eius gressus dirigantur, exque voti ratione Imperij compos fiat. Ad quem protinus Monachus: *Noli, Bardani, ejusmodi aliquid temere aggredi ac præsumere, unde futurum ut substantiam amittas, & oculi effodiantur, aliaque tibi infausta eveniant. Sed, si quid probe, inque rem tuam consulemi, obaudis, quam cito ab ea animum transfer molitione, nullam parandi Principatus cogitationem assumens, cujus res se ita habeant.* Quo audito, mœstitia quædam ac caligo hominem incessit, tristique & afflicto animo, e tugurio pedem refert. Tum Monachus, quos dicebam viros (Leonem scilicet & Michaëlem & Thomam) equum adducentes, quem conscenderet, videns, Ducem redire jubet. Is vero nova quædam & inaudita se auditurum sperans, dicto citius reversus est. Tum ille iterum Bardanium rogare ac obtestari, ne ipse sponte ad parata mala procurrat, neve absens infortunium, cum præsenti rerum secundarum statu commutare quærat. His autem ipsis, futurorum præscia lingua contestatus est certoque affirmauit, *Fore, ut primus, alterque Imperij, quod sic ille deperiret, compotes fierent; ipse illonunquam potiretur. Tertio, cum fausta omnia publicamque acclamationem consecutus esset, nihil ex voto ac prospere cessurum, sed fore ut & animam male abrumperet.* His mente perculsus Bardanius, ac vultus colorem identidem mutans, rursus domum abit, simul maledicta Philomelij Monachi, Imperij vaticinatio.

quædam verbaque atrocia in Monachum jactans, illiusque sic in eos fausta vaticinia narrans, multoque risu homini dicta excipiens.

Bardanio affectata tyrannis.

III. Ejus itaque sermonibus valere jussis, ad decimam nonam Julij mensis Indictione undecima, ingenti adversus Nicephorum Imperatorem coacto exercitu, eque subjectis Thematibus, verborum lenocinio quatuor in sententiam pertractis, Armeniis duntaxat in fide perstantibus (nec enim ut Bardanio morem gererent induci potuerant) rebellionem orditur. Erat vero Nicephorus tum subditis exosus, quod publicorum vectigalium gravi onere eos opprimeret: hinc novandarum rerum ansa quædam & occasio fuit: sed & alia quædam huic causa accessit. Nam cum Bardanius adversus Agarenos rem feliciter gessisset, prædamque, qua potitus erat, maximam, æquissime inter milites divisisset, nulla personarum ratione, sed pro merito eorum qui pugnaverant largitus præmia, tantam exercitus omnis iniit gratiam, ut & dignum putavetint qui Imperio potiretur. Hincque adeo publice Imperator proclamatus, pluresque alios honores ac præmia, populi in eum studiis consecutus (vt & templum eius nomine erexerint) Nicomediam versus iter contendit. Verum cum Nicephorus Imperator idoneum, nec ullatenus imparem exercitum, in eum eduxisset, & militum multitudine perculsum de eventu belli desperare coegisset, persuasit illi ut prior veniam peteret. Jam enim Leo, atque etiam Michaël cum ad Imperatorem defecissent, ab eoque donati essent, alter Fœderatorum præfectura, Regiaque Zenonis domo & Dagistea; alter Aulæ Comitis dignitate ac Cariani ædibus, fecerant ut suis ille rebus diffideret. Quapropter tum sibi ipse, tum copiis veniam ab Imperatore precatus, ad Malaginas usque iter reflexit, quo loco securitatis fidem accepit: parva quoque Cruce aurea, Nicephoro gestari solita, certo datæ fidei pignore ad eum missa. Tum ad Heraclij Monasterium noctu aufugit, vno Thoma periculi socio; cumque capitis ornatum vellet auferre, non acquievit Monasterij Præses. Tum ille ense, quo præcinctus erat, comam amputans, vilique indutus toga, versus Proten insulam iter arripit, quo loco prædium pulchre excultum olim possidebat: in quo & extorrem agere Imperator mandaverat. Illuc itaque trajiciens, solitisque precibus initia-

Ejus affectatæ causa.

Bardanius inter Cœlites habitus.

Ejus soluta tyrannis.

Monachum induit, Sabbas appellatus.

Ὁ δὲ Ἱερὰξ ἀπορρίπτων, ὁμοῦ ἡ Τύπις τὰς ἐκείνου δι' αὐτοῦ ἐξαγγέλλων προῤῥήσεις, καὶ γέλωτα πολὺν καθαχέων τῶν Εἰρηναίων.

γ'. Χαίρειν οὖν εἶπον τοῖς ἐκείνου λόγοις, τῇ ὀκτωκαιδεκάτῃ τοῦ Ἰουλίου μηνὸς τῆς ια'. Ἰνδικτιῶνος καὶ τοῦ βασιλεύοντος Νικηφόρου χεῖρα σὺν ἀξίσει πολλῇ, καὶ τὰ ὑφ' ἑαυτὸν τέλεσι δήμασι τοῖς ἑαυτοῦ λόγοις ἐπαγαγών, τῶν Ἀρμενιακῶν χωρεῖς, ὑδὲ γὰρ ἐπῆξεν αὐτῷ, τῆς ἐπιμασάσεως ἄρχεται. ἐμίσει μὲν οὖν τότε τὸν Νικηφόρον ὁ λαὸς, τῷ βάρει πιεζόμενον τῶν δημοσίων τελῶν· ὁ γέγονέ πως καὶ ἀφορμὴ καὶ στάσεως ἐκείνῳ τῆς ἐπιμασάσεως· γέγονε δέ τι καὶ ἕτερον αἴτιον. ὡς γὰρ καὶ τῶν Ἀγαρηνῶν ὁ Βαρδάνιος εὐδραγάθησεν, καὶ τῆς γνησιάτης πολλῆς λαφυραγωγίας, δικαία προνοία πεποίηκε τοῖς ἀγωνιζομένοις ἐν πολέμῳ· ἀλλ' οὐ καθ' ὑπόσωπον τὰ ἆθλα προθεὶς, ἔδοξε καὶ βασιλείας Τύπις ἄξιος μεταλαχεῖν· ὅθεν ἀναῤῥηθεὶς δημοσίᾳ Φωνῇ Βασιλέα, καὶ πολλῶν ἄλλων ἀπολαύσεών τε καὶ γερῶν ἐκ τοῦ δήμου καθαξιωθείς, ὡς καὶ ναὸν ἐπ' ὀνόματι αὐτοῦ ἀνεγείραί τε καὶ καθασκευάσαι, τοῦτο ἔπεστι Νικομηδέων φέρουσιν ἡ ὁδός. Ἀλλ' ἀπορρεῦσαν καὶ ἐφάμιλλον ὁ βασιλεύων Νικηφόρος δυνάμει ἐκστρατεύσας, καὶ πρὸς τὸ μέλλοντος δύσελπιν ποίησας αὐτὸν, τῷ πλήθει τῶν ἀνυπαράκλητον ὄντων, ἔπεισεν αὐτὸν συγγνώμην φθάσαντα ἐξαιτήσασθαι. Ἔρχεται μὲν γὰρ Λέων, ἔρχεται δ' καὶ Μιχαὴλ ἀπορρύεντες πρὸς Βασιλέα· ἆθλον ὁ μὲν τοῦ Φοιδερατῶν, καὶ βασιλικὸν οἶκον τῆς Ζηνωνος καὶ τὴν Δαγιστέα· ὁ δὲ τῆς κόρτης Κόμητος ἀρχὴν καὶ τὴν τοῦ Καριανοῦ οἶκον ἀπενεγκάμενοι, οὐκ ἀγαθὰ φρονῆν αὐτὸν περὶ ἑαυτοῦ πεποιήκασιν. ὅθεν αὐτός τε καὶ τῷ λαῷ συγγνώμην αἰτούμενος ἐκ Βασιλέως, μέχρι τῶν Μαλαγίνων ὑπεστρεφεν· κἀκεῖθεν τῆς ἀπαλγείας λόγους δεξάμενος· καὶ ὁ χρυσοῦν φανείδιον, ὃ φέρει τοῦ Νικηφόρου φορούμενον, αὐτὸς ἀπέστελλε πρὸς ἀσφάλειάν τε καὶ πίστωσιν· πρὸς τὸν τοῦ Ἡρακλείου μονὴν νύκτωρ, τὸν Θωμᾶν μόνον συγκινδυνεύοντα ἔχων, ἀπέφυγε, τὸν τῆς κεφαλῆς κόσμον ἀφαιρῆσαι ἀπαυδάζων. καὶ ὁ μὲν τῆς μονῆς προστὰς τὸν δρᾶσαι τοῦτον οὐ συνεχώρησεν· αὐτὸς δὲ τῇ ἡ προειρημένη ἀπάτῃ, τὸν πλόκαμον αὐτοῦ ἀφελών, καὶ πενιχρὰν ἐνδῦσα ἀμφιασάμενος, ἦλθεν τῆς πρὸς τῷ Πρώτῳ νῆσον πορείας· ἔνθα δὴ τούτῳ κτῆμα καλῶς πεποιημένον ἐστίν. καὶ ὁ Βασιλεὺς ἐκεῖ μὲν προσέταξεν προαιρεσιμένον ἐπέρχειν. ἐκεῖσε γοῦν πραγω-

ϑεὶς, καὶ ζωὴ σεμνὴ καὶ ὁ τῶν μοναχῶν ἱερὸν χῆμα δεξάμενος, μετονομάζεται Σάββας, ἀγῶνας ἀσκητικοὺς πολλοὺς ἐνδεικνύμενος. οὐ πολὺ δὲ ἐν μέσῳ, καὶ τινὲς τῶν ἐκ τῆς Λυκαονίας αὐτῷ ὁπαδήσαντες, καὶ ποιησάμενοι ἔρημον τὸν ὀφθαλμὸν, γνώσῃ τε καὶ ἐκδόσῃ τῷ Βασιλεύοντος, τῷ τοῦ Θεοῦ προσφυγόντες ναῷ καὶ μεγάλῳ ναῷ· καὶ τέλος εἶχεν ἡ προφύρησις τοῦ ὁ Φιλομήλιον ἐνδιατυπωμένου μοναζοντος. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν ὡς εὐεργέταις αὐτοῖς προσεξάμενος, τῆς σκληροτέρας εἶχεν ἀγωγῆς, οἴνου τε, καὶ ἰχθύων καὶ ἐλαίου ὁλοσχερῶς ἀπεχόμενος, χυμοῦ τε αἰεὶ φέρων πρὸ κεφαλῆς, καὶ ποὺς ἑαυτοῦ πόδας, κἂν εἴ τις σφοδρότερος ἐγερεῖ χειμών. ἐπὶ δὲ μονοχίτων διετέλει, τῷ θέρει μὲν δερμάτινον χιτῶνα ἀμφιεννύμενος· τῷ χειμῶνι δὲ τρίχινον περιβαλλόμενος. ἔζη δὲ οὐ σίτῳ, κριθῆς δὲ ἀλεύρῳ ἐγκρυφίας ποιῶν· καὶ οὕτω προέπεμπεν τὸν ἑαυτοῦ βίον, μέχρις ἐκεῖνος ὁ Λέων τῆς βασιλείας ἐγκρατὴς. ἀποκαρεῖσαι δὲ καὶ πρὸς ἑαυτῷ σύμβιον Δομνίκαν ἅμα θυγατρὶ, καὶ τοῖς ἑαυτῷ παισὶν ὁμοῦ τῷ ἰδίῳ οἴκῳ ἐποίησεν, μετονομάσας αὐτὸ Ἀθανασίαν, ἅπερ ἐστὶ δηλαδὴ τὸν πλοῦτον διανείμας πλουσίοις· ἃ μὲν κατὰ τὸν Βαρδᾶ οὕτω τε ἐποίησε.

A tus, ac Monachorum divinum habitum consecutus, mutato nomine Sabbas appellatur, pro sanctioris ab eo arrepti instituti ratione plura ac magna certamina desudans. Haud longum tempus fluxerat, cum Lycaonum quidam impetu in eum facto, atque eo oculis orbato, sciente ac volente, qui tum rerum potiebatur, Nicephoro, in divinum magnumque Dei Templum confugiunt. Inque eum modum Philomelij quoque Monachi vaticinatio exitum habuit. Cæterum ille, velut a quibus beneficio affectus esset, faustis votis homines prosecutus, austerioris vitæ disciplinam colebat, vino, piscibus, oleo penitus abstinens; nudo semper capite ac pedibus, vel cum acrior hiems desæviret. Ad hæc, una tunica corpus contegebat; æstate quidem pelliceam induens; hieme vero, cilicinam. Non triticeo pane vitam sustentabat, sed sibi ipse hordeaceos subcinericios panes faciebat. Hanc itaque severioris vitæ regulam consectatus, durauit donec Leo Imperio potitus est. Quin & Domnicam conjugem, cum filia liberisque domi detondendos curavit, Athanasiam appellans, cunctasque opes in pauperum eleemosynas erogans. Atque hæ quidem ac ejusmodi Bardanij res.

Eruti oculi.

Vitæ summa austeritas.

Domnica Bardanij conjux in sancto instituto Athanasia dicta.

C IV. Porro, Leo clarus habebatur, ac superbia ferebatur, ex humili atque obscuro conspicuus atque illustris, pro Fœderatorum præfectura, quam gerebat. Sed nec ingratos mores exuerat, talem se exhibens adversus eum qui beneficio affecerat. Cæterum clarebat, aliaque aliis nectens prælia, strenue adversus Ismaelitas ac secundo marte pugnabat, quippe qui & sua ipse indole, & exercitatione in eam rem multa virtute pollebat. Quandoque vero, ab eo qui tum rerum potiebatur (Nicephorus is erat) quam in copias militares erogaret, pecuniarum vi credita, nihili pendens imperialia iussa, ne rem quidem exequebatur; sed in Euchaitarum ignobili oppido, tempus voluptate ac ignavia terens, constituta exercitui stipendia præbere differebat: nec ullam omnino curam ac diligentiam adhibens, tum pecuniæ publicæ, tum suo ipsius tutando corpori, ac nec provincialibus conservandis; cùm Agareni excursiones facerent Romanamque ditionem diriperent, solus ipse ac nemo alius, confertam prædam citra omnem laborem eis tradebat: non quidem suis ipse fortunis ac periculo (quippe qui celeri fuga saluti suæ consulebat) sed militaribus pecuniis proditis, & quasi in

Leonis in Agarenos belli facinora.

Ejusdem clades ac desidia: *Vide Nic. & Theoph.*

D

ιδ'. Ὁ δὲ Λέων εἶχετο τῆς δόξης, καὶ ἐλαυνείᾳ, οὐ ταπεινοῦ καὶ ἀδόξου προϊόλεπτος ὀφθεὶς, καὶ τῷ τῶν Φοιδερατῶν ἄρχειν. ἀλλ' οὐδὲ τῆς ἀχαριστίας ἀπέσχετο, πιοῦτος περὶ τὸν εὐεργέτην φανείς. πλὴν εἶχετο, καὶ μάχαις μάχας ὑπεστρωμάπων, καὶ τῶν Ἰσμαηλιτῶν ἐνδραγαθίζετο, ἅτε μεγάλῃ οὐ τῷ τοιούτῳ μέρει καὶ φύσει καὶ ἕξει προσφερόμενος δυνάμει. καὶ ποτὲ στρατιωτικῶν χρημάτων ἀφορμὴν παρὰ τοῦ τὰ σκῆπτρα διέποντος Νικηφόρου ἐγχρεωθεὶς, ἐπεὶ οὐδὲν ἔμελεν αὐτῷ τῶν βασιλικῶν ἐπιταγῶν, οὐδ' ἐξεπέραινέ τι, ἀλλ' ἐν πολίχνῃ Εὐχαίτων τὸν χαμηλὸν ῥᾳθυμίᾳ καὶ ἀμελείᾳ καταπείρων, ἐβεβάλλετο τὰ νενομισμένα τῷ στρατῷ παρέχειν· καὶ φυλακῆς οὐδεμίαν ποιούμενος ἔχων, οὔτε μὴν τῶν κοινῶν χρημάτων, οὐδὲ καὶ τοῦ ἑαυτοῦ σώματος, οὐδ' αὐτῶν τῶν ὑπὸ χεῖρα, τῶν Ἀγαρηνῶν ἐπιδραμόντων καὶ τὰ Ῥωμαίων λῃζομένων, τὸν λεῖαν αὐτοῖς οὖσι, ἀλλ' οὐκ
4. ἄλλος τις, ἀπεπλήρου ἀπαλαιπώρως· [4] ἀλλὰ δι' αὐτὸν μὲν, οὐ. ὀξείᾳ γὰρ φυγῇ τὸν σωτηρίαν ἐπεσκευάσατο. τὰ στρατιωτικὰ δὲ προδοὺς, καὶ μισοπολέμοις χερσὶ πολεμίοις

Leonis in Agarenos belli facinora.

manus hostium conjectis. Quamobrem etiam eidem Nicephoro, a quo pecunias consignatas acceperat, pœnas dedit, etsi leviores quam delicti ratio exposcebat; nempe dorsum renesque verberibus affectus, perpetuoque exilio mulctatus. Cæterum cum Nicephorus adversus Scythas movens, accepto in acie vulnere fatis concessisset, Julij mensis vigesima sexta, Indictione quarta; Stauratiusque ejus filius ipse quoque lethali in prælio affectus vulnere, non plures duobus, menses diesque octo patri superstes extitisset; Michael vero Curopalata post Stauratium secunda Octobris vita functum (erat is gener Nicephori, Rangabæ ortus prosapia, ad Armamentarij ædes morans) Imperij sceptra adeptus esset, mense Octobri, Indictione quinta, Leo exilio solvitur; Romanorum Principum, cum primum inaugurantur, solenni clementia; atque a fuga revocatus, ipsius Michaelis Palatinis Lictoribus accensetur: nec longa mora, Patritij dignitate augetur, Duxque Orientalium creatur, quando & Michael veterem viri, quo cum fuerat educatus, amicitiam renovans (quem Aulæ Comitem relicta Bardanij factio ante provexerat) arcanorumque consciun assumens, rerum domesticarum fidissimum testem, eorumque quæ foris agenda essent, efficacissimum ministrum adhibuit. Rursus tamen ingrati animi labem sibi aspersurus erat homo crudeli ingenio agrestique indole educatus, ac qui priora sua, mortalium sceleratissimus, sequentibus esset obscuraturus.

Clementiæ, Lex Romanorum Principum absolvendi reos cum inaugurantur.

V. Unde cum jam Bulgarorum Dux Crumnus, concordiam & pacis fœdera amicitiasque ambire se simularet, ac animum pacis cupidum præferret, dummodo annua, quæ pendi solita erant, pro eo ac majoribus visum erat, Romani tributa præstarent; ea demum adjecta conditione, ut & Bulgarorum vicissimque Romanorum imposterum transfugæ, suæ quique genti redderentur: Transfugarum caput illud absurdum Senatui visum est, quanquam Michael Imperator totus in Principis Bulgarorum sententiam ibat, quod ineundæ pacis occasionem illam sibi nolebat aufugere. Obtinuit tamen Senatus sententia, quam Theoctistus Magister sequeretur, ac cui vim ac pondus auctoritate sua adjiceret. Iterum ergo relictis colloquiis, ad belli aleam revocatum negotium: idque magis decere merito judicatum est. *Quomodo enim non omnem hu-*

Transfugarum causa, Bulgarici belli occasio.

A ἐμβαλὼν χειρήματα· οὗ δὴ ἕνεκα δίκας, εἰ καὶ μὴ τὰς ἀξίας, τῷ καθαπτεύσαντι δοὺς Νικηφόρᾳ, πληγάς τε τοῖς κατὰ νώτου ἐπενήνοθε καὶ φυγῇ αἰδίῳ τὸ ζημίωμα ἀπέτισεν. Δυλατῶ δὲ Νικηφόρου καὶ Σκυθῶν ἐκστρατεύσαντος καὶ πεσόντος, μηνὶ Ἰουλίῳ εἰκάδι ἕκτῃ καὶ εἰ'. Ἰνδικτιῶνος, καὶ τὸν υἱὸν Σταυρακίου καὶ τὸν πόλεμον κρείσσω πεφηνότος, ὡς δύο μὲν μόνους μηνὰς καὶ ἡμέρας ὀκτὼ, συμβασιλεύσαντος δὲ τοσούτους τῷ πατρὶ ἔτη ὀκτὼ μησὶ ἑπτά· τὸν δὲ Μιχαὴλ τὸν Κουροπαλάτου μετὰ τὸν τοῦ Σταυρακίου, καὶ τὴν B δευτέραν τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς ἀποβίωσιν· γαμβρὸν μὲν Νικηφόρου τελοιῶντα, ἐκ θυγατρὸς δὲ καταγεμόνου τοῦ Ραγαβέ, καὶ κατὰ τὸν θεσπέσιον τῶν Μαγιάρων σκιωσιῶντα, τὴν τῆς βασιλείας δεξαμένου δρόμον καὶ τὸν Ὀκτώβριον μῆνα τὸ πέμπτης Ἰνδικτιῶνος, ἀπολύεται ὁ Λέων τῆς ἐξορείας, καὶ ὃ ὑπερκατῆσθαι ἔδος τῆς χρηστότητος ἔνεκεν τοῖς Ρωμαίων βασιλεῦσι, καὶ τῆς φυγῆς καθάπτεται, καὶ τοῖς αὐτοῦ τύποις δὴ τοῦ Μιχαὴλ ῥαδιουργοῖς πᾶσι καὶ τὰ δυάκλερα συνταράττεται ἐφεδρεύουσι, καὶ Πατρικίων τιμᾶται μὲν οὐ πολὺ τιμῇ, καὶ στρατηγὸς Ἀναβλικτοῦ ἀναδείκνυται· μάχῃ καὶ τῷ παλαιᾷ φιλίαν τοῦ σοῦ αὖτις C παφέντος ἀνδρὸς Μιχαὴλ ἀνανεούμενος, ἐ ὃν 5. Κόμητα τῆς Κόρτης ἢ ἐκ τοῦ Βαρδανίου μεταστάσεως προεστήσατο, καὶ τῶν ἀπορρήτων μύστην λαμβάνων, τῶν ἔνδον τε εἶχεν πιστότατον, καὶ τῶν ἐκτὸς προκριτώτατον. Ἀλλ' ἔμελλεν αὖθις ἀχαριστίας ἀλαστον γραφὴν ὠμότητι συντραφεὶς, καὶ ἀγριότητι ἐκτραφείς, καὶ τοῖς δευτέροις τὰ πρῶτα καλύψαι ὁ ἀλιτήριος.

ε'. Ὅτι ἀρτι Κρούμνου τοῦ τῶν Βουλγάρων Ἡγεμόνος συμβάσεις καὶ φιλίας ὑποκρινομένου, καὶ σπονδὰς ζητοῦντος εἰρηνικάς, εἰ μόνον τὰ κατ' ἔτος διδόμενα, εἰς τάξιν οἵαν δοθῶσιν φόρου αὐτῷ, ὡς τοῖς πρότερον ἔδοξε· καὶ προσιόντος ὡς καὶ τοὺς προσφυγας Βουλγάρων, πρὸς δὲ καὶ Ρωμαίων εἰς τ' οὐτίσω ἐκδίδοσθαι τῷ ἑαυτῶν ἔθνει· ς' ἄπορον ἐφά- 6. νη τὸ τῶν προσφύγων τοῖς τῆς συγκλήτου βουλῆς, εἰ καὶ ὁ Βασιλεὺς Μιχαὴλ ὅλως ἐλαφρὰ τῆς δόξης τοῦ Ἀρχόντος, τῷ γε δὴ τῆς εἰρήνης βούλεσθαι μὴ ἀποτυχεῖν· ἀλλ' ἐκράτησεν ἡ βουλὴ, Θεόκτιστον Μάγιστρον ὑπερεσώσα καὶ σωτηρίαν ἔχουσα τῇ δόξῃ· καὶ διελύθησαν πάλιν εἰς ἔργα πολέμου, τοὺς λόγους καταλιπόντες γυμνούς. καὶ ποτ' εἰκότως ἐφάνη καλόν. Πᾶς γὰρ ἂν τις φιλαίθεσπος

λάνθρωπος δόξῃ καὶ συμπαθὴς· τὸν γε Ἀβά- A manitatis ſenſum exuiſſe arbitrandus eſt, qui hominem caſu aliquo, aut viciſſitudine in errorem prolapſum; patriaque (qua nihil dulcius eſſe aiunt) contempta; ad hæc uxore & liberis, ceu ad aras inviolabiles, ad Romanæ ditionis loca confugientem, Scythicæ gentis immanitati, cujus a feris nihil indoles differat, dedendos putaverit? Cum enim terribiles, truceſque ac feri ſint, multos ſuorum id non ferentes, ad lenitatem & manſuetudinem noſtram ſæpenumero tranſire animadvertunt. Ne igitur univerſa ipſorum gens in noſtram paulatim ſeſe effundat, veriti eorum Principes, ſæpius, & ad noſtram uſque ætatem multos de hac re ſermones moverunt. In vanum tamen B (quod communi fertur adagio) cecinerunt; viros nacti firmi propoſiti, & qui a ſententia non facile dimoverentur.

VI. Brevi itaque ceſſatum mora; ambæque mox gentes ad arma concurrere. In his Michael Legatum ſuum reverti jubet, exque Oriente cum copiis quam cito tranſmittere: enimvero quo ſe adiutore uſurum expectabat bellique ſocio, implacabilem hoſtem offendit. Cum enim ex verborum illa jactantia, ac Romanis intentatis minis, quibus ſe Crumnus hominum ſtragem facturum, agros vaſtaturum, arbores exciſurum, domos ſuccenſurum, omninoque torrentis more, violento in nos impetu, irruptionem ſe facturum affirmabat, ac omnes ſub jugum miſſurum; animatus Imperator, ſuſcepta jam expeditione, modum omnem excedentes Barbari minas compreſſiſſet, vixque non ſuis ſe finibus continere, nec inde prorumpere, agroſque Romanos vaſtare coegiſſet; ſæpiuſque provocante Michaele, inſtructa in eum acie, pugnæ is aleam, compreſſa audacia detrectaſſet; quinimmo vires ſuas agnoſceret, nec adverſus Imperatorem manum conſerere auderet; ſufficere Michaeli videbatur, quod Barbaricam illam ferociam ac temeritatem ſuis velut terminis, ſine pugna (cujus incertus exitus eſt) concluſiſſet. D Quando enim, aiebat, quibus freti copiis ſumus ad pugnam committendam excire non poſſimus, ſed eam detrectare, ſuiſque ſe finibus continere cogamus, quid etiam neceſſe ut ad experiendum martem cogamus? Cum itaque ſenſim pedem referre paulatimque Romanum ſolum repetere Michael cogitaret; viſa res indigna Leoni, nec ex Imperatoris Romani Majeſtate, terga hoſtibus vertere. Hoc enim Leo optimum illud Imperatoris

Michaelis conſilium defugiendi pugnæ aleam.

νον, ἐκ τῆς Ἀνατολῆς θᾶττον ἥξιου. * Βιελῶ. μετ' C τῆς δυνάμεως· καὶ * Βοηδὸν μόνον χρῆσθαι αὐτῷ, ἐχθρὸν κατέλαβεν ἄσπονδον. ὡς γὰρ ἐκ τῶν μεγαλαύχων ῥημάτων καὶ ἀπειλῶν, ὧν κατὰ Ρωμαίων ὁ Κρούμνος ἀπέπεμπε, φθορεῖς σωμάτων ἐπαπειλῶν, καὶ γῆς δηώσειν καὶ δένδρων ἐκβολάς, καὶ οἰκημάτων πυρπόλησιν, καὶ ὅλως καθ' ἡμῶν οἷά τις χειμάρρους ποταμὸς φερόμενος πάντας ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι διεβεβαιοῦτο, ἀρτὶ δὲ τοῦ Βασιλέως ἐκστρατεύσαντος, καὶ συτείλαντος τὰς ὑπερορίους ἐκείνας ἀπειλάς, καὶ μόνον οὐ τοῖς οἰκείοις ὅροις ἐμμένειν καταναγκάζοντος· ἀλλ' οὐκ ἐκπηδᾶν καὶ ἡμετέραν λῃζεσθαι, καὶ πολλάκις ἐκ παρατάξεως προσκαλουμένου μὲν τὸν Μιχαήλ, ἐκείνου δὲ μὴ ἀπαντᾶν βουλομένου, ἀλλ' τὸ οἰκεῖον ὑπογινώσκοντος ἀδύναμον, καὶ μὴ τοῖς Βασιλέως χερσὶ δυσπάραν καταβολμῶντος [7]. ἐδόκει μὲν τῷ Μιχαὴλ ἀρκεῖσθαι ὃ τοσοῦτος ἐκείνου καὶ αὐθάδης ὀνείδεσι τοῖς ἐπ' αὐτὸν κατακλείσματα, μὴ καὶ μάχῃ ὑποσυνάψαι, ὡς ἀδήλου ὄντος τοῦ μάχεσθαι. Ἐπεὶ γὰρ ἔλεγεν, ἐκ παρατάξεως ἡμῖν οὐκ ἐξ πόλεμον οἷοί τε ἐσμὲν ἐκκαλέσασθαι, ἀλλὰ φυγομαχεῖν καὶ ἐφ' ἑαυτῷ μένειν ἀναγκάζομεν, τί καὶ δράσαιμεν βιαζόμενοι. Ἀφ' οὗπερ οὖν παλινδρομεῖν ἤρεμα πως καὶ κατὰμικρὸν τοῖς τῆς οἰκείας βασιλείας βουλομένου, ἀφεπτὸς ἐφάνη τῷ Λέοντι, καὶ οὐ κατὰ Βασιλέα Ρωμαίων νοῦτα δίδοσθαι τοῖς ἐχθροῖς, οὕτω καλοῦντι ἐκείνῳ τὸν

7. Βασιλέως χεῖρα ὑπάρχειν καταβολμῶντος.

consilium dicebat; quod nimirum non recte ac sincere sentiret; sed putri, dolique pleno consilio, vnum hoc moliretur, vt in se rerum summam transferret. *Sane*, aiebat, *Imperator, movenda nobis in eos signa sunt; videbisque me palam hodie robur ac vires in hostes exerere, tuoque ad fiduciam nutu precibusque fretum, in primis ordinibus strenue dimicantem, præclare victorem fore.* His Michael verbis, à sua in diversum actus sententia, pugnam conseri iussit. Moxque prima ipsa congressione, Leo terga vertens, fugam capessit; quippe tyrannidem continue meditans, etsi hactenus ejus hoc consilium, tum Michaelem, tum hostes latuerat. Quod enim nihil hactenus istiusmodi contigerat, qualia prælij vis afferre solet, nullumque belli facinus utravis acies gesserat, sed primus ipse conflictus vertebatur, vixque dum cœpisse conflictum partes advertebant; tum ipsis Bulgaris, tum reliquis omnibus res dolus videbatur, qualis hostium esse solet: nempe a sua illas distrahentem acie, conversa demum in eos ex fuga, fronte, velle irruere. Ubi autem ambæ acies nihil belli arte fieri, sed veram Romanorum fugam, quod ita agebatur, esse aduertêre, hostes, verso impetu, fugientium stragem multam dedere. Ipse Michael salutem expedire, non cum paucis sibi relictis, hostibus conatur obsistere. Sicque adeo pugnatum, sunt qui literarum monumentis ad nos transmiserint. Non desunt tamen, qui Leoni potius tribuant, copias conservasse ac strenue pugnasse, cum Aulici ac Palatinæ cohortes ignavia acti ultro fugam iniissent, atque aciem suam prodidissent; non quæ ex Leonis partibus essent. Enimvero Bulgari inopinato, ac cum nihil ejusmodi expectaretur, superiores evadunt: gravi autem tremendaque clade attriti Romani, Imperatorem de salute sua anxium e prælio reducunt. Verum is quidem aulam repetit, ac ceu quoddam propugnaculum, Leonem foris excubantem, ne quam hostes ultra prædam abigant ac liberius agros populentur, relinquit. At Leo commodum nactus tempus, militares irritat alas, & maledicta quædam in Imperatorem jactare eos cogit. *Haud e re*, aiebat, *ut quod fabula est, Leonum agmen Cervus ducat; qui videlicet modo arrepta fuga, in uxoris sinum concesserit, nobis in castris relictis, quos hostes vastitate consumant.* Vix dum in eum modum socios affatus, peroraverat, cum res eventu

Victi Romani a Bulgaris.

De Leone, diversa narratio.

καλλίστην βουλεύω· τῷ μὲν ὀρθὰ μηδὲ ὑγιᾶ φρονεῖν· σεσαθρημένα δὲ καὶ δόλια, καὶ ὅλεθρον ὑφ' ἑαυτὸν ποιῆσαι τὴν τῶν Ρωμαίων μελετῶντι ἡγεμονίαν. Ἀλλ' ἴτω τέως ἔφη πρὸς αὐτοὺς, ὦ Βασιλεῦ, καὶ ὄψῃ με σήμερον τὸ κράτος καθαρὸν ἀναδούμενον τῇ τῶν ἐχθρῶν, καὶ νικηφόρον δεκνύμενον, τῇ σῇ καταθαρρύνοντα καὶ προπολεμοῦντα πεποιθότι τε καὶ εὐχῇ. πείθεται ὁ Μιχαὴλ τοῖς λόγοις ἐκπαπείς τε καὶ προσαλθεὶς, συρράξαι προκελεύεται τὸν πόλεμον. ὡς δ' μόνον ἐλθεῖν συμβολὴ, ναῦται δειλὸς ὁ Λέων, τὴν φυγαδείαν ἠσπάσατο, τὴν βασιλείαν ἀεί πως ὀπιζητῶν. καὶ τοῦτο τέως ἄδηλον ἦν, αὐτῷ τε τῷ Μιχαὴλ, καὶ τοῖς ὑποτεταγμένοις. μήπω γὰρ τινος γεγενότος, οἷα φιλεῖ πόλεμον, μηδὲ ἑτέρου δυσπραγήματος, ἀλλ' ἔτι καθαρχὰς οὔσης τῆς μάχης, καὶ μικροῦ ὅπι καὶ συνερράγησαν ἀγωνίσου· αὐτοῖς τε τοῖς Βουλγάροις καὶ πᾶσιν ἐφάνη δόλος τὸ τοιοῦτον εἶδος τὸ πρᾶγμα, ὡς μέλλοισιν αὐτοὺς διαφθαρεῖν, καὶ αὖθις ἐξ ὑποστροφῆς καταπολεμεῖν. ὡς δ' ἀμφότεροι οὐ κατῆσαν, ἀλλ' ἀληθῶς δὴ ἔγνωσθη τῇ τῷ φυγῇ, τότε τραπέντες οἱ μὲν ἐναντίοι φόνον πολὺν διέφθειρον τῶν φυγόντων ἀσπόνδως. ὁ δὲ Μιχαὴλ ἑαυτὸν σώζει, ἀλλ' οὐκ ἀντιπαρῆλθε μετ' ὀλίγων ὤν, διεπέρασε. καὶ οὕτω μὲν τοῦτον ἡμέσθαι τῷ μάχῃ τινὲς ἡμῖν ἐγγράφως παραδεδώκασιν. εἰσὶ δ' οἱ τὰς δυνάμεις μᾶλλον τῷ Λέοντι δοῦναι διασῶσαι, καὶ κρατερῶς ἀγωνίσασθαι, τὸ βασιλικὸν τάγμάτων ἐπιλεκτικῶν, καὶ τῇ οἰκείᾳ προδιδομένων παραξίν· ἀλλ' οὐ τὸ κατὰ τὸν Λέοντα μέρος. πλὴν καθυπερτερῆσαι μὲν τὰ Βουλγάρων δυσπιστοῦσιν· τὰ δ' τῶν Ρωμαίων ἤπτηται στενόθυμα βαρεῖα καὶ φοβερᾶ, τὸν Βασιλέα ἔπεμπον ἀγωνιῶντα περὶ ψυχῆς. ἀλλ' ἐκεῖνος μὲν πρὸς τὰς βασιλείους αὐλὰς προπέμπετο, τὸν Λέοντα οἷόν τινα προβολὸν καταλιπὼν ἔξωθεν ἐφεδρεύειν, τὸ μή τινα ληΐσθαι λαφυραγωγίᾳ πλείονα παρὰ τῶν ἐχθρῶν. ὁ δὲ κατὰ λαβύρινθος ὑπτιάδειον, τὸν στρατιώτην ὄχλον ἠρέθιζέ τε καὶ βλασφημά τινα ῥίπτειν κατὰ τοῦ Βασιλέως ἐπῆγε. Καὶ μὴ δὴ ἔλαθον, ἐκεῖνο δὴ τὸ μῦθου, ἡγεῖσθαι Λεόντων καλὸν ἔλεγεν εἶναι, τὸν φυγῇ ἀπατασάμενον νεῶν, καὶ πρὸς τοὺς κόλπους φυγόντα τῆς γυναικὸς, τὸν ἑαυτοῦ ἡμᾶς καταλιπόντα λαὸν παραλωμα τῶν ἐχθρῶν. οὕτω πέρας πρὸς τοὺς κοινωνοὺς τῶν λόγων

ὁ λόγος ἐλάμβανε, καὶ εἰς ἔργον ἰὼ πολὺν ἀπεκδέχεται ἰδεῖν, τῇ τοῦ κολάκων καταπαρέντα θωμυλίᾳ καὶ σπουδρομῇ· καὶ τέλος, ἀνάρρησις αὐτωρεί· ᾧ τὸν αὐτὸν εἶχε ὁ βραχύβιος μέσιν τῆς ἡμέρας ἰδιώτην ἅμα καὶ Αὐτοκράτορα.

ζ. Ἀρτιγενῶς δυσηρρύετο τῷδε τῷ στρατοῦ· καὶ φόβοι πολλοὶ καὶ δέη ὑφεῖρπον· εἴτε σκιωλὼ ὄντως ὑποκρινόμενον, ἵν' ἀπολογίαν ὁρίσῃ εἰς ὕστερον, εἴτε καὶ ἀληθείᾳ τὰ τῆς τηλικαύτης παρέξεσιν ἀκολουθοῦντα δύσπαλα διαλογιζόμενον· ἐπεὶ καὶ τοῖς ἁπάσαις τὰ ἀλλότρια παρθυμουμένοις, μαλακώτερα πρὸς τὰ δι- B νὰ τολμᾷ φιλεῖσι γίνεσθαι· καὶ ὃ μέγιστον, ὅπως τῶν βασιλείων μετάσχῃ αὐλῶν, θυραυλῶν τε καὶ πόρρω που αὐλιζομένους. Ἀλλ' ἔμβλε πάντως καὶ αὐτὸς ἐσκιωμένος τοῖς βασιλείοις· καὶ διὰ τοῦτο πνεῦμα ποτηρέστατον διεγείρει Μιχαὴλ τὸν Τραυλὸν, καιρίαν οἱ καθικέσθαι δυσπείλει, εἰ μὴ τῷ ἀνάρρησιν ἀσμένως παρεσδέξοιτο· ὡς αὖτις γε πάντων μελήσειν τῶν νομιζομένων δυσχερῶν, καὶ αὐτῆς γε ταύτης τῆς πρὸς τὰ βασίλεια ἀφίξεως· ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

η'. Ὡς δέ τις ἀνὴρ, Ἰωάννης ἔστ' ὁ κατὰ τὸν * Ἐξαβούλιον, τῷ τοῦ τειχῶν ὑπομελόμενος C καὶ παρόντων πιούμενος, ἤδετο τὸν Λέοντα πολὺν καταλελειμμένον πρὸς φυλακῇ ἅμα τῇ τοῦ Βασιλέως εἰσόδῳ· δῆτος δὲ ἄρα ἀνδρὸς φύσιν τραχύσασθαι πόρρωθεν· οὐκ ὀλίγα τῷ ἐκείνου ἔφησε γνώσεσθαι παρεσαόμενα τοῦ στρατευμάτων· ὅθεν σύμβουλος γένεσθαι τοῦ Βασιλεῖ, διανοήσασθαί τι, καὶ τὸν ἀνδρα μεταξῆσαι καλῶς. πλὴν ἔδει τὸν τέως τοῦ κωλύειν ὑπερκρυπτόμενον ἀνακαλυφθῆναί ποτε, καὶ δοκιμασθῆναι ὡς ἂν χρυσὸν ἐν τοῖς τοῦ Θεοῦ ἐκλεκτοῖς· συγχωρεῖται δὲ τοῦτο πολλάκις κατά τινα τοῦ χρόνου κυκλικὴν D περίοδον γίνεσθαι, ἐξ αἰτήσεως, οἶμαι, δαιμονικῆς, καθάπερ ὅτι Ἰώβ· εἰς γνῶσιν μὲν καὶ διάκρισιν τῶν εὐσεβῶν· ἀλλοτρίωσιν δὲ καὶ ἀποπομπὴν τῶν κακῶν.

θ'. Οὔπω γὰρ πέρας εἶχον οἱ λόγοι, καὶ φήμη προθέουσα τὴν τοῦ Τυράννου ἐμβοᾷ ἀναγόρευσιν. προσπεσούσης δὲ ταύτης, ἡ μὲν πόλις πρὸς τοιοῦτον ἄγγελμα μικροῦ δεῖν ἔκφρων γενομένη, μόλις ἑαυτὴν συνεῖχεν, οἷς ἐμφυλίοις καταῤῥωδοῦσα πολέμοις, ἐξ οὗ πολλάκις αὐτόμβροι πόλεις κατεβαπτίσθησαν. ὁ δὲ Αὐτοκράτωρ ἐξεπλήγη μὲν τὴν ψυχὴν, οὐκ ἐταράχθη δὲ τὸν γνώμην· ἀλλ' ἀγχει-

* Cedr. ὁ Ἐξαβούλιος.

Constant. Porphyrog. Contin.

succedit, sparsis in omnem castrorum ambitum garrulis assentatorum vocibus ac concursu, quos ille ejusdem fere tenoris sermones habuerat. Postremo, actutum secuta acclamatio: ejusdemque diei pars modicissima, eundem privatum simul & Imperatorem aspexit. Leo Imperator acclamatus.

VII. Vixdum Imperator ab exercitu acclamatus erat, cum illi metus ac pavores obrepunt: sive reipsa scena hæc ac simulatio erant, quo in posterum facinus excusare posset, sive vere quanta istiusmodi molitionibus molesta obsistant, secum animo reputabat: nam Sent. & quibus constitutum sit aliena rapere, his ad mala designanda plerumque animi solent mollescere; hocque maximum cogitabat, qua tandem ratione in castris stativis ac procul agens, Aulæ compos evaderet. Omnino tamen futurum erat, ut & Aula potiretur, & in Regia habitaret. Idcirco etiam Spiritus nequam afflatu Michael Balbus lethale se ei vulnus inflicturum comminatur, nisi militum acclamationem suamque nuncupationem placide admittat: *Fore unmirum sibi curæ quæcunque ardua videantur, ac ipsum cum primis in regiam accessum:* quod ita factum est.

VIII. Ubi autem Joannes quidam Hexabulius, cui mœnium cura credita erat, sub ipsum mox Imperatoris in Vrbem ingressum, Leonem cognovit Romanæ ditionis ac tuendis agris præsidio relictum (erat is vir acri ingenio, ac qui hominis procul indolem conjectaret) haud fauste cessurum ait quod is cum imperio exercitui præfectus esset. Quamobrem auctor est, vt secum aliquid commentus Imperator, honesto quodam colore virum magistratu moveat. Verum necesse erat, vt quæ hactenus ovina pelle contecta latuerat, ingenium fera proderet, & ut electi Dei probarentur, haud secus ac flamma aurum in conflictorio purgat. Sinit autem id non raro, per recurrentium temporum quandam periodum, ita evenire: dæmone, puto, eius sibi copiam flagitante, vti in Iobo noscitur contigisse, vt pii innotescant & discernantur; mali vero abdicentur ac ejiciantur. Ioannis Hexabulij sagax consilium. Leonis acclamatio in Imperat.

IX. Vix namque sermonem finierat, cum fama prævolans, acclamatum Imperatorem, Tyrannum annuntiat. Eo rumore nuntioque attonita civitas, ac fere mente mota, vix se continebat, belli civilis formidine, cujus mole haud raro urbes integræ concidant. Verum Imperator obstupuit quidem animo; haud tamen mente tur-

Michaelis sponanea abdicatio.

batus est: sed viri tantum ingratos mores detestatus, leni quasi susurro, *Bonum*, aiens, *obsequi divina voluntati*; pavore ac turbatione Urbem liberavit; cunctos hortatus, vt Tyranno venienti occurrant, quo nimirum nullo civium pollutam cruore ac incolumen civitatem custodiret. Porro nonnullis hortantibus, ut forti animo malis obsisteret, pugnaque cum Tyranno decerneret; ac cum ij, *Fixmos se ac constantes tuendis clementissimi fideque præstantis Imperatoris partibus*, fore pollicerentur; quin & ipsa illius uxor Procopia rem probaret, necnon Michael quidam Amalecites, cujus tum in Aula Protostratoris munus esset, *Noldese*, ait, *Imperium fraternis cædibus cruentatum*. Quamobrem etiam cuidam famulorum fidelissimo traditis Imperialibus quibusdam ornamentis ac insignibus, Leonem adire, atq; ei deferre coegit. Ea re indignabundam ejus conjugem Procopiam ac bacchantis pene similem exclamasse aiunt, *Indignum ac grave si Barca* (sic Leonis uxorem convitio vocans) *capiti modiolum imponeret*. At ille severioribus verbis eam castigans, seque totum Deo committens, futurum rei eventum præstolabatur. Jam enim percrebuerat rumor, ingressum Tyrannum per Auream portam, omnemque Senatum ad sacras Præcursoris Ædes, Studij opera a fundamentis extructas, obviam processisse, ac supinis manibus, plausu faustisque ominibus in Urbem excipere, ac deducere. Cum autem ad Palatium jam appropinquaret, eique coram divina Dei Verbi propter nos facti hominis Imagine, ad locum, quem Chalcem vocant, vota reddituro tantisper consistendum esset, quod punicei coloris brevem quandam vestem militari more discinctam gestaret (* Aquilam vocant, sive Mare, qui in his elegantiam colunt) eam mox exuit: quam ipsam in manus acceptam Michael ex linguæ vitio Balbi cognomen adeptus, Leonis tunc Præfectum Stabuli agens, illico induit. Fuit hoc multis ominis loco, fore ut Michael Imperio regendo, Leoni successor esset. Ubi autem ad Scylla venerunt (locus est sic dictus in ingressu Palatij) sequens a tergo idem Michael dum incautius graditur, ac celerius præeuntis vestigia premit, summis pedibus ac articulis, Imperatoriæ vestis oram calcauit; ita ut ipse Leo senserit, audacioriseque aliquid facinoris ab eo expectandum ominatus sit; quod & postea accidit.

Michaelis Balbi Imperij omina.

* Malim αἶγα. *Aerem.*

X. Tunc Michael, Leone ingresso, una cum liberis atque uxore, detonsa

A σίλλυ αὐτῷ μόνον κατεγνωκώς, ἠρέμα πῶς ὑποψιθυρίσας Ὡς καλὸν τῷ θείῳ θελήματι ἕπεσθαι, ἀφῄρει τῆς πόλεως τὸ σεισαμβὲς καὶ παραχῶδες, ἀπρύξας σφοδρότερον χωρῆσαι πρὸς ἀπάντησιν, ἵνα μόνου σώζῃ τὴν ἑαυτοῦ πόλιν ἐμφυλίου αἵματος ἄχραντόν τε καὶ καθαρόν. Ἴσασθαι δέ τινων πρὸς τὰ δεινά, καὶ πρὸς τὸν ἀφ' ἑκατέρας μάχης ἀγῶνα σφοδρότερον ἐξελθομένων χαρᾶς, καὶ λαμπρῶν αὐτῶν ὑποδεχομένων βεβαιῶν ὑπὲρ Βασιλέως σφοδρότερα καὶ πιστά· ἀλλὰ καὶ αὐτῆς ἀποδεχομένης τοῦτο τῆς γαμετῆς Προκοπίας, καὶ Μιχαήλ τινος τῶν ἐξ Ἀμαληκιτῶν Γρω-

B τοτράπεζος τὴν καῦτα τυλχώσσης, Οὐκ ἔφη χρῆζειν τῆς βασιλείας αἵμασι καταῤῥεομένης ἀδελφικοῖς. ὅθεν καί τινι τῶν πρὸς θεραπείαν αὐτοῦ γνησίων σφόδρα τινὰ δοὺς τῆς βασιλείας, φοιτᾶν ἐκέλευσε ἐξεβιάσατο· ἐφ' οἷς καὶ δεινοπαθήσασα, καὶ οἷς ἐκβακχευθεῖσα ἡ τούτου δὴ γαμετὴ, Δεινὸν λέγεται ἀνακραγεῖν, εἰ Βάρ- 9.
κα, οὕτω δὲ ὁ τῆς Λέοντος καλέσασα γυναῖον, τῇ κεφαλῇ ἐπέθηκε τὸ μοδίολον. ὁ δὲ τῥῥοϊκοῖς λόγοις ἑαυτὸν ὑπορράπτας, καὶ ὅλον δὲ ἀνατρὶς ἑαυτὸν τῷ Θεῷ, ἐκαραδόκει τὰ μέλλοντα. Ἅτε γοῦν κατηγγέλετο τὸν Τύραννον εἰσιέναι ἀφ' πύλης τῆς χρυσοπόρτου, καὶ πᾶσα ἡ

C σύγκλητος καὶ τὸν ὄχλον τῆς Γεροδρόμου νεὼν, ὃν ὁ Στουδίου ἐκ βάθρων ἀνήγειρεν, ἀπιόντα, καὶ ὑποπτίας ἐδέχετο ταῖς χερσὶ, προπέμπουσά τε καὶ ἑπομένη. ὡς δὴ τῆς βασιλείοις ἤγγιζε, καὶ κατ' πρόσωπον δὴ τῆς θείας Εἰκόνος τῆς δι' ἡμᾶς ἐνανθρωπήσαντος Θεοῦ Λόγου, καὶ τὸν οὕτω καλούμενον τόπον Χαλκῇ ἔμελλε στῆναι, καὶ δεήσεις ἀποδώσων, ἐπεί τι φοινικοβαφὲς ἱμάτιον κατά τι γραπτωτικὸν ἔθος ἄζωστον ἐπημφίετο, [10] Λεπὸν τοῦτο καλοῦσιν ἡ θάλασσαν, 10.
οἱ περὶ ταῦτα κομψοὶ, τοῦτο μὲν αὐτίκα ἀπαμφιέννυται, καὶ Μιχαὴλ ὁ τὴν γλῶτταν φέρων πρόσθεμον, ὑπομελητὴς τῶν τῆς Λέοντος ἵππων

D τοιοκαῦτα τυλχώσσων, ὑπὸ χεῖρας λαβὼν, αὐτῷ τοῦτο ἐπαμπίσχεται. ἔδοξεν οἰωνὸς τοῦτο τοῖς πολλοῖς οἰωνὸς, ἐξ ἐκείνου δεύτερον τὴν βασιλείας τυχεῖν. ὡς δὴ κατὰ τὴν Σκύλλαν ἐλθόντα, οὕτω δή πνα τόπον καλοῦσι βασιλείοις εἰσόδοις λεγόμενον, ἀκραιτῶς πως ὑπορρέων, καὶ κατ' ἴχνος ἰόντων αὐτοῦ, ὃ πρὸς τῇ πίζῃ λῆγον τοῦ ἱματίου ἄκροις ἐπέβη ποσὶν, ὡς καὶ αὐτὸν αἰφνιδίσεσθαι τὸν Λέοντα, καί τινα πρόβολον κίνησιν ἐξ αὐτοῦ προσδοκᾶν. τοῦτο μὲν οὖν ὕστερον ἐγένετο.

ι'. Τότε δὲ τοῦ Λέοντος ὑποφανέντος, Μιχαὴλ ἅμα παισί τε καὶ γυναικὶ τῇ κόμῃ

11. ἀποδέλμοι, " ὡς ὃ τῦ Θεοῦ * τεθμήσμα, ὁ φάρος καπνομάζεσι, ἀπὸ τῦ φῶς ἀνάπτειν πᾶσι, & τὰς νύκτας ἀγαγωγεῖν ἐπὶ καταγωγάς τινας ἀσφαλεῖς· ἀνήμιμον τῦ κτ' τὸν Ἀλεξάνδρειαν ὄντα τε κὴ λεγόμενον, τὸν αὐτῦ βιβλιδαι χωρὶς ἐκκαλούμενος. ὁ δὲ συλῆσαι μὴ τὸ Θεοῦ, & ἔρημον εἶναι ψυχῆς τόπ ὃν καλῶ

12. δέλμος, ἐκεῖνον μὲν " ὧν τῇ * Πλάτῃ νήσῳ ἀφόριον εἰς ἡσυχάζειν ἐπέτρεψεν, χρυσόν τινα κατ' ἔτος ὑπηρετεῖν, ἔνθεν κὴ τὸν μοναχικὸν σχῆμα λαβόντα, & Ἀθανάσιον μετονομασθέντα ὑπὲρ ἐτῶν φασὶν ἓξ καὶ τριάκοντα. συνῆν δὲ αὐτῷ κὴ Εὐστράτιος ὁ υἱὸς αὐτῦ, ὁ κὴ ἀποκαρεὶς κὴ βιβουχαθεὶς ὢν ἐτῶν εἴκοσι τῆς χιλιάρχῃ τῦ Λέοντος· & Νικήτας, ὃς πρότερον μὲν παῖς ὤν, τὴν τῶν Ἰκανάτων διεῖπεν ἀρχήν, ἅτε δὴ φίλιος τοῖς τραπέζαις κὴ ὁπωσοῦν σχολῆς μεθέξειν εἶναί τε δόλων, & τῶν πολλῶν πραγμάτων ἔμπειρος. τότε δὴ τὸν κόμην & αὐτὸς ἀποδέλμος Ἰγνάτιος ἐκαλεῖτο, & τῷ πατρὶ συνῆναι ἐτύγχανεν τῷ μονήρη βίον προσκείμενος. τὸν δ' αὐτῦ συνοδίνον ἀπεχρίνατο κὴ ἀπέπεμψε, & πρὸς τὸν μονὸν τὸν οὕτω λεγόμενον, Προκοπίας, μετέβησεν· κὴ ποιεῖ τοῦτο μὴ θρύπτεσθαι πολλὰ τῷ Μιχαὴλ ἱκετεύσαντος. & ὁ μὲν Μιχαὴλ C τῦ βίου ἔξω θρόμβος μονὶ Ἰανουαρίῳ ια'. ἔτει ςτϛ'. τὸν χρεῶν ἀποδέλμος ἐν αὐτῇ τῇ νήσῳ, ἐν τῷ δεξιῷ μέρει τῆς ἐκκλησίας ἐτέθαπτο. ὁ Εὐστράτιος δὲ μετὰ τὸν τῦ πατρὸς τελευτὸν ἔτη ὑπερθέοντα πέντε * [& δέκα] κὴ αὐτὸς ἐκοιμήθη κτ' τῷ ιε'. τῦ Ἰανουαρίου μηνὸς, ἔτει ςτζ'. ἐν τῷ βιωνύμῳ μέρει τῆς ἐκκλησίας πεσών. ὁ δὲ Ἰγνάτιος, ὁ κὴ πρότερον Νικήτας καλούμενος, τῆς Κωνσταντινουπόλεως πρόεδρος εἰ) λαχὼν, πολλοῖς ὕστερον χρόνοις ἐν τῇ μονῇ καλουμένῃ Σατύρου, ὧν δρυὶ ἐκ βάθρων δεμόμενος ἔτυχεν, ὃ ἱερὸν αὐτῦ σῶμα κατέθηκεν. αὕτη δὲ ἡ μονὴ κὴ τῦ D Ἀνατέλλοντος κέκληται, ὡδέπως πως δέ. Ἀλλὰ Σάτυρος μὲν, ὅτι ἐκ μικρῦ λάσκηματος ἡ τοιαύτης μονῆς ὁ παλαιὸς ὀνομάζεται Σάτυρος, ἐν ᾧ ἐκεῖ ἱερὸν προὔκειτο Ἑλλήνων οἰκοδομηθὲν τῷ αὐτῷ Σατύρῳ· οὗ καθ' ὁμωνυμίαν, ἀφ' ὃ πλησίον εἰ) τῷ Εἰρηνικῷ μονῷ, τῷ τοιούτῳ καλεῖται ὀνόματι· ἐξ οὗπερ κὴ ὁ τῦ Βρύου παλάτια κτίσας Θεόφιλος Βασιλεὺς, τὴν ὕλην ἀφελόμενος ἐκεῖθεν ἐδείματο. Ἀνατέλλων δ' ἐν αἰτίαις τοιαύτην. κυνηγετοῦντι ποτὲ Νικηφόρῳ τῷ Βασιλεῖ. ἐν οἷς δρυίως ὄντι ἡ μονὴ μέρεσι, ἀφ' ὃ ἀλσώδη κὴ δύσβατον εἰ), κὴ πρὸς θήραν

coma, ad Dei delubrum ſecedunt, quod Pharum vocant, ea ratione, quod cunctis lucem accendat, noctuque ad certas quaſdam ſtationes deducat, Phari illius in Ægypto celebris nomen imitans officiumque præſtans; Leonis illic exoraturus clementiam. Ille porro haud ex honeſti ratione ratus religionem loci violare, aut in eo ſupplicibus necem inferre, illum quidem in Inſulam * Platen relegans, privatum illic agere iuſſit, auri ſummam quot annis in ejus ſumptus ſubminiſtrans: ubi & Monachi aſſumpto habitu, atque Athanaſij indito nomine, ad annos duos ſupra triginta vixiſſe fertur. Erat cum eo & Euſtratius ejus filius, qui ipſe Leonis juſſu detonſus, ac virilibus orbatus eſt, ætatis annum vigeſimum agens. Nicetas quoque, qui prius adoleſcens, Icanatorum Præfecturam geſſerat (quippe qui hoc ageret ut militum, inque ſubdialibus ſtativa habentium, gratiam iniret, multaque rerum peritia polleret) ipſe quoque tunc coma poſita, Ignatij nomen accepit, verſanſque cum patre, Monachi vitam una inſtituit. Uxorem vero ab illo abjunctam atque avulſam, in Monaſterium quod Procopiæ vocant, tranſtulit: quanquam Michaele hoc enixe amoliente ac deprecante. Ac Michael quidem in vivis eſſe deſiit undecimo Januarij, mundi anno 6032. depoſitaque mortalitate, in eadem Inſula, ad cornu dextrum Eccleſiæ, ſepultus eſt. Euſtratius vero, cum a morte patris annos quinque vixiſſet, dormiit & ipſe ad quintumdecimum menſis Januarij, anni 6037. in ſiniſtra Eccleſiæ parte conditus. Ignatius denique, qui & prius Nicetas vocatus eſt, Eccleſiæ Conſtantinopolitanæ Præſul effectus, multis poſt annis in Monaſterio, quod Satyri vocant, quod & ipſe paulo ante a fundamentis condiderat, ſacrum corpus ſuum depoſuit. Hoc porro Monaſterium, etiam Orientis nomen in eum modum ſortitum eſt. Verum Satyri quidem fuit appellatum, quod haud procul ab eo Monaſterio vetus Satyrus diceretur, ubi Græcanica ſuperſtitione eidem Satyro fanum extructum erat, ex cujus vicinia hæc ipſa appellatio Monaſterio hæſerat: Ex ejus porro ruinis Theophilus Imperator ablata materie, Regias ædes extruxit, quas vocant Brya. Ut autem Oriens vocaretur, ejuſmodi cauſa accidit. Veniente aliquando Nicephoro Imperatore ad eas partes, ubi jam Monaſterium conditum eſt, eo quod locus dumoſus eſſet & impervius, ſilveſtriumque animalium venationi idoneus, cum appa-

Cedr. *S. Deiparæ.*

* Cedr. ὡ τῆς Θεσπιωτάνης.

Pharus, oratorium Cpli.

* *Protect.* Michaëlis Monachatus & liberorum.

Ignatij Patriarchæ initia.

Michaëlis mors & Euſtratij filij.

* *Videntur redundare.*

Satyri Monaſterium & Orientis: utriuſque ratio.

Brya Palatium.

ruisset prægrandis Cervus, infestisque canibus eo ipso loco, in quo nunc Monasterij sacrarium erectum est, captus esset, inventa est vetus mensa, quam columna fulciebat, hocce titulo: *Hoc est Altare Michaelis cœlestis militiæ Principis, quod Andreas Apostolus posuit.* Verum hæc non tunc gesta sunt, sed ubi postea longum tempus effluxerat.

Michaelis ab Andrea Apostolo Religio.

XI. Interim revocanda ad institutum oratio est, ac quærendum, Quid velut ex condicto ambos induxerit, tum nempe Michaelem, ut nihil operæ asserendo sibi Imperio hostique obnitendo, posuerit; cum nec formicæ (ut adagio fertur) ira desit; tum vero Leonem, ut sic audacter illud invaderet. Hanc enim ego verissimam disciplinam, & ad politicas actiones exercitationem dixerim, evidentissimam rei cujusque causam; neque hanc solum, sed quæ occulta sit, compertam habere; qua qui careat ac nudatus sit Historiarum liber, haud scio an frugis aliquid Lectoribus allaturus sit. Erat Michaeli Imperatori vicina quædam ancillula. Hæc certis quibusdam temporum intervallis furore acta ac spiritu afflata, vaticinabatur, futuraque edicebat. Cui ad littus, cui Bucoleoni nomen, sæpius venienti, inde contenta inclamabat voce, *Descende inde, Michael, descende; ac alienis cede:* has scilicet in eum voces intendens. Hoc ita sæpius factitatum sic percrebuit, ut nec sponte surdos, unisque studentes vitæ deliciis latuerit. Sero ergo tandem, ad ipsas Imperatoris aures, sinistri aliquid rumoris ejus animo ingerens, ea res pervenit. Mox ille (lubens enim quisque animi dolorem amicis detegit) Theodoto cuidam Melisseno, cognomento Cassiteræ, quo vere amico uti videretur, quos fama jactaret sermones communicat. Is porro, singulare quid, vereque tutum præstandum monet; nempe, quo tempore puella furore corripietur, solerti ex illa indagine inquirendum, Quænam futuri Imperatoris familia, nomenque ac corporis figura sit. Placuit consilium; mulierque spiritu Pythonico afflata, nulla mora sic percontanti respondet: *Cum ad Arcem*, inquit, *tali tempore veneris, duo quidam ingressuri sunt: Vnius nomen Leo, qui mulo vehatur; alterius, alia nuncupatio: is porro est, qui Imperio potietur.* Hæc itaque sceleratissimus ille Imperatori audisse dejerat; nec rerum quæ gestæ erant, quicquam loquitur, sed nugas, ac quibus nihil inesset sani, mulieris sermones vocat. Haud enimvero ipse nugarum loco habuit, aut temere fusas voces existimavit. Abit enim sta-

Vera historia, quæ rerum causas aperiat.

Vaticinium futuri Leonis Imperij: Melisseni fraus.

ζώων ὀπτησείας, ἐλάφου μεγίστης φυσείσης, καὶ καταδιωκομένης ὑπὸ κυνῶν ἐν αὐτῷ τῷ τόπῳ, ἐν ᾧ νῦν ὁ τῆς μονῆς θυσιαστήριον ἵδρυται, εὑρέθη τράπεζα παλαιὰ ὑπὸ κίονος βαστάζομένη, γράφουσα ὕστως. Τοῦτό ἐστι τὸ θυσιαστήριον τοῦ Ἀρχιστρατήγου Μιχαὴλ τοῦ Ἀνατέλλοντος, ὅπερ ἀνέθηκεν ὁ Ἀπόστολος Ἀνδρέας. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν οὐ τότε γέγονε· ὁ πρελληλυθὼς πολλοῦ ὕστερον.

ια'. Ἐπιμακτέον δὲ τὸν λόγον, καὶ τὴν αἰτίαν ζητητέον τὴν οὕτως ὡς ἐξομολόγου πείσασθαι ἀμφοτέρους, τὸν μὲν Μιχαὴλ μηδ' ὅλως ὑπὸ τῆς βασιλείας ἀνίασθαι· ἔνεστι γάρ, ὡς ἡ παροιμία, καὶ μύρμηκι χολή· τὸν Λέοντα δὲ θαρρήσαντα ὑπερβῆναι καὶ καταλαμβάσαι αὐτῆς. καὶ γὰρ ταύτην μοίραν ἐπῄειμι αὖ ἐγὼ τῆς ἀληθινωτάτης παιδείας τε καὶ γυμνασίας πρὸς τὰς πολιτικὰς πράξεις, τὴν ἀναγκαιοτάτην αἰτίαν, καὶ ὃ μὴ τὴν δὲ ἄλλα τὴν δὲ ὑπικεκαλυμμένην καταφορὰν, ἧς πᾶσα δὴ βίβλος ἱστορικὴ πεφυλαγμένη καὶ ἀπηγορευμένη, οὐκ οἶδ' εἴ τινα ὄνησιν παρέχοι τοῖς ἐντυγχάνουσιν. ὑπῆρχε γὰρ Μιχαὴλ θεραπαινίδιόν τι πρόσοικον, ὃ κατά τινας ἐκβακχευόμενόν τε καὶ ἐνεργουμένον πρεσόδοις ἀπεφοίβαζέ τε καὶ ἐμαντεύετο, καὶ πρὸς τῷ τοῦ Βουκολέοντος αἰγιαλῷ προσφοιτῶν, Κατάβηθι κάτω, κατάβηθι, γενναιότερον, ὦ Μιχαὴλ, ἐπιβᾶσα, καὶ τῷ ἀλλοτρίῳ ἀφίστασο, πρὸς αὐτὸν δηλοῦτον ἀπορρίπτουσα φωνάς. οὐκ ἔλαθε γοῦν τοῦτο πολλάκις γιγνόμενον, οὐδὲ τοὺς ἐπιλοκωφῶν ἐπιλογίας, καὶ τὸν βίον προδιαπέμπειν ὑφρόστιον· ἀλλ' ἔφθασιν οὖν γοῦν εἰς τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς, θεσμῷ καὶ λαλίᾳ τινὰ σὺν οὐκ οὖν ἐλπὶν ἐμπιστοῦσαν· καὶ ὅς, φίλος γὰρ ἕκαστος ὁ φιλουμένῳ, ἐκπομπεύει τοῖς φιλουμένοις, Θεοδότῳ τινὶ τῷ καὶ τὸν Μελισσηνὸν γνησίῳ δοκοῦντι, ᾧ ἐπώνυμον ὁ Κασσιτερᾶς, τὰ τῶν λόγων ἀνεκοινοῦτο, καί τινα βουλὴν ἐξευρέσθαι συμβούλευεν αἰσίαν ὄντως καὶ ἀσφαλῆ. ἡ δὲ ἰδοῦ, τῷ καὶ τὸν καιρὸν ὅτε δὴ φοιβόληπτον γένηται ὃ κορέσιον, ἀκριβολογήσαι ἔπειτα πάντα, Τίς τε εἴη οἰκία τοῦ Βασιλεύσοντος, καὶ κλῆσιν ἰδοῦ τινα φέρει, καὶ ὁποῖος τυγχάνει ὁ χαρακτήρ. ἐδόκει ταῦτα ποιεῖν, καὶ ἡ ἐνεργουμένη πνεύματι Πύθωνος οὐδὲν ὑποσχομένη, Κατὰ τὴν ἀκρόπολιν, φησὶ, γενομένῳ σοι τοῦ δεῖνα καιροῦ, δύο τινὲς ἀδελφοὶ ἐπιβήσονται, Λέων ὄνομα τῷ ἑνὶ ἐποχουμένῳ ἡμιόνῳ, θατέρῳ δὲ ἕτερον· οὗτος ὁ τῆς βασιλείας κατευθυντήσεται. Ταῦτα γοῦν ἐκεῖνος ὁ θεομισὴς ἀνὴρ ἐξόμνυταί τε πρὸς τὴν Βασιλέα, καὶ λέγει τὴν γενομένων ὕδεν· λῆρον ὁ θεὶς λόγους ἀποκαλῶν, καὶ μηδὲν ἔργου ὑγιές. ἀλλ' οὐκ ἐκείνῳ λήρει, ἢ ἔμπης ἄλλως. ἄπειστι γὰρ

13. ὑποπτῶ.

οὗτος, καὶ τὸν ἀνδρα, ὡς ἀκριβῶς καταλαβὼν ἐν τῷ τοῦ ἁγίου Παύλου σηκῷ τῷ ὀρφανοις τρέφειν λαχόντι σωτερίασας, & ὁμολογίας κατεμπεδώσας καὶ ὁρκωμοσίας, καὶ ταῤῥῆσαι καὶ χαίρειν προσκελευσαμένου, ἐκ θείας φωνῆς ἐλεγμὸν διδαχθῆναί με ἀποῤῥήτως τὰ μέλλοντα, τὸν σε Βασιλέα ἀναφανσίως κηρύττουσαν. Ταῦτα μὲν ὑπολαληθέντα, & οἷ δεύτερά τινα χρώματα, ὡς ἐν ζωγραφίᾳ, ταῖς πρώτεραις ἐμμορφωθέντα σκιαῖς· ἐκείνας λέγω προφάσεις ὑπὸ τοῦ καὶ ὁ Φιλομήλιον μοναχὸν ἐκφανθείσας, οὐκ ἔτι ἐν εἰδώλῳ & ἐμφάσει τινὶ ἐμποιῆς τὸν βασιλείαν ὁρᾶν, γυμνὸν ὁ & οἷ ἐν ἐκδάσει σαφῆς. τῶν οὖν τὸν τε ἤδη καταθαλπομένου τοῦ Λέοντος καὶ οἷ ἀπεμαραινθέντα φλόγα τῆς ἐλπίδος, ὑποτυφεσθαι ἐποίησεν, & τὸν Μιχαὴλ ἐν ἀβύσσῳ ἀθυμίας καταδυσάμενον πολλῇ· & τοῦ μὲν τῆς ψυχῆς πύργον ἀνέῤῥηξεν, τοῦ ὁ ἐκτάσησεν. οὐ γοῦν ὁ μόνον ὁ γύναιον, ἀλλὰ δὴ ὁ πιστευθεὶς, & ἐξαπατήσας τὸν ὄντα Καισαρέως. ἀλλ' αὖθις ὅτι τὴν ἱστορίαν ἰτέον.

ιβ'. Ος δὴ οὖν τὸν Αὐτοκράτορα εἵλκυσεν ὁ Λέων ἀρχικὸν, ἀναῤῥηθεὶς δημοσίᾳ τὸν Ιούλιον μῆνα τῆς ϛ'. Ινδικτιῶνος, Μιχαὴλ μὲν τὸν τοῦ γλυκέως ὑποσυρίζοντα, τῇ τῶν Πατρικίων ἐγκαταλέξῃ τιμῇ, τὸν υἱὸν αὐτοῦ πρότερον ἐκ τοῦ ἁγίου λουτροῦ ὑποδεξάμενος· Θωμᾶν ὁ τ' ἑαυτοῦ διαφερόντως ὁμήλικα & συμπαίστορα, τῶν Φοιδεράτων Τουρμάρχην ἐγκαθίστα. & Μανουὴλ ὁ τὸν Μιχαὴλ Πρωτοστράτορα, Πατρικίοις ἐγκαταλέξας· & Στρατηλὸν τιμήσας τῶν Αρμενίων, Οὐκ ἔδει σε, ἔφη, πρὸς τὸν κατ' ἐμοῦ ὁπλίζεσθαι πόλεμον, σύμβουλον δ' Βασιλέως καὶ τῆς Προκοπίας γενόμενον. καὶ ὃς οὐ μάλιστα παῤῥησιαζόμενος, Αλλ' οὐδέ σε ἔδει, ἀντέφησεν, τῷ δυνατοῦ, ἔτι δὲ καὶ στωμύλου σου, χεῖρα ἀπαρᾶσαι. τότε μὲν οὖν τοιούτοις καταπλαγεὶς, τὸ δ' ἀνδρὸς ἀρετὴν ἀδεισθεὶς ἀρετεῖ....

ιγ'. Ως ὁ τὸν τῶν Βουλγάρων Αρχοντα τῇ πρότεραίᾳ νίκῃ φρονηματιζόμενον ἀμαχήσειν, καὶ αὖθις δηοῦντα μὲν τὴν γείτονα γῆν, χείρονα δὲ & λεηλατοῦντα τοὺς ἀγρούς· & πολλὰ μὲν σώματα, πολλὰ δὲ βοσκήματα καθαρπάζοντα, εἰκότως οἷ ἑτέρωθεν κατεμπιπράντα, & ὅλως ὄντα ἀφόρητον· πρῶτον μὲν δεῖν ᾠήθη ἀμφὶ πρεσβείας εἰρήνης ἀναμεῖναι αὐτόν· ὡς δ' οὐκ ἔπεισεν, τὰ τ' τειχῶν διερρυηκότα δι' ἑαυτοῦ ἀνοικοδομησάμενος, ὀχυροῖ ἀμφὶ ταχέων· καὶ γενόμενος ἐν Μεσυμβρίᾳ τῇ πόλει, τοιούτῳ τινὶ διεχρήσατο στρατηγήματι. ἡμέρας ἱκανὰς ἐν ᾧ τόπῳ ὑπαφρώσας ἑαυτὸν τε καὶ τὸν

tim, ac ſicut audierat in D. Pauli delubro pupillis alendis deſtinato, virum offendens, collatoque ſermone, ac data acceptaque fide, bonoque & fidenti animo eſſe illum jubens, Diuinam ſibi in ſecreto detectam vocem dixit, quæ illum Imperatorem fore clare denuntiaret. Hæc ergo ſecretius, & ad aurem dicta, velutque ſecundi colores (uti fere in pictura fit) prioribus umbris majori expreſſione adjecti (iis ſcilicet quæ Philomelij Monachus primum vaticinatus erat) ſic afficiunt, ut non inani jam ſpecie exilique quadam repræſentatione ac ſimulachro, Imperium videret, ſed nudum ac velut clare eo potitus eſſet. Ea igitur res prope emortuam ac velut elanguidam Leonis ſpei flammam, novis ardoribus accendit, altaque mœſtitudinis abyſſo Michaelem merſit: atque illius quidem animi robur erexit, hujus vero graviter concuſſit. Nec ſolum muliercula, ſed & qui fidem meruerat, Caſſiteras, ac vere deceperat. Verum iterum nobis reſumenda narrationis ſeries eſt.

XII. Rerum itaque ſummam adeptus Leo, ac Imperator publice acclamatus, menſe Julio, Indictione ſexta, Michaelem Balbum Patricia auget dignitate; cujus etiam prius e ſacro fonte filium adoptaverat. Thomam autem ſingulariter coætaneum ſuum ac cum quo juvenis fuerat educatus, Fœderatorum Tribunum conſtituit. Manuelem quoque Michaelis Protoſtratorem, Patriciis adlegit. Armeniorumque Duce conſtituto, *Non te decebat*, inquit, *adverſum me arma ſumere, ac Imperatori & Procopiæ conſilium præbere*. Ad quem ille ſumma uſus libertate, *At neque te*, inquit, *decebat, adverſus eum, a quo beneficio affectus eſſes; ad hæc vero qui & tuus compater exiſteret, manum levare.* Tunc quidem Leo his auditis obmutuit, viri reveritus virtutem...

Menuelis præclara libertas loquendi.

XIII. Ubi autem Bulgarorum Principem ſuperiori victoria elatum, majoresque ſpiritus ducentem, vicinam rurſus audiuit vaſtare regionem, & agros demetere ac populari, multamque tum hominum tum pecorum prædam agere, domoſque præterea incendere, ac omnino intolerabilem eſſe; primum quidem operæpretium duxit, miſſa legatione, officij ac pacis admonere. Ubi autem nihil Barbari iras inflexit, diruta mœnium, opera ſua ſtudioque inſtaurans, Urbis res brevi in tuto poſuit; venienſque Meſembriam, ſtratagemate ejuſmodi hoſtibus illuſit. Dies non paucos caſtris poſitis, altoque vallo ducto, atque aggere pene defoſſus cum

Leonis in Bulgaros ſtratagema.

copiis, substitit, annonas quotidie ex Romano solo in promptu habens, cum ne vel ad delicias ullo commeatu deficeretur. Ubi autem assidentes Bulgaros armisque in eum instructos commeatus penuria laborare audivit, noctu discedēs e loco in quo confederat, haud spernenda militum assumpta manu (virorum scilicet fortium, & qui laboris patientes essent) cum uno dumtaxat communicato consilio, insidiandi causa in montem quemdam contendit. Ubi autem diluxit, nec in castris Imperator repertus est, fugisse eum cuncti existimarunt; quod nimirum ejus discessionis consilium universos lateret. Hinc hostes assumptis armis impetum tenere non poterant aut ullo modo suis se finibus continere; sed & aggressione facta, in manus se exercitum habere, nulloque negotio ejus potituros, putabant. Cum ecce Leo per noctis silentia e monte descendens, in hostes nihil mali subverentes irruit: inermibusque ac somno solutis congressus, per existimatam illam Imperatoris fugam, tantam illorum dedit stragem, Romanis ex condicto undique ingruentibus, ut eorum exercitum omnem profligaverit; ac ne ignifer quidem (ut aiunt) sospes evaserit. Sed & incursione facta regionem omnem deprædatus, puberes quidem omnes inde abduxit; parvulis autem ad saxa ac humum allisis, Romanam mox ditionem repetiit. Eam ob rem, ex eo tempore Leonis collis, ei colli nomen inditum est; ac qui illac iter habent Bulgari, caput moventes, locum digito ostendunt, nec quicquam acceptæ tunc cladis memoriam obliterant.

Leonis victoria.

Leonis collis.

Leonis nimia feveritas.

XIIII. Felix ergo ille successus, ferociorem, longeque audaciorem hominem reddidit, inque eam crudelitatem, in qua fuerat educatus, impulit. Nulla illi majoris minorisve sceleris distinctio: sed si quis ullius sceleris reus teneretur, una erat sententia, una ultio, cujusvis necessarij membri amputatio, inque omnium oculis publica amputati membri suspensio. Hæc sic dira cum in omnes ille designaret, grave in se odium omnium concitavit. Cum enim nativam illam dire effrænem, nulloque modo castigatam aut ad lenitatem ac clementiam vergentem feritatem coleret, cognatum genus crudeliter divexans, ac contemptui habens, id vero consecutus est, ut eum odissent omnes; nemo diligeret.

XV. In hunc itaque modum suas ille res disponebat, venitque ei in mentem Philomelensis Monachus, ejusque de se vaticinij munera præstare constituit, missis in antecessum munuscu-

A γρατὸν, ἐκαθέζετο· ἑκάστοτε σπιζόμενος ἀπὸ τῆς ἠμετέρας, καὶ λιπόμενος τὰ ἀναγκαῖα, ἀλλὰ καὶ πρὸς πυφλὸν, σοβεῖσθαι. ἐπεὶ δὲ τοὺς σὺν αὐτῷ καθωπλισμένους Βουλγάρους ὡς τινότητι τῶν ἀναγκαίων ἀκήκοεν, ὃν μὲν οὐ ἐφήσθυε πάσου νύκτωρ ἀπάρασι μὴ γρατίωτῶν ἱκανῶν, καὶ ῥώμην τε καὶ καρτερίαν γεγυμνασμένων, ἑνὶ μόνῳ τῷ ἑαυτῷ συγγυμνώσας γνώμιλον, καὶ πρὸς λόγον ὅτι πρὸς βουνοῦ χωρῆς, στώμημα τῶν πολεμίων καὶ ὥραν εἶπεν. ὡς δ' ἠμέρα ἀπέλαμπε, καὶ ὁ γρατηγὸς ἐγυμνοῦτο τῶν Βασι- F. γρατὸς.
λείων πᾶσι, φυγῇ χρήσασθαι τόπον, τὸν Βασιλέα δηλονότι, πάντες καθωμολόγουν, τὴν γεγονότων εἰδότες σοβεῖν. [14] ὅθεν ἀναθαῤῥήσαντες οἱ ἕκαστοι, μόνῳ ἐφ' ἑαυτῶν οὐδ' ὅλως ἐδυώσαντο, ἀλλὰ καὶ κατεξανίσταντο, καὶ ὅτι χεῖρας ὅσον τὸ γράτευμα ἔχον. νυκτὸς εὖν ὑπεγλυφούσης, κάτεισιν ὁ τῶν λόγου ὁ Λέων ἀπροσδοκήτοις οὖσι κακῶν· καὶ συμμίξας αὐτοῖς δύσθρασιν ὅπλων γυμνοῖς, καὶ ἀφαλελυμένοις ὕπνῳ τε καὶ θαῤῥεῖ τῆς τοῦ Βασιλέως φυγῆς, τοσοῦτον ἐφγάσατο φόβητρον καὶ φόνου πάντοθεν ἐκχυθέντων τῶν Ρωμαίων κατὰ τὸ στώμημα, ὡς πανδημεὶ αἴρησαι τὸ γρατόπεδον, καὶ μηδὲ πυρφόρον, ὃ δὴ λεγόμενον, ἀφανισθῆναι. οὐ μόνον δὲ καὶ πᾶσαν ἡλικίαν ἐκ καθάρσεως τε καὶ προγονῆς ἀνάρπασον θεὶς, καὶ τὰ τέκνα τούτων ταῖς πέτραις καὶ τῇ γῇ προσκρούσας, πλὴν ἑαυτοῦ κατέλαβεν ἐν ταχεῖ. ὅθεν ἔκ ποτε ἐκεῖνος ὁ βουνὸς Λέοντος ἐπωνομάσθη· καὶ οἱ ἀεὶ ἐκεῖσε ἀφιβαζόμενοι τῶν Βουλγάρων, πλὴν κεφαλικῶν ὀπισείοντες δακτυλοδήκτοσι, καὶ λήθῳ λαμβάνουσι τῶν πάντα κακῶν οὐδαμῶς.

ιδ'. Τοῦτο γοῦν θρασύτερόν πως αὐτὸν καὶ ἀπαμώτερον ἐφγάσατο τὸ προτέρημα, καὶ [15] εἰς τὴν 15.
σωτηρίαν ὠμότητα ἐναπέῤῥαξε. μικροῦ γὰρ καὶ μείζονος οὐκ ἐῶ αὐτὴ διαφορὰ ἁμαρτήματος, ἀλλὰ κἂν πάντων ἐφ' ᾧ τινι καταλαμβανομένων, μία ζημία, τὸ ἀκρωτηριάζεσθαι τὰ ἀναγκαῖα μέλη ὁποιουοῦν, καὶ πάντων ἐπ' ὄψεσι πλήττεσθαι ἐκκρεμές. ἃ καὶ πᾶσι πεπεικόσιν τοῖς ἀνθρώ- F. πεπει-
ποις, ἐπίκτητον μῖσος δὴ τούτου καὶ θηριώδη ἀπεργάσατο. οἷς γὰρ ἄκρατον τὸ εἰρηνικὸν θεοσεβείας ἐπήσκησεν, ἀλλ' οὐ κεκολασμένῳ τινὰ καὶ πρὸς τὸ φαύστερον ἀπενδύουσθαι, τὸ συγχωρίδα φύσιν ἐκφαυλίζων ἀπλεῶς, μισθὸν τὸ ἔζεσθαι, ἀλλ' οὐ πλὴν φιλίδμητον ἐπώλησεν.

ιε'. Ταῦτ' οὖν ἔπραττεν, καὶ κατὰ νοῦν λαμβάνει τὸ ὑπὸ τῶν Φιλομηλίου μαντεύσασθαι, καὶ ἀμείβεσθαι οἱ δοκεῖ τὸ προῤῥήσεως, θύρα εἰσηκοΐᾳ πρὸς πάντων

πων αὐτῷ, ἃς δ' κρήτους νίκας δῴη αὐτῶν. ἀλλ' A
ἐκεῖνος μὲν ἤδη φθάσας ἐξ ἀνθρώπων ἐξῆλθε·
πονηρὸς δέ τις δαίμων καὶ βάσκανος· οὐ γὰρ ἄν-
θρωπον τοῦτον καλέσαιμι τὸν πάντα συγχέαντα
καὶ ταράξαντα, καὶ κατ' τὸν παλαιὸν ὄφιν τὸν ἴον τοῖς δ'
παλαιπώρου Λέοντος ὠσὶν ἐκχέαντα, ἀνέπλησε τὸν
κεκτημένου ὅλον τὸν νοῦν, τῷ δ' γέροντος οἰκείᾳ
ἐν βλαβείας προφάσματι ἐκατέλαβεν. Συμ-
βάπιος οὗτος ἐλέγετο, ὃς καὶ βασιλικὸν ἄγγελον
πολλὰ προστριβόμενον, καὶ δύσφημα κατ' δ' Βασι-
λέως εἰς πρόσωπον, ἀλλ' οὐκ ἀπὸ κόλπου λα-
λῶν· ἢ μᾶλλον ἐξελιπαρῶν μηδὲν καθυποστελλόμε-
νον ἐξειπεῖν, Ὡς ὀλίγος ἔσται σοι ὁ Βασιλεύων ἔτι πο-
λύ, εἰδώλοις, ὧν τὸν καταράτου γλώσσης ἐκείνης, B
16. προσαμένῳ, καὶ πολυφθορῷ τοῖς [16] ἀπὸ τῶν Παρ-
δοῖς καὶ Θυάδες, καὶ Ταραξίου σεβομένοις· τὸν
βασιλεύσασθαι Εἰρήνῃ, καὶ τὸν ὑπ' ἀγίοις Τα-
ράσιον ἀφέτῳ γλώττῃ περὶ τῶν θείων Εἰκόνων
οὕτως ἀποκαλοῦντα. ὁ δ' Λέων ὁ οὕτως δαιμόνων
εἴδωλον, ὁ τῆς ἀμαθίας ἀνδράποδον, ὁ τῆς
σκιᾶς ἀφωνότερον, δέον τούτων καταλιταρῆσαι·
ἢ μὴ τοῦτο, ἐκπομπεύειν γοῦν καὶ κατείδειν
ταῦτα τῷ τὰς τῆς ἐκκλησίας ἰδίας ἡνίοχον,
καὶ συνόδους συγκροτῆσαι περὶ μεγάλων μεγά-
λως διερευνᾶν· ἀλλ' οὐκ ἀνδράσι μηδὲν ὑγιὲς C
φρονοῦσι, μηδὲ τὰ ἑαυτῶν, φθόνῳ δ' μᾶλλον φι-
λίας, ἀλλὰ τὰ οἰκεῖα] προμηθουμένων καὶ
προοικουμένων, τῷ φιλουμένῳ ἀνακινοῦται
Καισαρεῖ, καὶ τὰ ἀπεσταλμένα ἄγγελῳ τούτῳ εἰς
φῶς. ὁ δ' κακῷ κακὸν, καὶ λύσσῃ λύσσαν ἀνα-
φυσῶν, ἀλλ' ἑτεροίρων, ἕτερόν τινα τῇ ὁμοίᾳ
δόξῃ περὶ τῶν θείων Εἰκόνων ὑποφρονοῦντα, καὶ τῷ
Μαυριανοῦ ἔμβολον οἰκοῦντα προσηνοῦντα ἀναγορεύει·
ἀπέρωπά τινα καὶ μετέωρα λεπτολογοῦντα, καὶ ὑπερ-
άγγελον τοῦτον εἶ) διαβεβαιούμενος· Τοιοῦτο οὖν,
ὦ Βασιλεῦ, χρῶ περὶ τούτων μυσταγωγῷ· καὶ
ὃ νῦν ἔφησί σοι ποιῶν, οὐκ ἁμαρτήσῃ δ' δέοντος.

ιε'. Ὡς οὖν ἐπρώτευσε τὰ τῆς συμβουλῆς, με- D
ταλήξαι ἔγνω πρὸς τὸν μονάζοντα, καὶ τοῦτον κατάμ-
πλησας τῆς Φλυαείας, προσέπεμψεν, Ὡς καθ' τὴν
ὑπερθεσμον νύκτα, ἰδιώτου σχῆμα ἀναλαβόμενον,
αὐτὸν οἴκοθεν Βασιλέα ἀγάγῃ σοι, περί τε πίστεως
καὶ ἄλλων οὐκ ἀνταφορήτων πραγμάτων
συμβουλευόμενον. τοῦτον οὖν ἔτη δύο καὶ ἑβδομή-
κοντα τὴν βασιλείαν κατευθύνειν καθυπίσχου, καὶ
τεσσαρακαιδέκατον ἀριθμεῖν τῶν Ἀποστόλων, καὶ παῖδας
παίδων ἐπὶ θρόνου τῆς βασιλείας ἰδεῖν· εἰ γε
Λέοντος ἐξ Ισαυρείας συσχεῖν πως τῷ δόγματι-
μὴ ἐνισχυομένου ἢ ἀλλ' ἀποκαινομένου, πλεῖ-
όν ἐξωλέαν καὶ ἀπώλειαν καὶ κρημνοὺς καὶ βάραθρα
ἀπειλῆσθαι τούτῳ ἐπόμενα ἐκ Θεοῦ. Ταῦτ' οὖν

Constant. Porphyrog. Continuat.

lis, quibus gratum animum ſuum in eum oſtenderet, rogans a Deo impetrare, ut Imperium ſuum victoriis augeret. Verum ille jam e vivis exceſſerat; malus autem quidam ac invidus dæmon (nec enim hominem appellavero, qui omnia miſcuit turbavitque, ac antiqui ſerpentis more, miſeri Leonis auribus; hominis ſcilicet, cujus mens omnis imprudens & inconſulta, virus infudit) Senis ædiculam illam, religionis obtentu occupaverat. Sabbatius illi nomen erat. Hic, Leonis ipſum nuntium, convitiorum plauſtro onerare, nec ſecum ipſe, ſed coram in facie in Imperatorem maledicta jactare. Rogavit nihilominus ſemoto omni timore denuntiare, *Breve fore Leonis Imperium, qui idolis* (o linguam execrabilem!) *animum adhiberet, inque Pardalis & Bacchæ Taraxÿque Numinibus* (ſic nimirum Imperatricem Irenem ſanctumque Taraſium in cauſa divinarum Imaginum linguæ petulantia vocans) *ſpem collocaret.* At Leo, verum dæmonum Idolum, inſcitiæ mancipium, homo umbra elinguior, cum hæc ſpernere debuiſſet; ſin autem, ad eum qui Eccleſiæ clavum regebat, referre, eique exponere, necnon Synodum, de rebus magnis magnifice ſcrutando, cogere; non hominibus qui nihil ſani ſaperent, quique non ejus commodis, ſed ſuis ipſorum lucris ſtuderent, ſuaſque cum primis res curarent (proh amicitiam dolo compoſitam!) amico Caſſiteræ communicat, refertque quæ ex nuntio verba acceperat. Porro ille malum malo, furoremque furore non leniens, ſed excitans, virum alium, qui ejuſdem erga ſacras Imagines ſententiæ eſſet, ac in Mauriani porticu habitaret, ei indicat; immenſa quædam & excelſa in ejus laudem deblaterans, atque ejus majorem Angelo præſtantiam affirmans. *Hoc igitur, Imperator, qui in rebus iſtiuſmodi inſtruat atque edoceat, utere; nec ſi quid illo doctore egeris, ab honeſto, & eo quod officij eſt, quicquam aberraveris.*

Sabbatij Monachi Leonis ſeductio.

Caſſiteræ opera dementando Leonem.

XV. Vixdum datum conſilium erat, cum ad Monachum properandum, operæpretium duxit: nugiſq; hominem exſaturans, adjecit: *Sequenti nocte ſe ei Imperatorem adducturum privato habitu, qui de fide aliiſque rebus haud ſpernendis eum ſit conſulturus. Fac ergo illi polliceare, annos duos ſupra ſeptuaginta Imperium rectturum, numeraque tertium-decimum Apoſtolum. Vaticinare ei, Fore ut videat ſuper Regni ſolium filios filiorum; ſi modo Leonis Iſaurici Edictum ſequi in animum induxerit: ſin nolit polliceri, ſed rem ſe præſtiturum abnuat; obteſtare ſtragem illi, interitum, præcipitia, barathra a Deo imminere.* Hæc ſcelerato

C

animo mentisque pravitate docto Monacho, qua hora convenerant, Imperatorem adducit. Cumque ingressi una cum Theodoto, arcana aggressi essent: *Non decebat*, inquit Monachus, *communi Te veste purpuram commutare, ac sic vulgi animis illudere.* Ille audito hoc verbo vehementer affectus, menteque attonitus, ac cum alias ex divina eum præscientia loqui existimaret, plane velut umbra statuam sequitur, totusque ex Monachi verbis, haud secus ac ex ansulis vasculum, sic ille pendet: ut & ante nos quidam versibus luserunt.

Edictum adversus Imagines.

XVI. Statim ergo abolendas venerabiles Imagines Edicto sanxit; jubetque Nicephoro Patriarchæ, *Ut scripta sua manu schedula, assentiri se profiteatur: exilio multandus, ni faciat.* Is autem qui & aliunde Tyranni in Dei cultum male affectam mentem conjecerat, rapique ad mortem, quam cum homine ejus indolis versari, satius ducebat, sponte ad constitutum Confessori exilium adduci se patitur. Theodotus interim Cassiteras circa divini Paschæ solenne tempus, navatæ operæ præmium, Episcopalem Sedem nanciscitur. Operæpretium vero sit, ut nec quod antecessit, ejus mentis prætercurramus indicium. Divinus namque Nicephorus (quippe qui Sacerdotio præsidebat) divinæ eum fidei assensum præbere, Symboli professione, omnino flagitabat. Ad quem ille, *Non se tunc facturum, atque interim dilaturum, dum ejus in Imperatorem acclamatio, perfecte rata firmaque esset:* sic nimirum cunctando, ea se hæreseos labe olim, exque indole laborare ostendens.

Theodotus Cassiteras incubator Cpli.

Fidei professio Leoni dilata.

XVII. Est & aliud, eo quod dicebam, perversæ ejus circa fidem mentis clarius indicium. Cum enim tum primum Imperator acclamatus, necdum diademate potitus esset, atque ipsum devoto capiti sacratissimus Antistes impositurus esset; ubi se ad rem accinxit, contigitque, non velut molles crines tangere videbatur; sed quod vere erat, spinas se ac tribulos sentire, quibusdam quasi aculeis compunctus, ac doloribus manum confixus, existimabat. Verum hæc quidem antea. Tunc vero Patriarcha, ejus pœnæ accepta sententia, in exilium proficiscebatur. Quando etiam ferunt, cum navigio procul abduceretur, e maritimo quodam loco eminus beatum Theophanem vidisse, suffitu cereisque se prosequentem, ac velut triumphi quadam specie, præclara illa confessione deducentem. Cujus ille, ut par est, officium cultumque libenti animo suscipiens, atque precibus Deo commendans, sublatis in altum manibus velut amplexabatur, supremum procul oscu-

Ejus perfidiæ aliud omen.

Nicephori & Theophanis salutes.

A ἐκ σκαιωσίας καὶ γνώμης πονηρᾶς ἀναδιδάξας, τὴν Βασιλέα ἦλθε καὶ τὴν δηλωθεῖσαν χειρόν· καὶ ἐπεὶ σὺν Εἰσῆεσαν μετὰ τοῦ Θεοδότου, καὶ τῶν ἀπορρήτων ἀπήρξαντο, Οὐ χρή σε, ἔφη ὁ Μοναχὸς, τὴν ἀλουργίδα καταλιμπάνοντα, ὦ Βασιλεῦ, ἰδιώτου ἡῆμα ἀλλάσσεσθαι, καὶ πρὸς γνώμας οὕτω ταῖς τῶν πολλῶν. καὶ ὃς ἐκπλὴξ ἅμα καὶ κατανὺξ τῷ ῥήματι τούτῳ γλυκύθυμος, καὶ ἄλλως εἰθισμένος ἐκ θείας ἐπιγνώσεως, ὡς σκιὰν τοῦ ἀνδρίαντος εἶπεν ἀληθῶς, καὶ ὅλως ἤρτηντο καὶ ἐκρέμαντο ἐξ ὧν ὥσπερ ἢ κεκμηκὼς ἀγγεῖον πρὸς λόγοις τοῦ Μοναχοῦ. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἴρηται καὶ πρὸς ἡμῶν ἀμφὶ μέτρου ποιήσεως.

B ιϛ'. Αὐτίκα γοῦν τὴν τοῦ σπαθίου Εἰκόνος ἀναγορεύσεως καθαίρεσιν, καὶ τὸν Πατριάρχην, Νικηφόρος ὃν οὔπω ἴσμεν, γραφῇ αὐτοχείρῳ πέρας τοῦτο συγκατάθεσθαι· εἰ γε μή, μέλλοι τὰ φοβερὰ καταψηφίζεσθαι. ὁ δὲ καὶ ἄλλοθεν τεκμηριούμενος τὸν τοῦ Τυράννου πρὸς τὸ θεῖον ἀπέχθειαν, ἄγεσθαι μᾶλλον ἢ στωμύλην πειθοῖ κρίνας, ἀπήγετο πρὸς τὸ καταψηφισθῆναι ὁμολογίαν· καὶ Θεόδοτος ὁ Κασσιτερᾶς τὸν τῆς ἱεροσυλίας θρόνον ἆθλον ἐλάμβανε, καὶ τὸν τοῦ θείου Πάσχα καιρόν. ἄξιον δὲ μηδὲ τὸ τεκμήριον παραδραμεῖν. ὁ μὲν γὰρ Νικηφόρος, ἅτε τῆς ἱερωσύνης προϊστάμενος, ἐζήτει τὸν περὶ τοῦ ἱεροῦ συμ- 17.
C βόλου πρὸς τὸ θεῖον πίστιν συγκατάθεσιν. ὁ δέ, Οὐκ ἔφη νῦν τοῦτο ποιήσειν, ἐπερθῆναι δὲ μέχρις ἂν ἡ τῆς βασιλείας αὐτοῦ τελείως ἀνάῤῥησις γένηται· δηλοὺς τὴν ἀναβολὴν, ὡς καὶ αὐτός γε προειληφὼς τὴν τῆς αἱρέσεως μανίαν ἐκνικητήν.

ιζ'. Ἕτερον δὲ τοῦ λεχθέντος παραφέρετον. ὡς γὰρ ἤρπει ὁ πρῶτον ἀνηγορευμένος ἐδεῖτο τοῦ διαδήματος, καὶ τοῦτον ἔδει τὸν Ἀρχιερέα τὴν καταπλήκτῳ ὑπερθεῖναι κεφαλῇ· προσπλησίον δὲ αὐτῷ καὶ κατεπαφώμενος, οὐ τείχων, ὅσῳ ἐδόκει, μαλακῶν, ἀκανθῶν δὲ καὶ τριβόλων, ὅσῳ τῇ ἀληθείᾳ ἐοικῶν, ὑπ' αἰσθήσεως ἐλύετο, ἀκίσιν δὴ κατακεντούμενος, καὶ τὴν χεῖρα ὀδυνώμενος παρεπιεζόμενος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· τότε γοῦν ὁ Πατριάρχης ὑπαφόμενος, τὴν καταγνωσθεῖσαν ὑπ' αὐτοῦ ψῆφον δεξάμενος, ἐπορεύετο· ὅτε δὴ καὶ λέγεται, ἐφ' ὁλκάδος αὐτὸν φερομένῳ μακρὰν κατά τινα τόπον παραλαβεῖν πόῤῥωθεν ἰδεῖν Θεοφάνην τὸν μακαρίτην, θυμιάμασί τε καὶ λαμπάσι δεξιούμενον, οἷόν τινα παρεπομπὴν τῇ καλῇ ἐκείνῃ ὁμολογίᾳ παρεπέμποντα. ὃν ὡς εἰκὸς ἀποδεξάμενος, καὶ Θεῷ παραδοὺς δι' εὐχῆς, τὰς χεῖρας οὐκ ἄκρας μεταρσίως, παρεβάλετο τοῦτον, πόῤῥωθεν τὸ τελευ-

πᾶσιν ἀποδοὺς ἀπάσημον. ἐρωτήσαντος δέ τινος τὸν A
σωζομένων, ὡς δή τινι τοῦτον ἀποδίδως εὐ-
κτῶς τε καὶ ἐφετῶς, τῷ ὁμολογητῇ φάναι
18. Θεοφανεῖ τῷ προφητικῇ γλώττῃ [18], μονῇ τῶν ἐ-
ρων τὸν Ἄγρου, ὃ δὲ σωθῆναι μετ' οὐ πολύ. αὐ-
τὸς τε γὰρ τοῦτον ἑώρακεν οὐδαμῶς, κἀκεῖνος τὸν
τῆς ὁμολογίας στέφανον ἀνεδήσατο. καὶ τὰ μὲν
τοῦ Ἀρχιερέως οὕτως.

ιθ'. Αὐτὸς δ' οἷόν τινα τῆς αὐτοῦ βασιλείας
ἀρχὴν ὑπαρξεῖς δεξιὰν, ὃ τὰ τῆς ἐκκλησίας
19. οὕτως διοικονομῆσαι, καὶ [19] τὸν φιλοτιμίαν ἐκ-
κρῖναι τῶν νοσῶν, τῶν κοινῶν πραγμάτων ἀντε-
λαμβάνετο· πάντας ὁμοῦ ὁ κένδυνος καὶ τοὺς σφῆκας
φέρων μεθ' ἑαυτοῦ, τὸ στρατιωτικὸν τε ὅχλον
γυμνάζων αὐτὸς, καὶ πόλεις πολλαχοῦ τῶν κατὰ
Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν δι' ἑαυτοῦ ἐκ βάθρων
ἀνεγείρων· ὁ δὲ περιπορθούμενος πάντας, ὡς
φοβερὸς ἦν καὶ καταπληκτικὸς ὁ αὐτὸς τοῖς
ἐχθροῖς. ὑφ' ὧν ὁ ἅγιος Νικηφόρος φασὶν
εἰπεῖν ποτὲ μὴ τὸν αὐτοῦ ἀποβίωσιν, Ὡς εἰ καὶ
ἀλάστορα, ἀλλ' οὖν ὑπομελητὸν τῷ κοινῷ ἡ
πόλις ἄνδρα ἀπώλεσεν. καὶ πρὸ τοῦ τὰς ἀρχὰς
ὁ δὲ ἡγεμονίας, οὐ τὰς πολιτικὰς δὴ μόνον, ἀλλὰ
καὶ τὰς στρατηγικὰς διεπίστατο ἀκριβῶς· χρημά-
των χρείττων αὐτὸς ὤν, τοῖς ἀδωροδόκοις πάν-
των προέκρινεν· ἀεισπούδαστος πάντας, ἀλλ' οὐ
κατὰ πλοῦτον τιμῶν. ὁ δικαιοσύνης μὲν ἐραστὴς B
λέγεσθαι ἐβούλετο, οὐκ ἐλίνετο δ'· πλείω αὐτε-
ποιήσατο τούτης, καὶ πολλὰς τῶν κρίσεων δι' ἑαυτοῦ
ἐξεπέραινε κατὰ τὸ Λαυσιακὸν ἐκκαθήμενος. καὶ
ποτὲ δή τινος ἔγκλησιν πρὸς αὐτὸν ποιησα-
μένου περὶ γυναικὸς ἁρπαγῆς, ὡς τὴν ἑαυτοῦ τις
τῶν ὑπερφυῶν αἰσχροπάκτει ἀνδρῶν, ὁ ὅτι σοβαρὰ
λόγων ἠξίωμεν τῷ Ὑπάρχῳ πολλάκις διενο-
χλοῦν, σκῆπτρον μὲν, ἐπισταθὲν αὐτοῦ τοῦ κρα-
τοῦντα οὕτως ἔχειν ἐπεμαρτύρησεν, ἐκ βύβλου
ἦγε· τῆς δεξιᾶς μεθέντος, ὁ πικρίαν πολλὴν
καταχέας αὐτῷ, τὸν δὴ μοιχὸν νόμῳ ὑπεδικάσατο
προσεπάρας. ἀλλὰ τούτοις μὲν τὴν πολιτείαν οὕτ
ὑπέσαινε, ὁ τὸν πρὸς αὐτὸν, ὡς δὴ ἔπος
τις, εὐνοϊκὸν ἐκαπήλευσεν. D

κ'. Περὶ δὲ τὴν πίστιν ἐμάνη κατωφερῶς, ποσοῦ-
τον, ὡς μηδὲ Θεὸν ὀνομάζειν ἐδόκει τούτῳ καλόν.
καὶ γὰρ τὰς τριακοντούτιδας σπονδὰς τοῖς Οὐννοις δὴ
τούτοις τοῖς καλουμένοις Βουλγάροις ἐνωμότους
ποιῶν, καὶ εἰρηνικὰς συμβάσεις καταστρατηγούμενος,
ἐπεὶ δι' ὅρκων ταύτας ἔμελλε βεβαιοῦν τε καὶ ἐμ-
πεδοῦν, ἃ τούτοις δὴ τοῖς ἡμετέροις ἐχρῆτο·
Θεὸν καὶ ἀστρίους Δυνάμεις, ἢ τὸν τοῦ Θεοῦ
ἐνανθρωπήσαντα Μητέρα Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ, τὰ λεγομένων τε
καὶ προπομένων ἐφόδους καὶ μύστρας· ἀλλ' οἷά

Constant. Porphyrog. Continuat.

lum figens. Percontanti vero cuidam ex iis, qui secum comitabantur: *Cuinam sic ex animo desiderioque supremum osculum daret?* Prophetica lingua respondisse, *Theophani Confessori, Monasterij Agri Præposito:* quod & ita brevi accidit, cum eum deinceps nunquam Patriarcha viderit, isque coronam confessionis adeptus sit. Atque hactenus ea quæ sunt diuini Antistitis. Theophanis prædicta confessio.

XIX. Leo autem hoc velut fausto Regiæ gubernationis principio posito, quod Ecclesiæ res eo statu composuerat, ac si quis alius ambitionis studio laborans, Reipublicæ curam aggreditur; ubique vesparum more secum ferens stimulum, tum ipse militares exercens B numeros, tum multis locis per Thraciam ac Macedoniam curis suis atque labore urbes à fundamentis excitans; atque omnem Romanum orbem cunctasque provincias lustrans, ut & ipsis hostibus terrori esset ac formidini. Hincque adeo cum e viuis excessisset dixisse aliquando aiunt sanctum Nicephorum: *Etsi impium, strenuum tamen Reipublicæ curis ciuitatem amisisse Virum.* Magistratibus quoque ac Prætoribus, non civilibus modo, sed & militaribus valde formidolosus erat; cumque ipse pecuniarum amore superior esset, præferebat eos cunctis, qui omnium maxime a muneribus sese continebant; C unumquemque pro eo ac optimus erat, non ut opibus affluebat, honorans. Æqui ac iusti tenacissimus videri voluit; nec tamen erat. Cæterum juri dicundo dabat operam, sedensque ipse in Lausiaco pleraque lites finiebat. Sane cum quis aliquando apud eum expostulasset raptam sibi uxorem; quam nimirum illustrium quidam virorum rapuisset, nec Præfectus sæpius interpellatus, ejus ullam rationem habuisset; illum quidem statim sisti jussum, neglectæque reum iustitiæ, testium depositione peractum, pœnæ addixit; cessare illum jubens severiusque corripiens; adulterum vero, legi tradi præcepit. Verùm his ille Reipublicæ oblandiebatur, ejusque sibi benevolentiam, ut ita dicam, cauponabatur. Nicephori de Leone testimonium: ejus virtutes politicæ. D

XX. Ad fidem autem quod spectat ac pietatem valde insaniebat, ut nec Deum nominare, e re illi honestumque videretur. Nam cum tricennales cum Hunnis (quos Bulgaros vocant) ineundæ illi essent induciæ, pacisque fœdera jureiurando firmanda; non quibus Christiani solent sacramentis usus est; ut nimirum Deum cœlestesque Virtutes, sive quæ Christi Deique Parens carne fuit, dictorum gestorumque inspectores testesque adhiberet; sed velut Barbarus qui- Leonis impietas.

Vtrinque impius, quod nostrorum proditor, & quod profanis Gentilium initiatus.

dam, omnisque religionis expers, canes, ac quibus gens improba immolat, iis gestorum testibus utens, & dissecabat; nec quibus illi libenter ingurgitantur, hæc ipse ad firmandam fidem ore gustare exhorrebat: quod verò Christianam fidem eis concredidit, ad quam a nobis aliquando, ut videbatur, essent traducendi; ne sic quidem impietati litare eum puduit. Tum enim in eo, quod fidei margaritas, juxta Domini sententiam, mittebat ante porcos, hisque illos, vir impius vere execrandus, ore tenus uti compellebat; tumque in eo rursus, quod ipse Romani moderator Imperij, in publico conventu, in theatro promiscua infidelium fideliumque multitudine referto, initiari non erubuit ac consecrari, non alio plane præmio, quam æterno verme & igni dignus fuit. Porro si quos veræ fidei tenaciores offendebat, eos vero dire graviterque excruciabat. Alioqui vero ejusdem secum sententiæ hominum cuneos conventusque cogebat atque conflabat, suo eos lateri adhibens, ac muneribus obruens. Inter illos Joannes Grammaticus fuit, iisque accensitus, vir nulla honesti luce præditus. His Leo scriptionem quandam ad novam ac execrandam acceptandam fidem jubens edere, adversus divinas Imagines cursum intendebat. Excitavit autem, ac velut flammam in immensum extulit (quippe cum levis esset, nec sensato animo quicquam aggrederetur) sacri collegij Clerique Palatini Præses. Olim enim observans, velutque ex insidiis, quasi Proteum quendam, hominem capere satagens, cum aliquando in omnium auribus in publico Ecclesiæ conventu sententia hæc proferretur: *Cui similem fecistis Dominum, & cui simulacro assimilastis eum? Nunquid imaginem fecit faber, aut aurifex fuso auro circumdeauravit eam, aut simulacrum fabricatus est?* Cum ergo sententia hæc quandoque in sacra Phari Æde cantu altaque voce ederetur, ille sensim quasi trahens, ac seipsum in medium producens: *Intellige, Imperator*, inquit, *quidnam loquatur divinum oraculum; nec ulla te incessat pœnitudo eorum quæ capta sunt: sed si quid sacrarum Imaginum reliquum videatur, eo e medio sublato, eorum rectæ adhære religioni, qui nullum eis adhibent cultum.* His itaque ille, uti dicebam, temere nulloque sano iudicio accensus, infelicique illo exæstuans animo, suum omnem adversus pios incitavit furorem, adversumque impios divinam justamque indignationem. Omnes namque Episcopos, dato rescripto, ad se ab exilio

Matth. 7. 6.

Fidelium persecutor: Hæreticorum præses ac munerator.

Joannes Grammaticus.

Protopapas Palatinus hæresis incensor.

Isaiæ 40. 18.

Episcoporum vocatio & evocatio.

τις ὑλὴ βάρβαρος θεοσεβείας ἀπηχισμένη, κύνας μὲ, καὶ οἷς τὰ αἴσιμα ἔθνη θύουσιν, ἐχρῆτο μάρτυσι τῶν πραττομένων, καὶ ἀπέτεμνεν, καὶ ἀφῆ σόματος ἄχρι οὗ ἐμυσάττετο εἰς βεβαίωσιν, οἷς ἐκεῖνοι ἐμφορούμενοι. ἡ τῶν Χριστιανῶν ὀ πίστις, ἐκείνοις μέλλοισί ποτε ὑφ' ἡμῶν ἀγαθιβάζεσθαι πρὸς ἐκείνων, ὡς ἔοικε, κατεπίστευσεν, καὶ σαφῶς οὐτωσὶ οὐκ ἠξίωτο ἀσεβῶν· οἷς τε γὰρ τοὺς τῆς πίστεως μαργαρίτας κατὰ τὸ τοῦ Κυρίου φωνὴν ἔμπροσθεν ἐφίει τῶν χοίρων, καὶ χρῆσθαι τούτοις ὅτι σόματος ἐχρεώκαζεν, ἄξιος βδελυρίας ὁ αἰὴρ ἀσεβῶν· καὶ οἷς τὰ ἐκείνων αὖθις αὐτὸς ἡ τῶν Ρωμαίων διέπων βασιλείαν τε ἐν ἀρχῇ, οὐκ ἠρυθρία μυσταγωγούμενος καὶ τελούμενος ἐν πανδήμῳ θεάτρῳ· καὶ οὕτω γε δὴ πλήρες τῶν ἀπίστων τε καὶ πιστῶν· ὃ δυώνυμον σκώληκας ἐν πυρὶ, ἀλλ' οὐκ ἄλλων ἐπάξιος. καὶ ὅσους ὁ τὸν ὀρθὸν βύρσκε λόγον τηρεῖν, τούτοις πικρῶς κατήκιζε καὶ δῃῶς. ἐτέρωθεν ὁ τὰ τῶν ὁμοφρόνων οἱ εἶφη τε καὶ συσήματα στυγερότατα καὶ στυφήλατον, ἐν τούτῳ πάλαι πλουρὰν αὐτῷ πῆξε, καὶ περιεπικλύζων ταῖς ὠφελείαις. τούτοις καὶ Ἰωάννης ὁ Γραμματικὸς ἐξετέλεκτο, πάντως ἀιάσκητος ὑπογράφων καλῶ· οἷς καί τινα γραφὴν ὁ Λέων νεαρᾶς τινὸς ἐν μιαρᾷ ἐξαρχιμάνδρου πίστεως ἀναγράψαι κελεύσας, ἐπὶ τῶν θείων εἰκόνων δρόμον ἐδίωκεν. ἀιέρριπτο δέ πως, οἵᾳ καὶ ἐξεφύσησεν εἰς ὕψος αἴρων αὐτόν· καὶ γὰρ ἰῶ κοῦφος, καὶ περὸς οὐδὲν ἐφέρετο λελογισμένῳ τῷ νῷ, ὁ δ' ἱερῶν συσήματός τε καὶ κλήρου τῶν βασιλικῶν αὐλῶν ἀρχηγός. λοχῶν γὰρ αὐτὸν ἐκ πολλοῦ καὶ οἵᾳ ἐξ ἑδρας, ὡς τὸν Πρωτέα, αἱρήσων ἐρῶν, ἐπὶ κατά τινα καιρὸν ὃ θεῖον ἐκεῖνο εἰς ἐπήκοον ῥητὸν ἐκκλησιαζομένων ἐκηρύττετο, Τίνι ὡμοιώσατε Κύριον, καὶ τίνι ὁμοίωμα ὡμοιώσατε αὐτόν. μὴ εἰκόνα ἐποίησε τέκτων, ἢ χρυσοχόος χωνεύσας χρυσίον περιεχρύσωσεν αὐτὸν, ἢ ὁμοίωμα κατεσκεύασεν· ἐπεὶ γοῦν τοῦτο καὶ τὸν τοῦ Φάρου ναὸν ἐξηχεῖτό τε καὶ διεβόατο, ῥῆμα πῶς ὑποσυρεὶς καὶ ἑαυτὸν εἰς περιδέσιον ἀγαγών, Σιώπα ὅ, τί φησιν, ὦ Βασιλεῦ, ὃ ἱερὸν λόγιον· καὶ μηδείς σοι μεταμελὲς ὅτι τοῖς ὑπαρχθεῖσιν ἔγω· ἀλλ' ἅπερ θεῖον δοκοῦν ἐκ ποδῶν ποιήσας εἰκόνισμα, τῆς ὀρθῆς ἔχου λατρείας τῶν μὴ σεβομένων αὐτά. τούτοις, ὡς εἶπον, ἀσυλλογίστως ὑπεκκαεὶς, καὶ τὸ ἄθλιον ἐκείνου ψυχιδὸν περιεπυρώθης, ὅλῳ ἐκείνοις τῇ μιᾷ τῆ ἀθλεσθαι πάντα μεμίανται, τῇ τῆ ἀσεβοῦς τὸ θεῖόν καὶ δικαίου ὀργιλόν. ὁ μὲν γὰρ διατάσματι πατρῴῳ τοὺς Ἀρχιερεῖς ἐκ τῆς ὑπερορίας με-

τεπέμπετο, συλαγωγῶν τύπους, ὑπὸ τῆς Πα- A
τριάρχου θέας πόρρωθεν κελεύων, καὶ ἀποκηρύτ-
των αὐτοὺς, ὡς τῷ οἰκείῳ βουλήματι πει-
θήνιος κατεργαζόμενος· πολλοὺς δὲ καλῶς αἱρήσ-
εσθαι μαρτυρίαν πεπεικώς, τῷ γε μὴ πει-
θῆναι αὐτῷ.

accersit; eos spolians, atque a Patriarchæ procul conspectu eliminans, ejicienſque sive abdicans; velut inde sibi dicto audientes facturus esset: multis tamen bonæ confessionis suscipiendæ auctor extitit, quà constantes fidei Athletæ obaudire Tyranno noluere.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΕΝ ΤΩι ΝΑΩι ΤΗΣ Γαλατοῦ ἡμέρᾳ τῆς Χριστοῦ Γεννήσεως σφαγῆς Λέοντος τοῦ ἐξ Αρμενίας.

DE LEONIS ARMENII nece in Templo Palatino in Christi Natalis die.

καʹ. ΘΕΟΣ δὲ, οἷος ἔφυς ἐκείνου B οὐ στωϊκός τις ἀλλὰ μακρόθυ-
μος, τὸν ῥομφαίαν μὲν βίλβου μὲν, οὐκ
ἀφίει δέ. νῦν μὲν γὰρ αὐτοῖς λοιμοὶ καὶ
αὐχμοὶ καὶ ἀμφύρωσι ἥλιοι, νῦν δὲ,
σεισμοὶ καὶ ἀναθεσμοὶ, καὶ ἄλλοτε φλογὸς
εἶα ἐκ τοῦ ἀέρος ἀκοντίσεις· καὶ ἑτέρωθεν
ἐμφύλιοι στάσεις τὴν δίκην τὰ ἀκμηκότερα
ἐπεσείοντο. ἀλλ' οὐκ ἐῶ ἐκείνῳ ὀπτεχεῖν
τὸν ψυχὸν, συὸς δίκην ἐκ κρημνοῦ ὀπτ-
ελεισασθαι. ὀστοῦν γὰρ ὀφὶ γρῶ καὶ κοιλίας
πλήθουσα μάχαιρα τοῦ Θεοῦ ἐκπε-
πόρδυται, ἵν' ἅλφ τέως ἅλας ἐκκρουσθῇ,
καὶ κακὸν τῷ κακῷ ἰαθῇ. Μιχαὴλ τοῦτο C
ἐῶ, ὃς τὸν Φοιδερατῶν τότε ἐπιλημμένος
20. ἀρχὸν [20], ἐγκλήματι καθωσιώσεως ἁλοὺς,
μόγῳ πολλοῦ καὶ κόπου ἀποτείλασθαι ἰσχυ-
σεν. ἀλλ' ἔμελλεν ὥσπερ ὀδόντα τοῦτον ἔχων
ἀεὶ, καθάπερ ἁμαπεφαλημένον ἱερσὸν δεῖξαι
οὐκ ἐξ μακρᾶς. ἄλλως μὲν γὰρ ἐξήσκει
γλῶσσαν ὁ Μιχαὴλ προπετῆ τε καὶ ἱπα-
μὸν, καὶ τὸν αὐτοῦ οὐκ ἔληγεν ἐκπομ-
πεύων θρασυστομίαν, ἅτε δὴ αὐτῷ καὶ σπουα-
ζηθεὶς καὶ τῇ ἐκ χρεὼς γεγονὼς αὐθρω-
πότητι. ὁ Λέων δὲ, οὐ φέρῃ γὰρ ὡς πάντων
κατὼν ἑνὸς πᾶσθαι μωροῦ, εἰ μή γε ὄντως
οὐκ αὐθρωπ, ἀλλὰ καὶ θυμοῦ Βασιλικῆς κα- D
θέξῃ, ὠτακουσάς τινας τούτῳ λόγῳ κατέχησεν,
ὡς αὖ ἁμά τινος πορθμείου ἁμβιβάζοιντο λό-
γοι οἱ αὐτοῦ. καὶ γὰρ ἐπῄδετο τὸ μέλλον· τῆς κατ'
ὃ Φιλομηλίου προῤῥήσεως ἐξημβλωκυίας τῆς
αὐτοῦ ψυχῆς μηδαμῶς, ἢ τὸν Μιχαὴλ δεύτε-
ρον τοῦ Λέοντος ἀναῤῥηθεῖσαν διωμολόγησεν.
τούτων δὴ ἐφεδρευόντων ἐξ ἑῶ καὶ Ἑξα-
βούλιος, ἀνὴρ οἷός τε ὢν ἦθος καὶ φύσιν ἀν-
θρώπου καταμαθεῖν. ὡς δὲ χρόνου προϊόντος
οὐκ ἐνεδίδου τῆς ἀγυρτομίας μηδὲ τοῦ παρα-
σμοῦ, ἀλλ' οἷόν τις κυματίας πᾶσαν ἀκμῆρας
ἰλὺν ἐξέβρασεν ποταμὸς, ἠπείλησε τῷ Λέοντι

XXI. DEus autem (ô quam ille non rigidus aut acris, sed patiens mitisque?) gladium quidem vibrabat, nec tamen feriebat. Nam modo quidem lues & squalores Solisque nimij algores; modo autem terræ-motus ac eruptiones, quandoque etiam flammæ similes vasto aëre ejaculationes, alias denique (quæ malorum vis maxima) domesticos tumultus ac seditiones illis intentabat. Cohiberi tamen non poterat, suis aggrestis more, in præceps degravatus animus. Tandem igitur tardus ille quidem, at cujus lethale vulnus a Deo gladius proficiscitur; ut interim clavus clavum trudat, malumque malo medeatur. Michael is erat, qui tum Fœderatorum præfecturam gerens, majestatis crimine delatus, vix, multoque labore illud a se depellere potuerat. Verum futurum erat, ut quem sub dente semper haberet, in morem dilaniatæ victimæ haud longe post ostenderet. Porro Michael, præcipitis procacisque linguæ vitio assuetus cum esset, feros Leonis mores traducendi (velut cum illo adultus, sibique fortitudinis laude placens) nullum finem faciebat. Leo autem (non enim qui omnium Dominus sit, ab uno stulto lubens omnino patiatur, nisi revera non virorum magis quam iræ imperio polleat) viros statuit occulte in insidiis auscultaturos, ut velut rimulæ ejus ad ipsum sermones perveherent. Etenim suspectum habebat quod erat futurum, nec Philomelienſis Monachi vaticinium ejus animo exciderat, quo is secundum a Leone salutandum Imperatorem Michaelem edixerat. Eorum qui observarent unus quoque Hexabulius erat, acri scilicet vir ingenio, ac qui hominis indolem geniumque explorare posset. Interim igitur, cum effrænem illam dicendi ac deridendi licentiam minime reprimeret, ac velut turbulentus fluvius limum omnem importune ebulliens, extremam Leoni per-

Michael Amoræus majestatis insimulatus.

Sent.

niciem ac interitum comminatus esset, ac si qua malus furor alebat, verbis produxisset; re ad Leonem delata, confestim rapitur ipsa die. Postremo delatoribus accusationis capita confirmantibus, affectatæ tyrannidis ac majestatis reus decernitur. Pridie Christi Verbi Dei nostri Natalis, isthæc agebantur. Quia ergo crimen undique exploratum erat, ipso Leone in Secretariorum æde pro tribunali causam cognoscente, nec ullus effugij locus erat, capitalis in eum fertur sententia; nec ut quovis modo neci detur, sed ut sub ipsum Principis conspectum, ac velut ipso coram auctore; sive iræ affectus sic impulerat, sive aliàs immanitate sese oblectabat. Nempe ut in Palatini Balnei caminum projiceretur, acri illic flamma absumendus. Decretum erat; ipse tragœdiæ inspector futurus Leo præcurrebat. Sub hæc autem Thodosia uxor, Arsaberis filia, inculto habitu temereque ipsa proruens, Bacchantis more furibundo motu sese agitans, viri occupat iter, eoque retrahit hominem, impium & Dei hostem vocans, qui nec divino impartiendus Corpore, diei reverentiam haberet. Mala ergo reveritus, remque in religionem vertens, ac timens, ne inde Dei iram in se excitaret, in præsentia quidem vita reduce ac salute Michaelem donavit, ejus tuto custodiendi cura Papiæ demandata, tametsi sibi ipse compedum clavem retinuit. Sed & uxori comminatus est: *Visura*, inquit, *es tu, & liberi mei (& quidem brevi) quæ inde eventura sunt, etsi me ab ejus rei scelere hodie liberasti*: quibus verbis sibi ipse futuri eventus malique imminentis malus vates effectus est.

Dicta ei mortis sententia, per diei Natalis reverentiam dilata.

Diei Natalis sacra Communio.

XXII. Ex quodam namque oraculo ejus animo timor insederat, quo ferebatur, die festo Christi Dei nostri secundum carnem Natalis, sic adultam omnem felicitatem ac Imperium sublatum iri. Oraculum vero Sibyllinum erat, in quodam libro Palatinæ Bibliothecæ repositum, quo non solum nuda oracula, verum etiam eorum, qui Imperio potituri essent, figuræ formæque coloribus expressæ continebantur. Erat ergo Leo bestia efformata, cui superne a dorso ad ventrem litera X exarata erat. A tergo autem vir quidam incurrens, per ipsam hanc literam Leonem hasta configebat. Cum autem multis solvendum ænigma fuisset propositum, unus tunc Quæstoris fungens munere, oraculum clare explicavit; *Fore nimirum, ut Imperatorum quidam Leo nomine, Christi die Natali, exitiosa nece tolleretur.*

Oraculum necis Leonis.

πεμώλξεν, καὶ ὅλως ἅπαν θυμὸς ἐπέφερε πονηρός· αἰεμπίμπερε δὲ ταῦτα πρὸς Βασιλέα, ἀναρπαστος γίνεται ἐξαυτῆς. καὶ τέλος τῶν ἐλεγχόντων τὰ τῆς κατηγορίας κατεπεδωύτων, καταπίπτει τυραννίδος ἐπίθεσιν μελετῶν. ἡμέρα δὲ πρὸς τεραία τῆς καθ' ἡμᾶς τοῦ Λόγου Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν ἐπιφανείας τε καὶ σαρκώσεως. ἐπεὶ γοῦν πρώτιστον καπάφωρος ἐγεγόνει, αὐτὸς τοῦ Βασιλέως ἐν τοῖς Ἀσηκρητείοις ὄντος, καὶ δρασμὸς τῶν πολυμηχάντων οὐκ ἦν· καταχρῆται τῷ ὅτι θανατον, καὶ θάνατον οὐ τὸν δεῖ ἢ τὸν δεῖ, ἀλλ' ἵν' ἔχῃ καὶ τὸν Βασιλέα αὐτὸν θανατοῦ τε καὶ αὐτουργὸν, εἴτε τῷ πάθει τῆς ὀργῆς οἰκονικώμενον, εἴτ' ἄλλως τῇ ὠμότητι ἐφηδόμενον. καὶ τοῦ τοῦ βασιλικοῦ βαλανείου κάμινον ἀρυμένης ἐκριφῆναι πυρὸς δοκίμιον. ὤφειλε ταῦτα, καὶ αὐτὸς προσέρχεται τὰ τοῦ δράματος ἐποψόμενος. ἀλλ' ἡ τούτου σύζυγος, Θεοδοσία ἡ τοῦ Ἀρσαβὲρ θυγάτριον, ἀναπηδήσασα καὶ ὡς ἔτυχε θέουσα, ὡς ἐκ νηὸς βακχείας ἐξοιστρηθεῖσα, ἀπέσπευδε τοῦτον, καὶ τῇ ὁρμῇ ἐγκατέπαυεν, ἀλάστορα καὶ θεομάχον ἀποκαλοῦσα, οἷς ὅτε τὴν ἡμέραν ἄγοι θεῷ φιλοῖς, καὶ θεῷ μέλλον σώματος μεταρρῖν. οὐκ ἦν ὅμως οὖν τὰ δέοντα, καὶ ᾧ θεῷ μὴ ἀπὸ θυμοῦ γένηται δεδοικώς, τότε μὲν αὐτῷ τὴν σωτηρίαν τὴν παλίνδρομον ἐπεβοήθησεν, τῷ Παπαΐᾳ ταύτην ὑπηρέτας φερυφὲν, εἰ καὶ τὰ σιδηροπέδων δι' ἑαυτῷ φερυφθαι ἠξίου τὰ κλῆν. ἐπιστείλας δὲ τῇ γυναικί, Καὶ σὺ εἰς μακρὰν, ἐπύθετο, ἔφη, σύ τε ὦ γύναι, καὶ τὰ τῆς ἐμῆς νηδύος βλαστήματα, τὰ ἀποβησόμενα, εἰ καὶ σήμερόν με θεὸν ἐκ θεοῦ ἀμαρτήματος προσπεπλυθέρωσας. τούτοις δὲ μέλλον ἀπεφοίβασέ τε καὶ προσεκήρυξε.

κβ'. Καὶ ἦν δὲ ὧν αὐτῷ δέος τῇ ψυχῇ ἐγκαθήμενον ἔκ τινος χρησμολογίας, ὡς τὰ τὴν ἡμέραν τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ ἡμῶν τὰ σαρκογεννήσεως, πᾶσαν τὴν αὐξηθεῖσαν δαιμονίαν καὶ βασιλείαν ἀποχείρεσθαι μέλλοντος. ὁ δὲ χρησμὸς ἦν Σιβυλλιακὸς, ἔν τινι βίβλῳ εἰς τὴν βασιλικὴν βιβλιοθήκην ἀναπεχείμενος· οὐ χρησμοὺς μόνον ἁπλῶς, ἀλλὰ καὶ μορφὰς καὶ σχήματα ἔχουσα τῶν γεννησομένων Βασιλέων ἅπαν χρωμάτων. ἦν δὲ τῶν Λέων θηρίον μεμορφωμένον, καὶ στοιχεῖον κεχαραγμένον ἀπὸ τοῦ ῥάχεως μέχρι τῆς γαστρὸς αὐτοῦ. τούτου κατόπιν αἰὼρ τις ὁπλίτων, δόρατι καθειδὼν ἐδίδου πληγὴν τῷ θηρίῳ ἅπαν δέ, καὶ πολλοῖς δὲν τοῖς σαφήνδαν τούτου δεῖσθαι, ὁ τὰ νικηφόρα τοῦ Κοιαίστορος ἐπομνημονεύσας ἀρχεῖν, μόνος διερμηνεὺς ὁ τοῦ χρησμοῦ, Ὡς Λέοντος οὕτως καλουμένου Βασιλέως υἱὸς, τὴν τοῦ ἡμέραν τοῦ Χριστοῦ Γεννήσεως θανάτῳ ἐλεθρίῳ μέλλοντος τοῦτο δίδοσθαι.

κγ'. Περὶπ᾽ δ᾽ ἡ τῆς μητρὸς ὄψις ἐπλή- A
ρου φόβου αὐτόν· ἣ πότε μὲν λεχθεῖσα εἰς ὀφθὶν
τούτῳ λελόγιστο· τὰ νεῶ δ᾽, δ᾽ σφόδρα δά-
κνουσα ἐπέκειτο τὴν ψυχήν. ἐφοίτη γὰρ αὐτῇ
κατ᾽ τὸν εἰν Βλαχερναῖς θεῖον ναὸν τῆς θεοτόκου
σῆ ἀεὶ, Κόρη τις ὑπὸ πολλῶν λευκίμονων πει-
στοιχίζομένη· ἡ ὁ ναὸς αἵματος ἅπας πλή-
ρης. ταύτῃν οὖν τὴν Κόρην εἰπεῖν πρὸ τῶν
παρεστώτων, χύτραν ὁπλησάσθαι αἵμα-
τος, ὁπόδοῦναι τῇ μητρὶ τοῦ Λέοντος πίειν.
αὐτῆς δ᾽ πολυετῆ χρείαν τοσοῦδε μηνῶν γεύσα-
σθαι, καὶ ἀφ᾽ τοῦτο μηδὲ ταύτης χρῆζιν B
τῆς χύτρας, Καὶ πῶς, ἀντέφησεν ἡ Κόρη
21. μὴ θυμοῦ, ὁ σὸς υἱὸς οὐ παύεταί [21] ἐμὲ
πολλῶν αἱμάτων πληροῦν, καὶ τούτῳ τ᾽ ἐμὸν
Υἱὸν προορίζων τε καὶ Θεόν. πολλά τε ἔκ
τοτε ἐλιτάβρυε τ᾽ αὐτῆς υἱόν, τῆς τῶν Εἰκονο-
κλαυστῶν αἱρέσεως ἀποστῆναι, τὴν ὄψιν ταύτην
ἀντεξαγορεύσασα.

κδ'. Καί τις δ᾽ ὄψις ἄλλη νυκτερινὴ
ἐθλίβοντο τοῦτον οὐκ ἔλαττον. αὐτοῦ γὰρ
Ταρασίου τοῦ ἀοιδίμου Πατριάρχου πά-
λαι τὸν βίον μετηλλαχότος, Μιχαὴλ τι-
να ὀξ ὀνόματος ἀφικοῦσθαι, ὁπαινδή-
σοντα τοσοῦτον ὁπλῆξαι καὶ- C
είαν, καὶ τ᾽ κρημνοῦ ὠθῆσαι ἄβυσσον
ἔχοντος. τοιοῦτος καὶ ὁ τοῦ Μοναχοῦ τοῦ τ᾽ ὁ Φιλομήλιον, ἀλλὰ καὶ
τῆς ἐσθῆτος θᾶττον μεταμφίασις· ἃ συμ-
φορήσας, ἐπάλλετό τε τῷ δέει καὶ τὴν
ψυχὴν ἐκυμαίνετο, τῷ ὕπνῳ τ᾽ τὴν
νύκτα ἀπεχθανόμενος. ὅθεν ἀκμαζούσης νυκ-
τὸς σοφώτερα ἢ βασιλικώτερα βουλευσά-
μενος, τοῦ ὅτι τὸν Παπίαν φερούσας πυ-
λίδας καταῤῥάξας· καὶ γὰρ ἰῶ εὐσθενὴς
τὼ χεῖρε, τὴν ἐπ᾽ αὐτὸν ἐλεύσε ποσόν. ὡς δ᾽ τ᾽ δωμάτιον εἰσῆλθε, θέα- D
μα ὁρᾷ εἰς ἐκπληξιν οὐ τὴν τυχοῦσαν ἄγον αὐτόν. Εἶδεν γὰρ τὸν μὲν καπά-
κριτον ἐν σκίμποδι τῷ τοῦ Παπαίου τοῦ δεξίως, τὸν δ᾽ Παπίαν ἐπ᾽ ἐδά-
φους κοιμώμενον εὕρισκεν. τοῦ χεῖρας ἐπῆ-
γε τοῖς τὸν Μιχαὴλ καὶ τὴν κεφαλὴν, μα-
θεῖν βουλόμενος εἰ ἄρα, ὥσῤ τῖς ἐν συμφο-
ρᾷ ἐπακηλουθεῖ, ἀφεσίν τινα καὶ ἡδυὴν, ἢ
ἐμμέλεμνον ὕπνον καὶ κεκολασμένον κα-
θεύδει. ὡς δ᾽ οὗρεν ἄϋπνον καὶ πάσης
ἀπηλλαγμένον μελίμνης· οὐδὲ γὰρ οὐδ᾽
ἐπαφώμενος αὐτὸν διύπνισεν· μείζονα τὸν
θυμὸν ἔλθρεψε τῆς ἀπελπίδος τούτοις θαλπο-

XXIII. Nec minus Leonem perterrebat ejus matri oblata Visio. Quæ initio quidem cum Leoni relata esset, ab eo neglecta & pro nihilo habita est: tunc vero alte animo hærens, ipsum valde mordebat. Cum enim illa continuo divinam sacram Blachernarum Ædem frequentaret, apparuit Puella quædam, quam ingens Albatorum cuneus satellitio cingebat. Interim videt Ædem totam cruore exundantem. Tumque Puellam uni cuidam adstantium jussisse, ut ollam cruoris plenam Leonis matri bibendam porrigeret. Illa vero diuturnam viduitatem causante, per quam nec carnes, nec quicquam eorum quæ sanguine prædita sunt, gustasset; ac proinde nihil ad se eam ollam spectare; tunc iratam Puellam respondisse: *Quomodo ergo filius tuus non cessat me cruoribus opplere, eoque Filium meum ac Deum irritare?* Quo ex tempore filium obsecrabat ut ab hæresi abolentium Imagines resiliret, hancce tragice visionem referens. Matris Visio.

XXIV. Perturbabat & alia haud modice nocturna Visio. Nam per quietem visus sibi fuerat audire Tarasium inclytum Patriarcham, qui pridem in vivis esse desierat, hortantem ac jubentem cuidam nomine Michaeli: *Ut irruens in Leonem, lethali eum ictu conficeret, & in altam abyssum præcipitem daret.* Exagitabat etiam Monachi Philomeliensis vaticinatio; sed & Prætoriæ chlamydis subitario impetu indutæ recordatio: quæ omnia congerens, metu concutiebatur, animoque fluctuans, omnem noctis somnum invisum habebat. Quamobrem profunda jam nocte, ejusmodi consilium iniens, quod sagacem magis exploratorem, quam Imperatoria fulgentem dignitate deceret, perrupta portula, qua ad Papiam patebat iter (quippe qui manibus robustissimus erat) ad eum usque processit. Ut autem domum ingressus est, occurrit spectaculum, quod illi haud vulgarem metum ac stuporem injecit. Nam reum quidem in Papiæ lectulo egregio cultu, ipsum vero Papiam humi dormientem invenit. Tum manus Michaeli caputque ac aurem admovet, nosse volens, num (quod solent anxij & in vitæ discrimen adducti) curis solutum suavemque, an vero solicitum ac castigatum somnum duceret. Ubi autem solutum nihilque solicitum atque anxium alto demersum sopore, offendit (nam nec contrectando, somnum illi excusserat) insperatis hisce spectaculis acrius incen- Alia Visio. Nimia cautio Leoni causa interitus.

ſa ira, diſcedit; non ſolum illi, ſed & Papiæ dirum exitium minitans. Nec ea res Papiam latuit; eo quod quidam pro Michaelis lectulo excubantium, ex cothurnis puniceis deprehenſo Imperatore, cuncta clare nuntiaverat. Quibus illi graviſſime turbati, metuque maximo conterriti, quod eis ſaluti foret, id vero deliberant.

Pœnitentia ſacræ exomologeſeως religio.

127. βεστιαρίων χαρτόν· ἕτερα δὲ δύο πρὸς τὸ μέσης τῆς Λαυσιακοῦ, ἐξ ὧν καὶ τὸ πρὸς αὐτὸν ἔχει κατασκευήν, ἐφ' ἁπλοῦ μὲν, ἐκ λίθου Προικοννησίου τὰ ἐδάφη καταστρώσας αὐτῶν, καὶ ἐκ χρωμάτων, ἀλλ' οὐ μαρμάρων, τοὺς τοίχους ὠκοδόμησας, ἐστὼ ἐμφρονισμοῦ δὲ ὅμως ἀφανείᾳ παρεδόθησαν. καὶ Θέκλα δὲ ἡ τούτου πρώτη θυγάτηρ, ὃ κεῖται τῆς Βλαχέρνας κουβούκλιον, ἔνθα καὶ τὸ τῆς Πρωτομάρτυρος Θέκλης Εὐκτήριον ἵδρυται, ἐκ δὲ μὴ ὄντος ἦγαγε θαυμορφώτατον· ἐκόσμησε δὲ καὶ τὸν βίον οὖσα κλινοπετὴς ἐξέλιπεν.

cæ cubiculum tricliniumque, a Basilio inclytæ memoriæ Imperatore conditum: ad porticum item quinti cubiculi, quo loco extat sancti Pauli Oratorium, ab inclytæ memoriæ Basilio Imperatore excitatum. S. Pauli Oratorium.

XLIV. Hæc in Palatio ad Aquilonem & Austrum a Theophilo constructa Ædificia; nobis autem, qui nolumus aliquid, eorum quæ gessit, quicquid tandem illud sit, oblivioni tradi (quo nimirum ejus animus demerendi cives neminem lateat) literarum monumentis tradita. Sed & Triclinia, tum cui Lausiaci nomen, tum quod Lausiacum. Justiniani ædificatio est, auro rutilis tessellulis ornavit: capitula quoque ex Basilisci Tyranni palatio translata, Lausiaco adhibuit. Aliud item triclinium, cum quatuor splendidis ornatisque cubiculis: quorum duo versus mesopatum xystumque secundi cubiculi, quod est post Camilam, tectum auro rutilum quadruplici apside habentia, ad Porphyram dirigunt. Porphyra unde dicta. Palatij locus est ita dictus, quod illic more olim recepto, Augusta nobiles matronas sub brumalium tempus, coccino purpuraque impartiat. Duo alia cubicula ad partes Lausiaci, ex quibus etiam in ipsum aspectum habet, exædificavit, pavimento strato Præconesio lapide, ac parietibus vario colore (quanquam non ex marmore) ornatis: quæ tametsi talia erant, incendio perierunt. Sed & Thecla ejus filiarum natu maxima, cubiculum, ubi & Theclæ Protomartyris Oratorium est, cum sit pulcherrimum, a fundamentis excitavit: quo etiam loco in lecto decumbens vivere desiit. S. Theclæ Oratorium. Thecla Theophili filia.

ΠΕΡΙ ΤΗΣ ΒΑΣΙΛΕΙΑΣ
ΜΙΧΑΗΛ
ΤΟΥ ΥΙΟΥ ΘΕΟΦΙΛΟΥ.
ΛΟΓΟΣ ΤΕΤΑΡΤΟΣ.

MICHAELIS
THEOPHILI FILII
IMPERIUM.
LIBER QUARTUS.

Inductus Manuel a Monachis, ut sacris Imaginibus restituendis incumbat.

I. ISTIUSMODI vitæ finem nacto Theophilo, Michael ejus filius, illius successor Imperium capessivit, annos tres natus, ex quo eum parens Theodora partu effuderat. Rerum curatores ac procuratores fuerunt, quos ei pater reliquerat; Theoctistus Eunuchus per id tempus Caniclio Præfectus ac Dromi Logotheta, Bardasque Patricius ac Augustæ frater, nec non Manuel Magister ex Armeniis oriundus, qui & Augustæ patruus erat. Firmato itaque Reip. statu, & cum rerum hactenus recta gubernatio foret; futurum erat, ut & Imaginum cultus instauraretur, pristinumque honorem illæ rursus reciperent. Ad Manuelem itaque diro morbo gravique conflictatum ingressi Studiani Monachi (quippe quibus

α'. ΤΟΙΟΥΤΩι μὲν τέλει βίου ὁ Θεόφιλος ἐχρήσατο· τὴν δὲ βασιλείαν Μιχαὴλ ὁ ζυγὸν ὑὸς διεδέξατο, τρίτον ἔτος ἄγοντων ἀφ' οὗ εἰς τὸν βίον προήχθη τῇ μητρὶ αὐτοῦ Θεοδώρᾳ. τῶν δὲ πραγμάτων ἐπῆρχον Φωντιστὴς ὁ Ἐπιτροπεὺς, οὓς ὁ Θεόφιλος κατέλιπεν, ἔ, τε Θεόκτιστος ὁ βιοσ- λὰς τὰ οἰκεῖα καὶ Κανίκλιος ὁ Λογοθέτης τοῦ Δρό- μου τυγχάνων, καὶ ὁ Πατρίκιος Βάρδας ὁ τῆς Αὐ- γούστης ἀδελφὸς, ἔ Μανουὴλ ὁ Μάγιστρος ἐκ τῶν Ἀρμενίων καταγόμενος, ὃς καὶ θεῖος ἀπὸ πατρὸς τοῦ Δεσπότου ἐπῆρχεν. ἐπεπήλει μὲν οὖν τὰ πολιτικὰ, καὶ καλῶς τέως τὰ πράγματα διηυθύνετο. ἔμελλε δὲ καὶ ἡ τῶν θείων Εἰκόνων προσκύνησις ἀναχωρίζεσθαί τε, ἔ πρὸς τὴν ἀρχαίαν παλινδρομεῖν αὖθις ῥυμόν. καὶ δὴ Μανουὴλ νόσῳ πιέζεται δεινῇ καὶ χαλε- 128. πῇ· πρὸς ὃν εἰσρέοντες Μοναχοὶ τῶν Στουδίου καὶ ἐκ τῶν

αὐτῷ πίστις οὐκ ἀλλοτρία τοῦ ἀνδρὸς, αἰσίαν τῆς ὑγιείας ὑποσχομένῳ ῥᾳδίαν τε καὶ ταχεῖαν λήψεσθαι, τῷ μόνον τὴν τῶν ἁγίων προσκύνησιν Εἰκόνων αὐτός τε θελήσῃ, καὶ τοῖς Καισαρεῦσι πείσει θεασάμενος ἀπόντα πάλαι. οὐ μὴν δὲ ἀλλὰ καὶ οἱ τῶν ἄλλων ὀρῶν πολλοὶ τῶν θεοφόρων Πατέρων προσφιλῶς τούτῳ συνόντες, ὁπόθεν τὰς ἀρχὰς πρὸς αὐτὸν λαβόντες, ὅτε τὴν Ἀρμενιακὴν ἐστρατήγει, προσφοιτῶντες, καὶ ἐπὶ τοῖς ὁμοίοις παρακαλοῦντες, ἔπεισάν ποτε ὀρθὰ φρονῆσαί τε, καὶ ὃ πεπόθουν αὐτοῖς, εἰ μόνον ῥᾴων γένοιτο· ὃ δὴ καὶ γέγονε, τῇ αὐτῶν πρὸς τὸν Θεὸν θύρᾳ καὶ σπουδῇ.

β'. Ἐπεὶ γοῦν οὕτως τῆς νόσου ἀπήλλακτο, καὶ οἱ Μοναχοὶ τῆς πρὸς ὃ πρᾶγμα σπουδῆς οὐκ ἠμέλουν, ἀλλὰ παρακλήσεσι χρώμενοι, τὰ πρὸς Θεὸν ὑποσχέσεων ἀξίων μεμνῆσθαι· πλήρη τὸν τοῦ θείου ζήλου εἰργάσαντο· καὶ δὴ τοῖς Συνεπιτρόποις ἀνακοινώσας τὰ τῆς βουλῆς, καὶ πείσας ὡς ἔστι καλὸν ἀρχὴν δόξαν τοῖς πράγμασιν ὑπάρξαι· καὶ μεταρυθμίσας αὐτοῖς, καὶ πρὸς ὃ ἑαυτῷ βούλημα ἀγαγών, πρὸς τὴν Θεοδώραν εἰσῆλθε, περὶ τῆς ὑποθέσεως κοινολογησόμενος. καὶ οὐκ εἶπεν μόνον φιλῆς καὶ ὄντως Βασίλισσα, ἐπεὶ πρὸς τῆς Ὀρθοδοξίας ἤκουσε, Τοῦτο, ἔφη, καὶ δι' ὑπερβολὴν ἦρα ἀεί, καὶ μελετῶσα διέλιπον οὐδαμῶς· ἀλλ' ἡ τῶν πολλῶν συγκλητικὴ καὶ τῶν ὑπάτων, τῇ τοιαύτῃ προσπολεμοῦσα αἱρέσει πλῆθος, ἐκώλυεν ἄχρι τοῦ σήμερον· οὐχ ἧττον δὲ καὶ οἱ τῆς ἐκκλησίας ὑπερμαχοῦντες Μητροπολῖται, καὶ μάλιστα ὁ Πατριάρχης· ὃς μικρὰ ἔμπροσθεν τῆς τοιαύτης αἱρέσεως τὸν ἐμὸν ἄνδρα τοῦτον ῥίζαν ἐκ τῶν γονέων, ἐπὶ πλεῖον αὔξησί τε καὶ πρεσβυτέραν ἐποίησατο τοῖς αὐτοῦ εἰσηγήσεσί τε καὶ πυκναῖς παραινέσεσιν· εἰς χαλεπὰς αἰτίας καὶ βασάνους ἐκτραπῆναι τοῦτον ποιήσας, ἃς ἐκεῖνος ὁσημέραι κατὰ τῶν Ἁγίων ὕβρικεν, ἀληθής τε καὶ διδάσκαλος τοῖς τοιούτων κακῶν ὁ ἄθλιος γεγονώς. Καὶ ἡ μὲν οὕτω, Δέσποινα, φρονοῦσά σε καὶ βουλευομένῳ τὰ κάλλιστα, ὃ κωλύον ἐστὶν, ἀντέφησεν, μὴ καὶ εἰς ἔργον ταῦτα ἀγαγεῖν, καὶ τῷ πεπόθημεν τούτῳ κελεῦσαι εἰς ὄψιν ἐλθεῖν ἑορτῶν. βιβλίον μὲν οὖν μεταπεμψαμένη τὸν τῆς Βίγλης Δρουγγάριον, Κωνσταντῖνος δὲ οὗτος ἦν, ὁ τῆς Πατρικίου Θωμᾶ, καὶ μετὰ ταῦτα γεγονὼς Λογοθέτου τοῦ Δρόμου, πατὴρ, δηλοῖ τῷ Πατριάρχῃ, Ὡς πολλοὶ πολλαχόθεν συνεξηλυθότες βίλαβός τε καὶ Μοναχοὶ, δέησιν ἐποιήσαντο πρὸς τὸν Βασιλείδην ἡμῶν, τοῦ μὲν πεπεισμένους κελεῦσαι ἀναστηλωθῆναι Εἰκόνας. εἰ μὲν οὖν ὁμολογεῖς εἶ ταύτης σύμφωνος, καὶ δὴ τὸν παλαιὸν κόσμον ἡ τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησία ἀπολαμβανέτω.

ille fidei plurimum habebat) facili negotio citoque recuperandam sanitatem pollicentur, si modo tum ipse sanctarum Imaginum cultum approbet, tum illius quovis loco sanciendi Imperatoribus auctor existat. Multi præterea ex aliis montibus divinorum Patrum Manueli amicitia juncti, ex eo tempore quo is Armeniacorum Dux erat, ad eum venientes, eademque rogantes, ad rectum tandem eum sensum trahunt, & ut quod ipsis in votis erat polliceatur, si solum morbo levaretur: quod & illorum ad Deum precum instantia consecutus est.

II. Postquam itaque ille morbo liberatus est, nihil rem Monachi negligendam ducunt, sed obsecrando, eorum quæ sancte Deo pollicitus esset, meminisse rogabant: qua admonitione, divina æmulatione ejus prorsus animum incenderunt. Communicato itaque cum sociis Procuratoribus consilio, cum illis persuasissent, operæpretium esse, bono res statu ab exordio ipso componere, illisque in suam traductis sententiam, ad Theodoram ingreditur, ea de re commune consilium habiturus. At illa, quippe religiosa matrona, vereque Regina atque Augusta, ubi de Recta fide audivit, *Hoc*, inquit, *semper & desideraveram, nec versare animo unquam cessabam: etsi hactenus, plurium Senatorum Procerumque, qui illi studeant hæresi, ingens deterruit numerus, ne quid hactenus ejus rei molirer. Nec minus qui tuendæ Ecclesiæ sibi partes vendicant, Metropolitæ, omniumque maxime Patriarcha. Is namque, cum maritus exiguam quandam hujus hæresis radicem a majoribus traxisset, eam longe auxit, doctrinisque suis, ac crebris hortamentis robustiorem fecit; auctor nimirum illi effectus, ut ad verbera tormentaque adjiceret animum, quorum quotidie adversus Sanctos novus artifex erat, taliumque ei malorum miser, incensor ac doctor fuit.* Tum illi, *Ecquid vero causæ est, Augusta, cum sic sentias, ac optime consulas, quidve impedit, ne hoc opere impleas, hancque communem totius plebis lætitiam festamque lucem peragi jubeas?* Statim ergo accersito Biglæ Drungario (erat hic Constantinus, Thomæ Patricij, postmodumque Dromi Logothetæ, pater) Patriarchæ denuntiat; *Plures undique viros pietate spectabiles, Monachos item convenientes, supplicationem Augustis obtulisse, ut omni colendas veneratione Imagines, restitui jubeant. Si igitur ita confitearis, hisque consentias, Dei Ecclesia vetus ornamentum recipiat;*

Manuelis diligentia in causa Imaginum.

Jannes Syncellus Theophilo persecutionis auctor.

Sede pulsus & Urbe.

sin autem hæsitas, nec rectè sentis, relicta Sede ac Vrbe, in suburbanum tuum tantisper recede, dum Sancti Patres una tecum conveniant. His enim in promptu est ut judicio tecum contendant, ac disputent, maleque de Imaginibus loquenti ac sentienti, quod sanioris mentis sit, suadeant.

III. Erat Jannes in Patriarchalium Ædium triclinio, quod Thessalum vocant, in lectulo jacens, cum ad eum Regia mandata perlata sunt: moxque auditis animo perculsus, unum hoc respondit, *Se de his probe deliberaturum*; idque locutus, mandatorum latorem dimisit. Ac dicto citius arrepto in manus custello, seu lanceola, ventriculi venas secat, ex quibus effluente sanguinis copia, exterrendum vulgus ac miseratione tangendum sciebat; mortem vero autve periculum aliud nullum sibi creandum timebat. Confestim ergo tumultuantium clamor ac vociferatio Ecclesiam circunstrepere; quin & ipsas Regias aures ante reditum ipsius Drungarij, occupare, *Patriarcham Imperatrice auctore interfectum esse*. Missus itaque Bardas Patricius, qui rumores istos diligenter exquireret, vulnera de industria inflicta sensim deprehendit; nec fabula coargutionis lucem effugit, cum ipsi famuli delatores essent, & incisoria venarum instrumenta, seu scalpella, in medium proferrent. Exinde igitur nulla cujusquam miseratione (ut qui talis reus criminis, suæque ipsius animæ insidiator, deprehensus esset) expellitur, ejectusque miser Ecclesia, in suburbanum suum ita dictum, Pisichæ (ac si *Micas*, dicas) relegatur: inducitur vero is, qui multis laboribus atque ærumnis integram ac illibatam virtutem conservaverat, ac cui ex diuturno (ut par est) carceris pedore atque fœtore pili defluxerant; quanquam ei, Dei nutu, ac Theodoræ Augustæ assensu, Ecclesiæ gubernatio clavusque debebatur; magnus scilicet, invictusque Ecclesiæ defensor, Methodius.

Cæsum se ab Augusta fingit.

Ejecto Janne suffectus Methodius.

IV. Sed & Theodoræ animum considera: quomodo scilicet generosi pectoris Matrona, & quæ vere marito adjutor extiterit, non illi adversata sit, in unum congregatis quotquot usquam erant, Orthodoxis, factaque Regio diplomate libera dicendi sentiendique licentia, sic eos allocuta sit. *Eia*, inquit, *Dei hæreditas ac Patres mei. Cum humanissime sacrarum venerabilium que Imaginum restitutio-*

Oblatæ pro Theophilo ad Sanctorum cœtum preces.

A Εἰ δ' ἀμφίβολος, καὶ τῷ γνώμῃ ὄσι ἔχων οὔπω, τῶ μὲν θρόνου ἔξω ἧμος καὶ τῆς πόλεως, ἵζ δὲ ὃ προσάντου σου μικρὸν ἀφέδητι, μέχρις ἂν σύλλογος τῶν ἁγίων Πατέρων ἥκωσι μεθ' σοῦ· οἱ δὲ γὰρ ἕτοιμοι ἀφαδικάζεσθαί τε καὶ ἀφαλέγεσθαι, καὶ πείθειν σε περὶ τούτων κακῶς λέγοντα.

γ'. Κατὰ τὸν ἐν τῷ Πατριαρχείῳ Θετταλὸν, τρίκλινος δὲ οὕτω καλούμενος, τῷ κατακεῖτο ὀπὶ σκίμποδος, ἅς βασιλικὰς ἀγγελίας δεχόμενος· ὡς ἅμα τῇ ἀκοῇ τῶν λόγων βληθεὶς τῷ ψυχῷ, τὸν μὲν ἀποκομιστὴν τούτων, ὡθὶν ἕτερον φήσας, ἢ Βουλεύσεσθαι περὶ τούτων καλῶς, ἅμα τῷ λόγῳ ἀπέσαλκεν. καὶ θᾶττον ἢ λόγος ἐγχείδιόν τι λαβὼν, ἅς κατὰ γαστέρα φλέβας ἀπέτεμεν, ἃς ἤδη δῆλόν μὲν καὶ οἶκθεν ἐκ τῆς τῶν αἵματος δαψιλοῖς ἐκχύσεως ἀποτεκεῖν τοῖς πολλοῖς, θάνατον δὲ ἢ τινὰ κίνδυνον οὐδαμῶς. Θορὴς οὖν καὶ βοὴ οὐχὶς τις περιῆλθε τῷ Ἐκκλησίᾳ, οὐ μόνῳ δὲ ἀλλὰ καὶ ἅς βασιλικὰς αὐλὰς προφθάνουσα τὸν Δρουγγάριον, Ὡς ἡ Δέσποινα ὑπ' ἐκείνου τὸν Πατριάρχου κατέσφαξεν. τῶν γοῦν λεγομένων [129] ἐπῆς ἀκροᾶς ὁ Πατρίκιος Βάρδας ἀποσταλεὶς, αὐτάς τε τὰς πληγὰς ὑπ' προφανοῦς γλωμίδας ἥρεμα πως καταφώρασεν, καὶ ὃ δρᾶμα τὸν ἔλεγχον οὐ διέφυγε, αὐτῶν τῶν δραπόντων κατειπόντων αὐτό, καὶ τὰ τῆς τομῆς ὄργανα, φλεβοτόμα δὲ ἴσως, εἰς μέσον καταβαλλόμενα. ἔκ τοτε οὖν ὁ Ἰάννης... ὡς ὀπὶ τοιαύτῃ αἰτίᾳ καὶ γνώμῃ αὐθαδόνῳ ἐπειλημμένος, ἀπελαύνεται μὲν, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἐξωθεῖται ὁ ἀληθέστερος, κατὰ δὲ πρόσχημα αὐτό δὴ οὕτω λεγόμενον παρεισάγεται, τὰ Ψιχά. Εἰσήγετο δὲ ὁ πολλοῖς πόνοις καὶ κόποις τὰ τῆς ἀρετῆς σώσας ἀδιαλώβητα, καὶ τῆς ἐγχρονίου μὲν καθείρξεως, καὶ τούτης σαπρώσης, ὡς ἔοικεν, τῷ τῶν τειχῶν ἀπορροίᾳ κληρωσάμενος· πρὸς δὲ Θεοῦ δὲ καὶ τῆς Βασιλίδος Θεοδώρας τῷ τῆς Ἐκκλησίας κυβέρνησίν τε καὶ πηδαλιούχησιν· Μεθόδιος οὗτος ὦ ὁ μέγας, καὶ τῆς Ἐκκλησίας ἀήττητος προμαχος.

δ'. Σκόπει δὲ καὶ ὅπως ἐν τούτῳ συναγωνύσης τῆς γυναίας, καὶ τῷ ὄντι βουλοῦ γενομένης τῷ ἀνδρὶ, ἀλλ' οὐκ ἐναντίας, τοῖς ὅποι ποτὲ γῆς ὄντας Ὀρθοδόξοις, καὶ τῷ παρρησίᾳ διαλαβέσθαι θαυμάσασα· Ἄγε δή, ἔφησεν, ὦ κλῆρος Θεοῦ καὶ Πατέρες ἐμοῦ. τὴν τῶν ἱερῶν καὶ πανσέπτων ἀναστήλωσιν Εἰκόνων ὑμῖν χρη-

χεύσης καὶ δῖδούσης, ὅπι μάλιστά μου μετ' ὐμμενείας, αἰτεπιθῆναί μοι δικαίαν χάριν, καὶ αὐτῇ Δεσποίνῃ οὔσῃ, βουλήθητε· οὐ ταπεινὼν ὄντα καὶ μικρὰν, ἵνα μὴ δὲ χάρις νομίζοιτο, οὐδὲ τοῖς δίδοῦσιν ὑμῖν, ἢ ἐμοὶ αἰτουμένῳ ἀνάρμοστόν τε καὶ ἀσύμφορον· ὁπιτηδείου δὲ καὶ μονίμου, καὶ τῷ Θεῷ ὐαποδέκτου καθεστώσης καὶ νομιζομένης. ἡ δέ ἐστιν, ἡ Εἰς τὸν ἐμὸν ἄνδρα τε καὶ Βασιλέα τοῦτ' ἀφαιρουσα συγγνώμη τε καὶ συγχώρησις, καὶ ἀμνηστία τοῦ Θεοῦ τῆς τοιαύτης ἁμαρτίας· ὡς Εἰ μὴ τοῦτο γένηται, οὔτ' ἐμὲ χρίοντε ἑπακολουθοῦσθαι ὑμῖν, οὔτε τοῖς τῶν στάσεων Εἰκόνων προσκυνήσιν καὶ
130. ἀνάρρησιν, ἀλλ' οὐδὲ τοῖς τῆς ἐκκλησίας ἀνάληψιν.

ε'. Καὶ ἅμα τὸν λόγον κατέπαυσιν, Ὅτι μὲν δίκαια, ἡ Ὀρθόδοξος Ἐκκλησία καὶ ὁ τοὐτης ἔξαρχος Μεθόδιος, ἔφασθην, Δέσποινα ἔξαιτῆ, οὐδὲ ἡμεῖς ἔχομεν ἀπομάχεσθαι. δίκαιον γὰρ τοῖς εὐεργέταις, καὶ ἄρχουσι, τὰς προσηκούσας χάριτας αἰτεπιτίθεσθαι δαψιλὰς, ὅτ' αὖ μὴ τύραννος ἄρχῃ χεὶρ, ἀλλ' ὅσι γνώμη θεοφιλὴς. ἀλλ' * οὔπω Θεοῦ δίκην ἡμεῖς, τὸν πρὸς ἄλλον βίον ἀφαιρεθῆναι δυνατὸν ἔξαιρεῖσθαι, τὰ ὑπὲρ ἡμᾶς φάντα ζόμενοι. δυνατὸν μὲν ἡμεῖς, καὶ κλεῖς οὐρανοῦ πιστευθέντες παρὰ Θεοῦ, τοῖς βουλομένοις πᾶσιν ἀνοιγέναι αὐτάς· ἀλλὰ τοῖς ἐν βίον τοῦτον ἔτι οἰκονομουμένοις, πρὶν ἀλλαγοῦ μεταστῶσιν· ἔστιν δ' ὅτε καὶ τοῖς μεθισταμένοις, ὅταν τε μικρὰ τὰ σφάλματα ᾖ καὶ μετάμοια τούτοις πρόσῃν. τοῖς δ' ἤδη μετὰ πονηρᾶν ἐλπίδων ἀπάντασι, καὶ προδήλοις φέρουσι πλὴν κατάγνωσιν, οὐκ οἷοί τε ταῖς θύραις ἀφαλύειν τούτοις ἡμεῖς.

ς'. Καὶ ἡ Δέσποινα, Εἴτ' ἀληθῶς, Εἴτε καὶ ἄλλως τῷ τοῦ ἀνδρὸς ἀπαθεμαθίσα φίλτρῳ· ὅπερ ἐστὶ, καὶ ἡμεῖς συνκαπαπτόμεθα· ἡ μὲν ἀναμίτως τὸν ἱερὸν ἐκβοᾷ θίασον ἐβεβαίου, Ὡς μεγάλα πραγῳδούσης καὶ καταλοφυρομένης καὶ πάντα ἐκπραγῳδούσης κατὰ τὸν τῆς ἐξόδου τούτου καιρὸν, καὶ ἀφαγαφούσης ὡς οἷα ἐπακολουθήσῃ ἡμῖν μεμισημένοις ἐν τηλικαύτῃ πόλει τοῦ τοιαύτης αἱρέσεως, βύζων ἔρησις, ἀρῶν ἐπέκτασις, λαοῦ ἐπανάστασις, Εἰσῄ τούτῳ μετάμελος τῆς αἱρέσεως. ἐν ταύτῃς ἅμα αἰτησάμενός τε καὶ καταπαυσάμενος ζεούσῃ ψυχῇ, ἐμοῦ ἐν χροὶ καθυπεβαλούσης, τοῖς ἀπάντησιν Ἀγγέλοις τὸ πνεῦμα παρέδωκεν. ταύτης ἐκβοὴ ἀκηκοότες δὴ τῆς φωνῆς, καὶ τὸν ἔπον τῆς Αὐγούσης βλαβη-

* οὐ τῆς Θεοῦ δίκης.

A nem Vobis indulgeam atque præbeam, rogo, ut mihi (quæ præsertim Domina sim ac Augusta) justam gratiam munusque reponatis: non id vile aut exiguum, ut nec muneris atque gratiæ nomen mereatur; ac tum Vobis, qui daturi estis, tum mihi flagitanti, haud satis congruum, autve utile videatur; sed conveniens illud ac perenne, quodque Deo acceptum merito existat ac habeatur. Nempe ut Viro meo ac Imperatori, eorum quæ in causa Imaginum deliquit, indulgentia veniaque præstetur, tantumque scelus oblivione a Deo deleatur. Sin autem minime feceritis, B neque me Vestra sequentem decreta habebitis, neque venerabilium Imaginum adorationem præconiumque a me impetrabitis, nec vero Ecclesiam recipietis.

V. Expleto mox sermone, Orthodoxa Ecclesia, ac qui ejus Præses erat, Methodius, *Iusta*, inquiunt, *est, Augusta, petitio tua: neque nos possumus ire inficias. Æqui enim ac justi ratio postulat, ut a quibus beneficia consecuti sumus (præsertim Principibus) convenientes gratias largiter rependamus; tum præsertim, cum non tyrannica manus imperat, sed mens pia est & religiosa. Eum tamen, qui in aliam vitam com-* C *migravit, a pœnis illi a Deo constitutis (majora nobis quam pro nostra facultate arrogantes) haud quaquam liberare possumus. Licet quidem nobis (inque eam rem claves cælorum concreditas a Deo accepimus) omnibus, qui velint, aperire, sed his duntaxat, qui in hac vita adhuc disponuntur, priusquam in alteram commigraverint. Quin etiam quandoque, his ipsis qui e vita emigraverint, cum levia sunt delicta, quibus nec desit pœnitentia. His autem qui spe non bona vivis excesserint, feruntque palam suæ damnationis sententiam, pœnas diluere minime possu-* D *mus.*

Patrum excusatio.

Potestas clavium pro hac vita.

Leviorum relaxatio per Ecclesiam etiam in Defunctis.

VI. Tum Augusta, sive id vere, sive alioqui nimia in maritum succensa amoris vi (quod plane ita est, nosque assentimur) jurejurando tamen sacro illi Choro affirmabat, *Cum sub ejus exitus horam ingentem luctum ederet, direque lamentaretur & deploraret, ac coram exponeret, quanta eum suosque ejusmodi hæresis invidia, in tanta civitate consecutura essent; nempe a precibus abdicatio, divarum prolixa vis, populi defectio; subiisse illi rei pœnitudinem, simulque Imagines petiisse, ac ferventi animo, eadem ipsa Augusta in manus porrigente, exosculatum esse, abducentibusque Angelis spiritum tradidisse.* Hac illi voce audita, Augustæque mores indo-

Theophili pœnitentia ex Augustæ fide.

lemque reveriti (quippe cum fœmina omnium religiosissima Christique amans esset) ac cum alioqui sanctarum Imaginum cultum instaurari exquirerent , communi sententia ac suffragio , dummodo se res Theophili ita haberent , ejus veniam delicti se a Deo exoraturos dixere , simulque rei scriptam cautionem Augustæ tradidere. Interea recepta Ecclesia, sanctissimoque Methodio Pontificali honore sublimato, sanctorum Jejuniorum prima Dominica , una cum Augusta , peractis in sacra sanctissimæ Dominæ nostræ Deique Genitricis Blachernensi Æde , in Dei laudibus & canticis , nocturnis vigiliis , mane solenni supplicatione ac pompa , ad magnum Dei Verbi Templum veniunt , riteque peracta re sacra , suum rursus Ecclesia ornatum recipit. Inque eum modum proficiebat Orthodoxa Ecclesia , & ut verbis Scripturæ utar, *Renovabatur ut Aquila* , proscriptis toto terrarum orbe cunctis Hæreticis , corumque Antistite (Joanne scilicet, cui a Fidelibus , ob suam impietatem , Jannis nomen inditum est.) Fuit vero ille non advena , aut barbarus , sed indigena , ipsaque ortus Urbe Regia. Nam & ex vite , rubum enasci auditum est. At neque obscura satus prosapia , sed valde nobili ; stirpe scilicet, quam Morocharzamiorum vocant.

Absolutio Theophili per eam suppositionem.

Orthodoxiæ pompa , Dom. 1. Jejun. nobis, 1.

Psal. 102. 5.

Joannes, unde Jannes.

Ejus patria & nobilitas.

VII. Hic ergo, ut ejus res scripto consignemus , Monasterij sanctorum Martyrum Sergij & Bacchi, quod ad Hormisdæ Ædes situm est , olim Præpositus , ac Palatino adscriptus Clero , Michaeli Balbo Imperatori charissimus fuit ; sive eo solum nomine , quod hæresis illi socius erat , sive quod excellentis eruditionis sibi nomen quæsierat , illaque ejus fama percrebuerat. Ut ut sit , illi charissimus fuit ; ac Theophili præceptor constituitur. Theophilus vero susceptо Imperio , primum eum Syncelli dignitate ornat ; tum deinde Patriarcham Constantinopolitanum præficit, cum is illi divinatione ex pelvi vates, ac præstigiis quædam auguratus esset. Fuit autem divinatio ejusmodi. Gens quædam infidelis sævaque , tribus Ductoribus Romanæ ditionis terras locaque incursabat , exque ea prædas agebat ; quæ res , ut par est , Theophili animum , omniumque subditorum , mœstos anxiosque habebat. Jannes dimissa illa animi ægritudine , optime de rebus sperare ac gaudere jubet, si modo illius consiliis parere in animum

Jannis præstigiarum historia.

ἥντις , ὦ γὰρ εἰ καὶ τις φιλόθεος , καὶ ἅμα τὰ τῶν ἁγίων Εἰκόνων ζητοῦντες πρᾶξαι , κοινῇ ψήφῳ καὶ γνώμῃ , τῆς μὲν ἁμαρτίας ταύτης , εἰ οὕτως τοῦτ' ἔστι , συγγνώμην ἔφασαν εὑρήσειν παρὰ Θεοῦ , καὶ ἅμα δι' ἐγγράφου ἀσφαλείας τὴν πίστιν τούτου τῇ Δεσποίνῃ ἐδίδοσαν· ἐφ' οἷς τὴν ἐκκλησίαν ἀπολαβόντες , καὶ τῷ Μεθοδίῳ ἀγιωτάτῳ τὴν τῆς Ἀρχιερωσύνης ἀποδεδωκότες τιμὴν , τῇ προσφάτῳ τῶν ἁγίων Νηστειῶν Κυριακῇ , σὺν αὐτῇ τῇ Δεσποίνῃ πανηγύρει ὑμνῳδίαν ἐν τῷ κατὰ τὰς Βλαχέρνας ἱερῷ τελούσῃ τῆς ὑπαπαντῆς τοῦ Δεσπότου καὶ Θεοτόκου τετελεκότες , τῇ ἑωθινῇ μὲν λιτῇ τῷ μεγάλῳ τοῦ Θεοῦ Λόγου τελουμένῃ καταλαμβάνουσι· καὶ τὸν κόσμον αὐτῆς αὖθις ἀναλαμβάνει ἡ ἐκκλησία , τῆς ἁγίας μυσταγωγίας τελεωθείσης ἁγιστῶς. καὶ ἡ μὲν ὀρθόδοξος οὕτω προέκοπτεν ἐκκλησία , ἀναχαιτιζομένη ὡς ἀεπὲς , ὃ τῆς γραφῆς , πάντων τῶν αἱρεσιωτῶν ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἡλίῳ καθαιρέσει ὑποβληθέντων , καὶ τοῦ Ἀρχιερέως αὐτῶν· Ἰωάννης οὗτος ὦ , ὁ ἀφ' τὴν οἰκείαν ἀσέβειαν Ἰαννὴς παρὰ τῶν βύστεων ὀνομασθείς. Οὐκ ἐπηλύτης καὶ ξένος , αὐτόχθων δὲ , καὶ τῆς βασιλίδος ταύτης τῶν πόλεων βλάστημα. Φύεσθαι δὲ καὶ ἐν ἀμπέλῳ βάτον ἠκούσαμεν. οὐδ' ἐξ ἀσήμου τινος , ἀλλὰ καὶ λίαν εὐγενοῦς καταγόμενος στέγης , τῆς οὕτω τῶν Μοροχαρζαμίων λεγομένης.

ζ'. Οὗτος ιιι ὦν , ἵνα καὶ τὰ κατ' 131.
αὐτὸν ἡ ἱστορία δηλώσῃ , τῆς μονῆς τῶν Μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου , τῆς ἐν τοῖς Ὁρμισδου Ἁγιοκυριτῶν Ἡρωμένης ἐτύγχανεν , καὶ τῶν Βασιλικῷ Κλήρῳ καταριθμουμένων , Ἁγαφερόντως παρὰ Μιχαὴλ ἠγαπητο τοῦ Τραυλοῦ , Εἴτε μόνῳ τούτῳ τῶν κοινωνὸς εἴη τῆς τούτου αἱρέσεως , Εἴτε καὶ τῶν Ἁγαφέρῃ ὀπὶ λογιότητι δόξαν τινὰ ἐφηκώς . πλεῖον ἠγάπητο , καὶ τοῦ Θεοφίλου διδάσκαλος εἴκαθίστατο · καὶ οὗτος ἐπεὶ τὰς τῆς βασιλείας ἔσχεν ἰωΐας , Σύγκελλον μὲν πρότερον τοῦτον τιμᾷ , εἶτ' ὕστερον καὶ Πατριάρχου καθίστησι Κωνσταντινουπόλεως , προγνώσεις τινὰς ἐκ λεκανομαντείας καὶ μαντείας αὐτῷ ἀπαγγέλλοντα. Ἡ δὲ μαντεία τοιαύτη. Ἔθνος ποτὲ τοιοῦτον ὑφ' ἡγεμόσι στρατηγουμένου ἀπίστου τε καὶ σκληροῦ , τὴν τῶν Ῥωμαίων χώραν καταπεφρικότες τε καὶ καταληϊζομένου , ὡς εἰκὸς , ἀθυμοῦντος ὀπὶ τούτῳ τοῦ Θεοφίλου , καὶ τοῦ κατηκόου πάντος· ἀποκλαίεσθαί που τὴν ἀθυμίαν ὅτος συμβαλεῖν , καὶ θαῤῥεῖν πληροῦσθαί τε καὶ χαρᾶς , εἶτα μόνον τῷ τοῦ

τούτου ἐπακολουθοίη βουλή. ἡ δὲ ἰδοῦ τοιαύτη· ἐν A
τοῖς εἰς τὸν Εὔριπον τοῦ ἱπποδρομίου ἱδρυμένοις
χαλκοῖς ἀνδριάσιν, ἐλέγετό τις τῶν ἀνδριάς τρισὶ
132. ἀφεμερφυλλμος κεφαλαῖς, ἃς [131] κατά τινα
στοιχείωσιν πρὸς τοὺς τοῦ ἔθνους ἀρχηγοὺς αἰτῆλω.
σφύρας οὖν μεγίστας σιδηρᾶς ἰσαρίθμους τοῖς κε-
φαλαῖς προσέταξε γλυφθαι, καὶ δυσφάτοις ἐγκελεύ-
σεσθαι αὐτοῖς τρισίν, ὅτε χεῖρα γραμμάτων ἀφέ-
σοντας. καὶ δὲ τινα ὥραν νυκτερινὴν, πρὸς τὸν εἰ-
ρημένον ἀνδριάντα πλησίον στάντας αὐτὸν, καὶ τὰς
σφύρας ὑπὲρ χεῖρας ὡς μετεώρους ἔχοντας, ἰσχύι
τούτοις κελεύσαντα μιᾷ· ὑπερβαλλούσης δυνάμεως
ὁμοῦ τοὺς τρεῖς κατενεγκεῖν, ὡς ἂν ἑνὸς κρούσμα- B
τός τε καὶ πλήξεως τὰς τοιαύτας ἀποτεμεῖν κεφα-
λάς. τούτοις τοῖς λόγοις θυφορυθείς τε ἅμα καὶ
ἐκπλαγεὶς ὁ Θεόφιλος, ἐκέλευσε τὸ ἔργον ἐπα-
γαγεῖν. ὡς δοῦ πρῆσσεν πόρρω δὴ τῆν νυκτῶν, οἱ
μὲν ἄνδρες τὰς σφύρας κατέχοντες, ὁ δὲ Ἰωάννης
ἀφὰ λαϊκοῦ ἐνδύματος ἑαυτὸν ἀφανίσαι, ὡς
ἂν μὴ καταδηλος γένηται. καθ' ἑαυτὸν ὁ Ἰωάννης
τοῖς στοιχειώδεσι λόγοις ἐπῆφπεν, καὶ τῷ ἐκέλευσεν
τοῖς ἀρχηγοῖς δυνάμεις τὸν ἀνδριάντα μεταγαγών,
ἢ μᾶλλον τῷ οὖσαν προτέρων ἐκ τῶν ἀνδριάντα κα-
ταβαλὼν ἐκ τῆς τῶν στοιχειωσάντων δυνάμεως,
παίειν ἔκαστον προσετάξῃ νεανικῶς τε καὶ ἰσχυρῶς. καὶ
οἱ μὲν δύο ἰσχυροτάταις χρησάμενοι καταφοραῖς τοῦ C
δύο τῶν ἀνδριάντος κεφαλὰς ἀπέκοψαν· ὁ δ' ἕτε-
ρος μαλακώτερον ποιήσας τὴν πληγὴν, μικρὸν μὲν
κατέκλινεν, οὐ μὴν ἐξ ὅλου τοῦ σώματος ἀπέτεμεν
τὴν κεφαλήν. τούτοις οὖν καὶ τὰ κατ' ἠγεμόνας ἐπακολού-
θησεν· ἔκδοξος γάρ τινος κεφαλῆς ἐπειασθείσης αὐτοῖς,
ἐν ἐμφυλίου μάχης, ὑπὸ δὲ ἑνὸς οἱ δύο τῶν ἡγεμόνων
πίπτουσι καὶ τὴν κεφαλὴν ἀκέφαλοι, δὲ τέλους μόνου
διασωθέντος μὴ, οὐχ ὑγιὰς δέ. οὕτως εἰς ὃ μηδὲν εἶ)
ὃ ἔθνος χωρῆσαι, πρὸς τὰ οἰκεῖα αὖθις μὴ φυγῆς
ἀφώρμα καὶ συμφορᾶς. ἀλλὰ τὰ μὲν τερατείας ἔτως.

ν'. Τῷ δὲ χρόνῳ τούτῳ ἀδελφὸς ἰδοῦ ἀρχικὸς, ὄνομα
Ἀρσαβὴρ, τὴν τύχην Πατρίκιος παρὰ Θεοφίλου τι-
μηθείς. τούτῳ γοῦν προσάξαν καὶ ὃ βιώσιμον μέρος D
δὲ ἐκπλεομένῳ Εὐξείνῳ ἐν τῇ μοίρᾳ τοῦ ἁγίου Φωκᾶ
προσῆν, οἰκοδομαὶ μεγίστας ἔχον καὶ πολυτελεῖς· στοάς
τε καὶ βαλανεῖον· καὶ πρὸς τούτοις δεξαμενάς. ἐκεῖσε δὴ
ὁ Πατριάρχης συχνὰς ποιεῖν καταγωγὰς, λέγεταί
τι ὑπόγειον καταασκευάσαι ἐνδιαίτημα τῆς Τροφωνίου
πρόμοιον· ὅπερ ἔνθα ἡ αἰσιγλυφὸς γυνὴ καὶ θωρά-
κιον, πυλίδα εἶναί τινα, δι' βαθμίδων ἐκ ὀλίγων
ἐκεῖσε δὴ τοὺς θέλοντας παρεπέμπουσαν. ἐκεῖνο
γοῦν αὐτῷ ποιῆσαν ἐργασήριον. ἐκεῖσε δὴ τούτῳ τινὲς
νεῶν μὲ ἐπαμιῶντο θαλαμηπολούμεναι, μανάζουσά
τε καὶ ἄλλως ὃ κάλλος γυναῖκες μὴ διαφθειρόμεναι,
αἷς σεμνεφθείρετο· νεῶν δὲ μαντείαι δι' ἱπποσκοπίας

Constant. Porphyrog. Continuat.

induxerint. Consilium tale erat. Inter æreas statuas in Circi Euripo erectas, statua quædam triceps extare ferebatur. Hæc ille capita, sua quadam devotione & consecratione in gentis illius Duces refert. Tres ergo ingentis molis fabricari malleos jubet, totidemque robustissimis viris tradi. Quadam vero noctis hora, viros illos ad eam statuam prope se stantes, malleosque ad ictum sublimes tenentes, cum ipse mandaverit, summa vi capita ferire præcipit, unoque velut ictu ac conatu, ea exscindere. Recreatus verbis Theophilus, simulque stupore affectus, rem exequi jubet. Veniunt itaque intempesta jam nocte, viri quidam malleos ferentes: Joannes vero Laici habitu sese occultabat, ne cognosceretur. Tum ille, magico carmine recitato, eaque fortitudine quæ in Ducibus erat in statuam translata, seu potius, quæ in statua ex superioribus dæmonum invocationibus hærebat, dejecta destructaque, viros omni conatu statuæ capita ferire imperat. Horum bini validissimis ictibus duo statuæ capita decusserunt: tertius aliquanto remissius feriens, nonnihil ille quidem depressit, non tamen etiam totum a corpore caput abscidit. Haud fere aliter cum gentis Ducibus actum est. Orta enim inter eos gravi contertatione, cum illa in bellum civile evasisset, Ducum unus & alter sub tertio, capitis abscissione cadunt, uno duntaxat superstite, sed non plene sano. Sic gentis rebus in nihilum redactis, ad suas rursus sedes turpi fuga ac clade redit. Ac quidem ejusmodi Jannis præstigiæ.

VIII. Huic porro præstigiatori frater carnalis erat, Arsaberus nomine, Patricij honorem a Theophilo consecutus. Huic suburbanum ad Euxini sinistram enavigati partem, ad sancti Phocæ Monasterium, ædificiis maximis ac splendidis, porticibus, balneis (ac præterea cisternis) instructum fuit. Illic crebro solitum diversari Patriarcham, subterraneum quoddam domicilium, Trophoniano haud absimile, construxisse ferunt. In ejus postico, in promptu fores erant, multis inde gradibus intromittentes eos, qui intus penetrare vellent. Hæc itaque illius nefanda officina. Illic, modo ad cubiculi thalamique delicias, cum sacræ Virgines, tumque aliæ insigni forma mulieres condebantur, quibuscum meretricio ritu fœdaretur; modo jecinorum inspectiones, exque pelvi divinationes ac præstigiæ aliæ,

Arsaberus Patricius Jannis frater.

Jannis impura & magica.

mortuorumque evocationes, his illi sociabus ac adjutoribus, exercebantur. Hincque adeo non raro, non solum Theophilo, sed & aliis ejusdem sententiæ atque hæresis hominibus, vera quædam dæmonum ope prædicebat. Hoc enimvero impurum ejus domicilium, aliquando tandem a fratre, Basilio tum Accubitori venditum, in sacrum transiit Monasterium. Neque id modo, sed & quæ ad illum attinebant reliqua: sanctique magni Martyris Phocæ, a fundamentis erectum Monasterium est.

Impurus Jannis locus in Monasterium versus.

IX. Cæterum ille, ejusque omnis sodalitas, uti dictum est, in eum modum cessare jussi ac depositi, haud sibi quiete transigendam vitam putaverunt: verum adhuc quidpiam adversus sacras Imagines moliti sunt. Sacerdotio itaque motus, cum in Monasterio quodam exul versaretur, pictaque Imago quædam in tecto velut intentis in eum oculis esse videretur; non ferens ille Imaginis, sic de alto quasi intuentis aspectum, per unum e famulis tolli eam jubet, atque ejus oculos effodi; unum hoc addens, *Non posse se ejus effigiem formamque intueri.* Audivit hæc Augusta, ac, qua virum decebat castigatione, scuticæ taureisque subjecit.

Cæsus Jannes, effossis sacræ Imaginis oculis.

X. At ne sic quidem, ut quietus ageret in animum inducebat; sanctumque Methodium, structa in eum calumnia circumvenire tentabant. Hæc autem in eo erat; *Constuprasse scilicet mulierem unici filij matrem; id est, Metrophanis; ejus videlicet, qui haud multo post Smyrnensis Episcopus fuit.* Hanc, auri multa vi conducentes, aliaque polliciti, modo solum eorum fraudi acquiesceret; acriter apud Augustam, ejusque filij Procuratores accusant. Mox itaque formidolosum tremendumque tribunal ponitur, exque utroque ordine (civili scilicet sacroque) judicium cogitur. Nemo non piorum, nemo non impiorum aderat; Monachi omnes, ac quisquis audire poterat, aut loqui, præsto erant. Alios pro criminis novitate mœstos pudor adduxerat; alios insultandi cupido, & ut petulantia oblectarentur. Producuntur ergo accusatores in medium, & quæ reum erat peractura, Mulier coram sistitur. Methodius simul atque Mulier adstitit, nihil quicquam veritus, deque solita subtrahens comitate & salutatione, cunctis audientibus ex ea percontari, *Quonam te modo habes, domina?* (dudum enim virtutis nomine illi nota erat.) *Quonam modo hic, atque ille?* de marito, iisque qui ullo eam modo

Stupri calumnia in Methodium.

A καὶ λειτουργιῶν καὶ χειροτονιῶν καὶ νεκυομαντείας ἐνεργεῖν, τούτοις προσχωρήσου κοινωνοῖς τε καὶ βοηθοῖς. ὅθεν πολλάκις καί τινα προλέγειν τοῦτον συνέβαινε τῇ τῶν δαιμόνων συνεργίᾳ ἀληθῆ, οὐ τῷ Θεοφίλῳ μόνῳ, ἀλλὰ καὶ ἑτέροις τοῖς τοῦτον ὁμόφροσιν. ἀλλὰ τοῦτο μὲν τοῦτου τὸ μιαρὸν ἐνδιαίτημα ἐκ τότε προὸς Βασίλειον τὸν τίτιακα τὸν Παρακοιμώμενον ἀπεμποληθὲν παρὰ τοῦ ἀδελφοῦ, εἰς ἱερὸν μετωνόμασται Φοστινιανεῖον· οὐκ οἰκεῖον μόνον, ἀλλὰ καὶ τὰ λοιπὰ καθὰς αὐτῷ προσφέοντα ἐῶ· καὶ οὐ βάσανον ἢ τοῦ ἁγίου μεγαλομάρτυρος αἰσθήσεται μονή.

θ'. Τότε δὲ ὅσοι, καὶ πᾶσα ἡ αὐτοῦ, ὡς εἴρηται, συμμορία τῇ καθαιρέσει ὑποβληθέντες, οὐχ ἡσυχῇ προσεπέμπειν τὸν ἑαυτῶν βίον ἐδοκίμαζον· ἀλλ' ἔτι καὶ τῶν ἄλλων Εἰκόνων ἐπεφύοντο. μιᾷ γοῦν τινὶ καθαίρεσιν ὑποφοίτου ἔν τινι μονῇ γεγενῶς, Εἰκόνος μιᾶς καὶ τὸν ὄροφον ἱστορημένης, καὶ ἀτενὲς οἷ ἀτενίζουσης αὐτῷ, μὴ φέρων ὅδε ὁρᾶν τινὰ ἐκείνης προὸς αὐτὸν ὑποκαταδοσθῆναι, καθαιρεθῆναι τοῦτόν τε καὶ δι' ἑτέρου τὸν ὀφθαλμὸν ἐκκοπῆναι, καθαιρεθέντος τοῦτου καὶ παιδεία διὰ σκυτάλης καθυποβεβλήσθαι. 133.

Γ. Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἐῶ ἀλαπτὸν αὐτῷ τῆς ἡσυχίας ἐρᾶν· μόνοι δέ τινα, καὶ ὡς ἐπειρῶντο τῷ ἐν ἁγίοις Μεθοδίῳ προσκόπτειν· καὶ μῶμος εἰς γυναικὸς φθορὰν παιδὸς κακτηθῆναι μονοθρῆν· Μητροφάνης οὗτος ἐῶ, ὁ μετ' οὐ πολὺ τῆς Σμύρνης καθηγησάμενος· ἐῶ καὶ χρυσίων ἱκανῶν ἐξωνησάμενοι, καὶ ἅμα καθυποχόμενοι εἰ μόνον τοῦτοις συμφήσειεν, πολλὰ κατελέγοντο προὸς τὸν Δέσποιναν, καὶ τοὺς ὑπηκόους τὰς παιδὸς αὐτῆς. βῆμα γοῦν δίκαιος, καὶ κριτήριον φέλκης γέμον ἐκ πολιτικῶν ἀνδρῶν συγκροτούμενον καὶ ἐκκλησιαστικῶν. οὐ τῶν δυσεβῶν τις ἀπῆν, οὐ τῶν ἀσεβῶν, οὐ τῶν μοναχῶν βίον ἐπειλημμένων, ὅτι ἄλλος τις τῶν ἀκούειν ἢ λαλεῖν δυναμένων. τοῖς μὲν γὰρ ἡ προὸς τὸ ξένον τῆς λοιδορείας κατηφιάσεως οἷ ἐπῆλθε αἰδώς· τοῖς δ' ἡ τοῦ κρούειν, καὶ χαίρειν ἐπ' ἀκεραίοις ἡδονή. ἤγοντο γοῦν οἱ κατηγορούντες εἰς μέσον, καὶ τῶν λεγομένων ἡ αὐθέκτους ἔλεγχος. ὁ δὲ ἅμα τῇ παραστάσῃ τῆς γυναικὸς, οὐδὲν ὑποστελλόμενος οὐδαμῶς, Οἷος τε ἔχεις κυρία, τούτῳ ἐπηρώτα εἰς ἐπήκοον· καὶ γὰρ ἐῶ αὐτῷ γνώσιμος ἐκ πολλοῦ δι' ἀρετήν· καὶ ὅπως ὁ δεῖνα καὶ ὁ δεῖνα, περὶ τοῦ τούτης ἀνδρὸς, καὶ τῶν προσηκόντων αὐτῇ

B

C

D

οὕτως ζούτῳ ἐπῆγε τὸ ἄπλαστον. οἱ δὲ μᾶλ- A
λον ἀνθοσόδμτες, ἐγαυείων ὑφ' ἡδονῆς τὰ
τῆς κατηγορείας ἐπαύξοντες, καὶ σαφῆ τὸν
ἔλεγχον δόντες λοιπόν. ὡς δ' οὗτος μό-
λις τῆς κατηγορείας ἐπήσθετο, ζήλῳ πυ-
ρωθεὶς ὡς αἰ μὴ δι' αὐτοῦ τὰ τῆς ἐκ-
κλησίας κινδυνεύοι καὶ τοῦ Χριστοῦ· ἄλλον
μὲν * εἶναι χαρὲν αἰδοῦς, ἄλλον δὲ ὑπο- * Leg. εἰ-
στολῆς καὶ σεμνότητος· μικρὸν ἀπὸ τοῦ θρόνου δώς εἶναι.
μετεωρίσας αὐτὸν, καὶ πρὸς ἑαυτὸν τὸν κόλπον
συναγαγών, γυμνὸν ἐδείκνυεν τῷ αἰδοῖ, τε-
θαυματουργημένῳ ἔχων καὶ οὐ κατ' αἴ-
σθησιν, καὶ ἅμα διηγεῖτο τὸ θαυμα- B
134. τουργόμενον. ὡς πρὸ πολλοῦ [134] κατὰ τὸν
πρεσβύτερον Ῥωμύλον γνώριμος, σφεισά-
των ἔτι ἐκ νεαρᾶς ἡλικίας τὰς παθῶν, ἔρως τὶς
αὐτὸν εἰσῆκεν θερμότερον, ἢ καὶ κατ' παίδας ὁρ-
μῶν. ἐπεὶ γοῦν κινδυνεύοντα, καὶ προσελθόντα
135. τούτου ὁσημοῦν οἷός τε, [135] τὸν κορυφαῖον Πέτρον τῷ
χεῖρε πρὸς τὸν ναὸν ἐκπετάσας ἐξελιπαρῆσαι,
τυχεῖν τινος ἐπικουρείας καὶ βοηθείας. καὶ δὴ
τοῦ κόπου τῆς βύχης ὑφὲν πρὸς ὕπνον κλιθεὶς,
φαντασθῆναι τὸν Ἀπόστολον ἐκείνου τὸ μέ-
ρος ἁπτόμενον, καὶ τὰς ὁρμὰς σβεννύοντα
τῶν παθῶν· τοῦτο μόνον προσπιλέγοντα, C
Ὃ, Ἀπολέλυσαι δὴ τῆς τῶν παθῶν ἐπι-
κρατείας, Μεθόδιε. Τούτοις ἐκεῖνος τὸν
μακρὸν ἐκεῖνον πέπεικε σύλλογον, αἰσχύνης
πλήσας εἰς τῆς ἀληθείας ἐχθρούς. οὐ μὴν
136. [136] ὁ Μάγιστρος Μανουὴλ τούτοις ἠξίου λύε-
σθαι τὰς κατηγορείας· ἀλλὰ καὶ τῇ γυ-
ναικὶ ἠπείλει, ἢ μὴν ἀπαγαγεῖν τῆς ζωῆς,
εἰ μὴ τὸ πᾶσαν διδάξῃ ἀλήθειαν. καὶ
ἡ γ' ὠδῖνας ἔκπυστον, καὶ σαφῆ τὸ πᾶ-
σαν θραυματουργίαν ποιεῖ, Τόσου καὶ τοῦσου
λέγουσα χρυσίου ἐξωνημένην, καὶ ἔτι ἔν
τινι μοι τῶν κιβωτίων, οὕτως ὡς ἐδόθη
σεσημασμένον ὅτι, καὶ πεφύλακται, σφραγῖσι αὐ- D
τῶν. αὐτοῦ δὴ τοῦ ἀποστείλαντες, εὗρόν τε, ὡς
ἔφησεν ἡ γυνὴ, κεῖσθαι τὸ χρυσίον ἐν τῷ κι-
βωτίῳ, καὶ ἤγαγον. ἐν οὖτοι τῇ τοῦ Πατριάρχου
συμπαθείᾳ καὶ προσκλίσει πρὸς τοὺς Κραυσθέντας,
οὐ ποινῶν καὶ βασάνων, ὧν ἦσαν ἄξιοι, ἀλλὰ
συγγνώμης ἠξίωσε· τοῦτο μόνον εἰς ἔκλυσιν λα-
βόντες καὶ ἡμιωρίαν, ὃ δὴ πᾶν ἔτος ἐν τῇ τῆς
Ὀρθοδοξίας πανηγύρει, μετὰ λαμπάδων ἀπὸ τοῦ ἐν
Βλαχέρναις σεβασμίου σηκοῦ τῆς Θεομήτορος,
πρὸς τὸν θεῖον καὶ περιώνυμον τῆς Σοφίας
137. ἀφικνεῖσθαι νεὼν, καὶ [137] ὃ οἰκεῖον ἐπηχεῖ-
σθαι αὐτοῖς ὠσὶν ἀνάθημα, ἀφ' ὧν πρὸς
τοὺς θείας Εἰκόνας ἀπέχθειαν. ὃ δὲ πεφύμενον

contingebant. Tantus in eo candor ac simplicitas efflorebat. Adversarij majori clamore sublato, aucta inde accusatione superbe gaudio gestiebant, jamque aperte crimen se evicturos putabant. Is porro, ubi tandem calumniam sensisset, zelo succensus, ne quid ejus causa Ecclesiæ res, Christique honor labefactarentur (nempe non nescius, aliud pudoris, aliud subticendi ac gravitatis tempus esse) paululum se a throno subrigens, sinumque ad se colligens, verenda nuda ostendit miraculo arefacta, nec qualia virorum esse solent; Castitatis in Methodio miraculum.
simulque ut se res habuerit, gestumque miraculum sit, referebat. Cum nimirum pridem jam ad Seniorem Romam veniisset, adhucque in ipso ferverent, ac vigerent carnis libidines, majore quam pro affectus ipsa vi, amore exarsisse. Hinc itaque aucto periculo, ac cum vim tantam libidinis non posset superare, Petrum Apóstolorum Principem expansis ad ejus Templum manibus exorasse, ut ab eo opem aliquam impetraret. Dumque tandem precandi labore fessus in somnum sese reclinasset, visum in somnis Apostolum, qui eam tangendo partem, libidinis sensum omnem extingueret: simulque dixisse, *Methodi, liberatus es a libidinum tyrannide ac dura vi.* His ille fidem tanto illi Conventui fecit, ac veritatis hostes pudore implevit. Nolebat tamen Magister Manuel, his objecta crimina dilui. Quinimmo Mulieri minitabatur, *se illi vitam adempturum, nisi rei omnem veritatem doceret.* Illa porro totam statim fabulam eloquitur; ac palam facit, *Tanto se redemptam esse, auri pondo accepisse, adhucque in arcula, uti acceperat, signatum, subque illorum sigillo, domi se habere.* Confestim ergo Mulierculæ accusantis confessio.
cum misissent, mulieris illa indicatione inventum in arca aurum, ac allatum est. Accusatores, miserante Patriarcha, serioque rerum Dominos exorante, non quarum rei erant, pœnas dederunt, justæque ultionis supplicia tulerunt, sed veniam consecuti sunt: ea duntaxat indicta mulcta, ut quot annis, solenni restitutarum Imaginum die (Ὀρθοδοξίας festum vocant) prælucentibus facibus a venerabili Dei Genitricis Blachernarum Æde, ad divinum celeberrimumque Sapientiæ Templum venirent, dictumque in eos anathema, ob eorum in sacras Imagines odium, suis ipsi auribus audirent. Quod in multos Sycophantarum pœna.

annos ſervatum eſt, ac quoad illi vitæ ſuperſtites fuerunt. Ac quidem tantis aucta compendiis ejuſcemodi hæreſis, talem quoque Dei nutu finem accepit, priſtinoque ſplendore divinæ ſacrarum Imaginum effigies formæque effulſerunt, quas non divinis ipſis honoribus colamus ac velut Deos pingamus; ſed quibus relative certoque venerationis cultu ad exemplaria, ipſaſque principes formas, honorem tranſmittamus.

Imaginum cultus & effectio Chriſtiano ritu.

XI. Feſtum hunc diem cum Theodora gaudio celebraret, collectum omnem Eccleſiæ Cœtum in Cariani Triclinio, quod in Palatio eſt, epulis quandoque recreabat. Has nempe Ædes, ut in ſuperioribus a nobis dictum eſt, Theophilus in filiarum uſum extruxerat; Sacerdotum nemo deerat, nemo Confeſſorum. Inter illos aderant Theophanes * Smyrnenſis Epiſcopus, ejuſque frater Theodorus. Vergente ad finem convivio, cum jam placentæ ac bellaria apponerentur, intentis crebro in eos oculis, legenſque inſcriptas eorum facies, altos animo gemitus Auguſta trahebat. Sed & illos, ut par eſt, contigit oculos advertere, ſicque in ipſos intentos Auguſtæ oculos obſervare. Quærebant ergo, *Quid cauſæ eſſet cur ſic Auguſta intentos oculos ipſis obverteret?* Ad quos illa, *Mirari ſe illorum patientiam, quod ſic vultus literis inſculpti ſuſtinuiſſent, illiuſque immanitatem, a quo ejuſmodi pœnam ſuſtuliſſent.* Tunc beatus Theophanes nulla ductus reverentia, nec quod ſancte Patrum Conventus promiſerat, animo cogitans, *Hujus*, inquit, *Scripturæ cauſam, adverſum virum tuum ac Imperatorem, clare admodum, Deo incorrupto judice diſceptabimus.* Gravi ſermo Auguſtam dolore affecit, effuſaque in lacrymas, *Hæcne*, inquit, *veſtra promiſſio ac ſcripta cautio eſt, quod non ſolum non ignoſcitis, verum etiam in jus vocare vultis? Non ita*, ait, *non ita*, ſurgens ſtatim Patriarcha ac reliquus Sacerdotum Cœtus. *Promiſſa*, inquiunt, *rata manent, ſpreto horum virorum contemptu.* Sic itaque iſta pacata ſunt, aſſertaque Eccleſiæ moribus tranquillitas eſt.

* Nicænus.

Theophanis Confeſſoris ferocitas.

Zelicum hæreſis extincta.

XII. Sed & alia quædam hæreſis (ſic dicta Zelicum) orta, una cum ſuo auctore Zeli dicto, qui A ſecretis erat, hacque potiſſimum dignitate fulgebat, curata & ad ſaniorem ſenſum traducta, in Imperatoris ſolenni pompa; illius ſectatoribus, ſola Unguenti unctione, cum novis albis tunicis (ἐμφωτα vocant) rece-

ἐφάνη ὅτι πολὺ, καὶ τῆς αὐτῶν μέχρις ἐπαμυδὴν ζωῆς. καὶ ἡ μὲν ἐφ' ἱκανὸν αὐξηθεῖσα τοιαύτη αἵρεσις, τοιοῦτον δὲ εἶχε καὶ τὸ πέρας ἐκ τοῦ Θεοῦ· αἱ δὲ θεῖαι τῶν ἁγίων Εἰκόνων μορφαὶ, οὐ θεϊκῶς ἡμῖν λατρευόμεναί τε καὶ τυπούμεναι· σχετικῶς δὲ καὶ σεβασμίως τιμῶ δι' αὐτὴν πρὸς τὰ πρωτότυπα ἡμῖν τιμὼ πως διαπορθμευούσας.

ια'. Ταύτην ἄρουσα τὴν ἑορτὴν ἡ Θεοδώρα δι' ἡδονῆς, εἰσία ποτὲ ἐν τοῖς τῶν ἐκκλησίας πλήρωμα πᾶν κατὰ τὰ ἐν τοῖς Καριάνου αἰακλέρα· ἃ, ὡς εἴρηται πρότερον ἡμῖν, τῶν ἑαυτῆς ἔνεκεν θυγατέρων ὁ Θεόφιλος ᾠκοδόμησε. ἔκ τῶν γε ὧν ὅς τις οὐ πρῶτον ἐκ τῶν Ἱερέων καὶ Ὁμολογητῶν. τούτοις ἐναρίθμιοι [138] Θεοφάνης τε ὁ τῆς Σμύρνης, καὶ ὁ αὐτῶ Θεόδωρος ἀδελφός. ὡς δὲ τὰ τῆς βρώσεως πρόκειντο, καὶ εἰς βρῶσιν τὰ παγκαρπα μετὰ τῶν πλακούντων πρόκειντο, σιωπῇ ἀτενιζούσης τῆς Βασιλίδος, καὶ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ γράμματα τῶν πατέρων καθορώσης καὶ σπουδούσης, σιωπὴν πως τούτους ὡς ἐξ ὁμολόγου ἀπαφθαλμῆσαι, ἢ τοῦτον ἐνιδεῖν ἀτενιζούσης αὐτοῖς. Φησάντων γε τῶν, Ὡς τίς δέσποινα, ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἡμᾶς σου ὀφρύσεως ἀτενοῦς; Τῶν ἐκ τῶν γραμμάτων, ἔφη, θαυμάζω καρτερίαν ὑμῶν, καὶ τὸν τὰ τοιαῦτα δράσαντος ἀπηνῆ ἐπὶ ὑμᾶς. καὶ ὁ μακαρίτης Θεοφάνης μηδὲν ὑπολαβεῖν τε, καὶ τῶν περιεσφαλισμένων διανοηθῆς, ὑπὲρ τούτου, ἔφησε, τῆς γραφῆς, ᾗ μάλα πρέπως ἐκ τῶν τοῦ Θεοῦ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ διαδικάσομαι σὺν τῷ ἀνδρί σου καὶ Βασιλεῖ. οὕτω παιλύπος ἠμοιβήν, ἀλλὰ μᾶλλον καὶ συνδακρύει, Καὶ τοῦτα, ἔφησεν ἡ Βασίλισσα, ἡ ἱστορεῖσα, καὶ αἱ δι' ἐγγράφων ὁμολογίαι ὑμῶν, ὡς μὴ μόνον συγχωρῆσαι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀγῶνας ἐκάλει καὶ κελεύει; Οὔ, φησὶν ὁ Πατριάρχης αὐθωρεὶ αἰτίας, ἢ οἱ λοιποὶ τῶν Ἱερέων, Βασίλισσα, οὔ· ἀλλ' ἐξῆς βεβαίως τὰ ἡμέτερα, τῆς ὀλιγωρείας τούτων λογιζομένης θεοῦ. οὕτω μὲν δὴ ἐσπεύσθη τοῦτα, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔθη ἀκύμαντα.

ιβ'. Καὶ ἑτέρα δὲ τις αἵρεσις οὕτω [139] τῶν Ζηλικῶν λεγομένη ἀναφυεῖσα, σὺν τῷ ἑαυτῆς ἐφεύρετῃ Ζῆλι ὀνομαζομένῳ, φέρουσι δὲ τὸν τῶν Ἀσυγχρητῶν ἐν τοῖς τιμῶ, ἐκκαπεῖσά τε καὶ πρὸς ἡσυχίαν μετενεχθεῖσα ἐν τοῖς θείοις βασιλικῆς, τῆς τοῦ μύρου μόνου μὴ χαιτῶν ἐμφωτίων τε καὶ

ἐθνημάτων κατηξιωθέντων χρείσεως τῶν ἀπποιου-
μένων αὐτῆς, & τελεωθέντων λαμπρῶς.

ιγ'. Ὁτε μὲν Ἀρχων Βουλγαρίας, Βώγωρις ἔτι
ὢν, θρασύτερον ἐξεφέρετο γυναῖκα τῆς βασι-
λείας κρατεῖν δήλωσιν. ὅθεν καὶ πρας ἀγγέλους
ἀπέστελλεν πρὸς αὐτὴν, ἃς στωμύλας λέγων
καταλύειν, καὶ ἐπὶ τῆς τῶν Ρωμαίων ἐκστρατεύειν
γῆς. Ἀλλ' αὐτὴ μηδὲν ἧττον σκυθρωπάσα ἢ ἀνανδρον,
καὶ ἐμὲ, αὐτῷ κατεμιμοῦνεν, κατ' αὐτῶν θαρήσῃς
αὐτιστρατεύουσάν, & ἐλπίζουσάν σου· εἰ
δὲ μὴ ἧττηται, καὶ ἐκνικήσῃς με & οὕτω σου πρεσ-
σόμεθα, πρὸ νίκην ἀρίδηλον ἔχουσα· γυναῖκα γὰρ,
ἀλλ' οὐκ ἄνδρα ἐξῆς ἡττῆσθαί σοι. Ἀφ' τοῦτο
μὲν δῶν & ἐφ' ἡσυχίας ἔμεινεν, μηδὲν βουλήσας
νεωτερίσασθαι, & ταῖς τῆς ἀγάπης αὖθις ἐνεόντα
σπονδαῖς.

ιδ'. Καὶ δὴ ζήτησίν τινα & πολλὴν ἔρευναν
περί τινος Μοναχοῦ, οὕτω κεκλημένου, Θεοδώρου
τὸν ἐπίκλην Κουφαρᾶ, εἴτε ἔκ τινων ἐνυπνίων
& ὄψεως, εἴτε ἄλλως πως, πρὸ πολλοῦ ἀγνοη-
σθέντος ἢ Θεοδώρα πρὸς τὸν Ἀρχοντα Βουλ-
γαρίας ἐποίᾳ, & αὐτὸν ἠξίου μᾶλλον ζητήσασ-
θαι τοῦτον αὐτῇ. ἠξίου δὲ καὶ ἔστ', ἀφορμὴν ἐκ
τούτου λαβών, περὶ οἰκείας αὐτῷ προσθῆναι ἀδελ-
φῆς· πρὸς τῶν Ρωμαίων μᾶλλον ἀγνοηθείσης πο-
τὲ, κατεχομένης δὲ νῦν ἐν τῇ τοῦ Βασιλέως αὐλῇ.
αὐτὸν δὲ δῶν πρὸς τὴν πίστιν κεκλῆς μετενεχθεῖσα,
καὶ γράμματα καὶ τὸν τῆς ἀγνοηλωσίας παιδευ-
θεῖσα χαιρόν, καὶ ἄλλως πῶς τῶν Χριστιανῶν πα-
ξιν τε καὶ περὶ θεῖον αἰδῶ τε καὶ δόξαν, ὡς
ἔστι, θαυμάζουσα μᾶλλον ἐπεὶ τῆς ἐπανόδου τῆς πρὸς τὸν ἀδελφὸν τετύχηκεν, οὐ διέ-
λιπεν ἐκθέουσά τε καὶ προσκαλοῦσα, καὶ
ἀπόρρητα καταβάλλουσα τῆς πίστεως πρὸς αὐ-
τόν. ὁ δὲ, ἅτε γὰρ πρὸ τοῦ Ἑρμηλάου Κου-
φαρᾶ μικρά τινα παιδευθείς, & τῶν μυστηρίων
κατηχηθείς· τοῦτον μὲν ἀποστέλλει, πρὸς οἰκείου
ἐλόμενος μαθεῖν ἀδελφοῦ πλεῖον ἔμελλεν, ὅσῳ
δῶν, ἀπιστίᾳ καταληφθείς, καὶ πρὸς αὐτοῦ θρη-
σκείαν ῥιφθείς. Ἀλλά τις πληγὴ προσπεσοῦσα
140. θείασις, [140] λιμὸς δὲ δῶν· οὕτω μᾶλλον τῶν
παχυτέρων καὶ γαιωδεστέρων, ὡς ἔοικεν, μετα-
παιδευομένων, & τὰ κακὰ μεταμανθανόντων,
πρὸς αὐτοῦ ἐπολιόρκει καὶ κατέτυχεν γῆν. καὶ ὃς
Θεὸν ἐκθύειν ἰσχυρὸν ἐκάλεσεν ἀπαλλαθῆναι πρὸς ἄμυ-
ναν τῶν δεινῶν, τὸν ἐκ τοῦ Θεοδώρου μὲν πολ-
λάκις, καὶ τῆς αὐτοῦ ἀδελφῆς θαυμαζόμενόν
τε καὶ σεβόμενον, ὡς εἰκός. τυχόντες δῶν τῆς
ἀπαλλαγῆς τῶν δεινῶν, οὕτω δὴ πρὸς θεοσέ-
βειαν μεταπίπτει, & τῆς τοῦ λουτροῦ παλιγγενεσίας

A ptis, eoque candoris amictu ac pompa consummationem adeptis.

XIII. Cæterum Bulgariæ Princeps Bogoris nomine, audito fœminam rerum potiri, ferocius ipse efferri. Missis itaque ad Theodoram nuntiis, minatur, *Rupto fœdere adversus eam se copias eductarum.* At illa, nihil muliebre, aut non satis virile in animum inducens, ita renuntiavit, *Me quoque vicissim adversum te offendas copias educentem, nec me victoria petituram diffido. Sin autem minime contigerit, ipseque me viceris; sic quoque ipsa superavero, penes quam manifesta victoriæ jura futura sint, cum tibi non vir, sed mulier, victa concesserit.* Hoc responso perterritus Barbarus, quietem bello prætulit, nihil ferocius moliri ausus, amicitiæque rursus fœdera renovavit. Sapienti Theodoræ responso depulsum bellum Bulgaricum.

XIV. Inter hæc Theodora omni diligentia perquirendum statuit (sic nuncupatum) Theodorum Monachum cognomento Cupharam, sive quibusdam insomniis visoque monita, sive alia ratione inducta: is vero diu ante inter captivos fuerat abductus. Mittit ergo ad Bulgariæ Principem, datisque literis rogat, ut hominem sedulo perquiri jubeat, quo libuerit pretio ex ipso redimendum. Ille vicissim occasionem nactus, missis legatis, sororem ad se remitti petit, Romanorum quondam excursionibus captam, & quæ tunc in Aula servaretur. Hæc itaque ad Christi fidem probe translato animo, doctaque literas per eas captivitatis moras, omnemque præterea Christianorum ordinem, inque Deum reverentiam ac de illo opinionem (uti par est) plurimum admirata, cum ad fratrem reversa esset, nullum unquam finem faciebat prædicandæ illi Christianæ institutionis, & obsecrandi, fideique ac pietatis in eo semina jaciendi. Ille jam pauca quædam, ab eo, quem diximus, Cupharo, didicerat, primæque institutionis rudimenta audierat. Misso itaque Monacho, commutationis jure sororem recepit. Manstit tamen, id quod erat, infidelitate scilicet laborans, suæque adhuc cultor superstitionis. Cæterum plaga quædam divinitus illata (famis scilicet: sic enim comparatum, ut qui addictiore indole, crassioreque ingenio sunt, ac terreni, erudiantur, malaque dedoceantur) illius infestans regionem, direque affligens, Deum (cujus sæpius, ut par est, Theodorus, sororque laudes prosecuti essent, ac cujus erant cultores) malorum depulsorem invocare cogit. Quo a malis liberante, Bogoris ve- Theodoræ Cupharas. Bogotis Bulgariæ Principis soror. Bogoris ad Christum conversio.

Michael, novum ei ex Bapt. nomen.

ram amplectitur fidem, ac lavacrum A regenerationis, ab Episcopo qui ab Urbe Regia missus fuerat, consecutus, ex Imperatoris nomine Michael appellatur.

καταξιοῦται, καὶ Μιχαὴλ καταονομάζεται ὑπὸ τὸ ὄνομα τοῦ Βασιλέως, [141] τοῦτ' ἔστι τοῦ τῆς 141.
ἐκείνου ἀποσταλέντος Ἀρχιερέως ἀπὸ τῆς Βασιλίδος τῆς πόλεως.

XV. Sed & aliquid ejusmodi accidisse aiunt. Nempe cum Bogoris Princeps venatione supra modum delectaretur; hæc quoque in domo quadam, in quam frequens concedebat, voluisse depingi, ut noctu perinde interdiuque iis spectaculis oculos pasceret. Hoc itaque amore captus, Monachum quendam ex nostris Romanum pictorem, Methodium nomine, accersit. Ubi autem virum coram habuit, divino quodam nutu ac pro- B videntia, *Nolo*, inquit, *depingas hominum in bello cades, aut bestiarum ferarumque jugulationes, sed quod videntibus solo aspectu terrorem injiciat, ac quod pictis coloribus in stuporem agat.* Is vero, quem non lateret, nihil perinde terribile esse, ac secundum Domini adventum, hunc illic graphice omnique artis conatu depinxit: atque hinc justos præmia laborum percepturos statuit, illinc scelerum reos male gestorum fructus decerpentes; Judice nimirum ad intentata propellente supplicia, duriusque a se repellente. Hæc Princeps, absoluta tabella, ut oculis conspexit, exque aspectu Dei in se timorem concepit; divina denique edoctus Christianorum mysteria, intempesta nocte, divini Baptismatis munus consequitur. Non latuit ea res, gentisque totius defectionem ascivit. Ille parva suorum manu, divinum Crucis signum in sinu suo circumferens, oppido rebelles fundit: nec jam occulte, sed palam omnino reliquos, ipsos quoque rei avidos, Christianos facit. Ad veram itaque fidem ac pietatem translatus, ad Augustam scribit, agros impetraturus, angustioribus scilicet quam pro suorum multitudine ditionis illius terminis; eoque majori fiducia rogat, quod jam D non duo, sed unum existant, insolubili fidei amicitiæque vinculo colligati. Subjectum se illi fore pollicetur, pacemque sempiternam, nec ulla unquam re convellendam cum ea habiturum. Placuit Theodoræ petitio, deditque Bulgaris Regionem, quæ tum deserta erat; quicquid scilicet a Ferrea soli est (loci nomen est, limes eo tempore Romanorum ac Bulgarorum ditionis) ad Debeltum usque (Bulgari Zagoram vocant.) Per hunc itaque modum omnis Bulgaria ad pietatem Christique fidem

Methodius pictor extremi judicij.

Bogoris baptizatus: gentis seditio.

Bulgari Christiani.

Agri concessi portio.

ιε'. Καί τι δὲ τοιοῦτον ὑπισυμβεβῶσθαι φασίν, ὡς ἔρωτα δεινὸν τοῦ τὴν κυνηγεσίαν τὸν Βώγωριν ἀρχῆθεν κεκτημένον, τοῦτο καὶ κατά τινα οἶκον τῶν ἑαυτοῦ, ἐν ᾧ συνεχῶς ἀφικνεῖτο, γεγράφθαι ἐξιστορῆσαι, νύκτωρ ὡς ἂν ἔχοι καὶ μεθ' ἡμέραν τὰ τοιαῦτα τῶν ὀφθαλμῶν ἐντρυφήματα. ὡς γοῦν ὁ τοιοῦτος αὐτὸν ἔρως ἐπεισῆλθεν, μεταπαλῆσαι [141] Μοναχόν τινα τῶν καθ' ἡμᾶς Ρωμαίων ζω- 142.
γράφον· Μεθόδιος ὄνομα τῷ ἀνδρί. τοῦτον οὖν ἑαυτῷ καὶ τοιοῦτον ἔκ τινος θείας προνοίας, οὐ τὰς ἐν πολέμῳ ἀνδροκτασίας, ἢ τὰς ζώων καὶ θηρίων ὑπακτείνυσαι γραφὰς σφαγάς, ἀλλὰ βούλοιτο τοῦτο μόνον ἐπιτηδεῦσαι, ὡς εἰς φόβον τοῖς ὁρῶσιν ἐκ τῆς θέας καθίστασθαι βούλοιτο, καὶ ἅμα προδιακεῖσθαι πρὸς ἔκπληξιν ἀπὸ τῆς γραφῆς. μηδὲν γοῦν ἧττον πρὸς φόβον ἕτερον ἀναγκάσαι, ἢ τῷ τοῦ Θεοῦ δέει πρόσω εἰδέναι παρουσίαν, τοιοῦτόν τι ἐκ τοῦ ἐναντίου ἐκτυπῶσαι. ἐπεὶ δὲ τοῖς δικαίοις ἀντέδωκε τὰ βραβεῖα τῶν πόνων ἀπολαμβάνοντας, ἐκεῖνον δὲ τοῖς πεπλημμεληκόσι τοῖς τῶν βεβιωμένων ἀρεπομένους καρποὺς, καὶ πρὸς τῷ ἠπειλημμένῳ κόλασιν ἀπελαυνομένους τε καὶ ἀποπεμπομένους σφοδρῶς. τοιοῦτ' οὖν, ἐπειδὴ πέρας εἶχεν ἡ γραφὴ, καπιδὼν, καὶ δι' αὐτῶν τὸν τοῦ Θεοῦ φόβον ἐν ἑαυτῷ συλλαβών, καὶ κατηχηθεὶς τὰ καθ' ἡμᾶς θεῖα μυστήρια, νυκτῶν αὖσει τοῦ θείου μεταλαχὼν βαπτίσματος· ἐφ' ᾧ καταφανὴς γενόμενος, τῷ ἐκ πάντος τοῦ ἔθνους αὐτὸν καθυφίεσθαι ἐπιμάσασιν, οὐ καὶ μετά τινων ὀλίγων καταπολεμήσας, τὸν τοῦ θείου τύπον φανερὸν [143] ἐν κόλποις 143.
παντὸς ἀγῶν αὐτοῦ, τοῖς καταλοίποις οἰκέτι κρύφα, πάντα δὲ ἀναφανδὸν ἐποίησε καὶ αὐτοῖς ὑπηγουμένως Χριστιανοῖς. ἐπεὶ γοῦν μετετέθη πρὸς θεοσέβειαν, γράφει δὴ πρὸς τὴν Δέσποιναν παρὰ γῆς, πλήθει φρονήματος τῷ ἑαυτοῦ, καὶ ἀξιοῖ πρὸς ταύτης παῤῥησιαστικώτερον, ὡς ἤδη ἓν, ἀλλ' οὐ δύο ὄντων αὐτῶν, πίστει τε καὶ φιλίᾳ συνδεδέντων τῇ ἀῤῥαγεῖ· καὶ ἑαυτὸν ὑποτάσσειν καθυπισχνεῖτο, καὶ εἰρηνεύειν ἐργάσασθαι ἀίδιόν τε καὶ ἀδιάπτωτον. ἡ δὲ δώμενας τε ἤκουσεν αὐτοῦ, καὶ δέδωκεν ἐρήμων οὐσῶν τινικαῦτα, τὴν ἀπὸ τῆς Σιδηρᾶς, ταύτης δὴ τότε ὅριον τυγχανούσης Ρωμαίων τε καὶ αὐτῶν, ἄχρι τῆς Δεβελτοῦ, ἥτις οὕτω καλεῖται Ζάγωρα παρ' αὐτοῖς. οὕτω μὲν οὖν ἅπασα ἡ Βουλγαρία τοῦ εὐσέβεσθαι μετερρυθμίσθη, Θεοῦ

τοῖς τὴν οἰκείαν μεταπαλεσαμένου γνῶσιν αὐ- A
τοῖς, καὶ οὕτως ἐκ μικρᾶς ἀπορῥῳγος τε καὶ πλησῶν·
καὶ οὕτω γῆς τῆς τῶν Ρωμαίων, ὡς ἄλλης τινὸς
ἐπαγγελίας ἀξιωθέντες, τοῖς κοινωνίαν ἄῤῥηκτον
καταπέβαλον ἑαυτοῖς.

ιϛ'. Εἶχε μὲν οὕτω τὰ κατ' τὴν δύσιν λαμ-
πρῶς τε, καὶ ἐθρύλλητο πάντοθεν· ἐφ' οἷς ἀγαλ-
λομένη ἐκείνη, ἃ οἷς ἔπραττε ὑπερβάλλειν μείζω δι'
ἐφέσεως ἔχουσα, καὶ τοῖς κατ' τὴν ἀνατολὴν Παυ-
λικιανοῖς ἐπιχειρεῖν μεταγνῶ ὡς βούλοιτο τοῖς θυ-
σίοις, ἢ ἐξαιρεῖν καὶ ἀπ' ἀνθρώπων ποιεῖν· ὃ καὶ
πολλῶν κακῶν τὴν ἡμετέραν ἐνέπλησεν. ἦ μὲν
144. γὰρ πέμψασά τινας τῶν ἐπ' ἐξουσίας, [144] ὁ τε B
Αργυροῦς καὶ ὁ τοῦ Δουκὸς, καὶ ὁ Σουδάλης, οἱ ἀπο-
σταλέντες ἐλέγοντο· τοὺς μὲν ξύλῳ αἰκίζεσθαι, τοὺς
obvios inſerit : ubi lethali accepto vulnere, cum ipſe triſti fato cadit, tum ſuos omnes, ne uno quidem cladi ſuperſtite, perdit. Ejus filium cum cohorte quadam fugam arripuiſſe ubi rumor percrebuit, Charſiani Cluſurarum Præfectus pone aſſecutus cum exercitu, manu capit, ac Petronæ Imperatori tradit. Sic ergo Petronas erectis de Amere tropæis, magna deinceps veneratione ac cultu Monachum proſequebatur, alium eum divinum Vatem vocans. Atque adeo conſcientia ſua illi depoſita, eum adducens, Urbem Auguſtam petit, ampliſſimo apud Imperatorem ac Bardam viri virtutem præconio, jure merito efferens. Cæterum Petronas non jam ultra Domeſtici perſonam ſimulacro geſſit, ſed Regio munere ipſe ea dignitate augetur. Monachus, cum ſe ad Deum emigraturum divinitus cognoviſſet, Petronam rei admonet. Ad quem ille lugens, *Vbinam vero*, inquit, *tu paſtor meus ac amator, oviculam tuam humanis excedens vis relinquere? Num in hoc ſeculo? At vereor, ne in priora prorſus delicta diffluam, mihique poſteriora nihil meliora prioribus fiant. Num vero*, inquit Monachus, *tibi animo ſedet, ut me ſequaris? Ita Pater*, inquit, *lubentiſſime ſequar.* Morbo itaque & ipſe correptus, ſtatim ac domum rediiſſet, ea narrat quæ Abbati evenerant; viciſſimque refert dixiſſe Monachum, *Ipſum quoque*, uti petierat, *brevi morientem eum ſecuturum.* Ac ſane paucis elapſis diebus, cum Monachus ad Deum evocatur, tum ſtatim Petronas velut ex condicto magnifice ſequitur. Ita nimirum, ut quamvis brevi ſic intervallo diſſiti erant, ambobus ſimul emigrantibus, alter alterius mortis nuntium audire nequiverit. Moritur vero & illo prior Manuel, morbo quodam detentus.

Petronæ pietas in Monachum Vatem: ſacra exhomologeſis.

Joannis Monachi & Petronæ mors præviſa ac comes.

XXVI. Sed & Bardas nullo fixus munere, alias ex aliis continue dignitates, profuſa Principis largitate mutabat; haud ſecus ac juvenis quidam ac ambitioſus, vario ad luxuriam cultu mutat veſtes. Mutata itaque functione, ad Cæſaris dignitatem gloriamque aſcendit; cum Michael nulla alia Reipublicæ cura teneretur, quam ut theatris ludiſque Circenſibus vacaret. Quodque adeo gravius, non ſolum illis lubens ſpectaculis intererat, tantamque operam navabat, ſed & ipſe Romani arcem Imperij tenens, equos agebat, cunctiſque ſe ridiculum ac ſpernendum

Bardas, Cæſar. Michael perditus Auriga.

ἀμελῶν· ἔνθα καιρίᾳ πληγείς, αὐτός τε παῖσμα γένεται χαλεπὸν, καὶ τῶν ἑαυτῷ ζᾳασαύζεται οὐδεὶς οὐδαμοῦ. ὡς δὲ τὸν τούτου υἱὸν μετὰ λιγος φάλαγγος ἀποδραίαν που διήκουον, καὶ τῶτον ὁ τῶ Χαρσιανῶ Κλεισυραρχης καταλαβὼν οὐκ ἀπῆλθε χρησθαί τε μὴ τῷ στρατεύματος, καὶ τῷ Σπαθαρίῳ Φέρων δίδωσι Πετρωνᾶ. οὗτος μὲν οὖν ὁ Πετρωνᾶς τὰ κῆ τῶ Αμηρ ἡσας ἔπαινα ζηλωτὴς πολλῆς εἶχεν ἔκ τοτε τὸν μοναχὸν αἰδοῖς καὶ τιμῆς, στρεφήτιν ἄλλον ἀποκαλῶν. ἐ δὲ ἐ τὰ τῆς ψυχῆς τούτῳ αἰσθεὶς, στρὸς τὴν βασιλεύουσαν εἰσελαύνῃ τῶτον ὑπεφερόμενος, στρὸς τὸν Βασιλέα καὶ τὸν Βαρδᾶν, τιμῶ τῶ ἀνδρὸς ἄξιον καλῶς ἀρετῶν. καὶ ἀλλ' ὁ μὲν Πετρωνᾶς ὁ τῶ Δομεστίκου οὐκ ἔτι στρωσωπεῖον καθυπεκρίνετο, ἀλλ' αὐτῶν ἐλάμβανεν ἐκ Βασιλέως τιμῆν· καὶ ὁ μοναχὸς τῶν στρὸς Θεὸν ἐδημίαν πρὸ αὐτῶ διδαχθεὶς, τὸν Πετρωνᾶν αἰνεδίδασκεν ὡς ζηλῶν μέλλων ἀποδημεῖν· Καὶ ποῖ με δὴ, ὁ Πετρωνᾶς, ἀπαίρων ὃ σὸν ἄρνιον ὁ ποιμήν μου ἐ ἐρημικὰ βουλῇ καταλιπεῖν, μὴ κλαυθμοῦ ἐπιπωλάνετο· ἆρα τούτῳ τῷ βίῳ; ἀλλὰ δέδοικα μὴ στρὸς τὸν στρότερον ὄλισθον αὖθις παρυφῶ, ἐ γένωνται μοι τὰ ἔμπαλιν τῶν στρότερον οὐ χρείττονα. Καὶ βουλῇ, φησὶν ὁ μοναχὸς, ἐμοὶ συνεπακολουθῆσαι; καὶ ἔστ, Ναὶ πάτερ, ἔφη, μᾶλλ' ἡδιῶς. καὶ δὴ νόσῳ ἐ ἔστ βληθείς, ἅμα τῇ οἰκαδε ὑποστροφῇ, ἐδήλου τὰ συμπίπτοντα τῶ Αββᾶ· ἐ ἀντεδηλοῦτο φάσις, ὡς μετ' ἐμοῦ γένηται μὴ μικρὸν, ὡς ἠτήσω. καὶ δὴ ὀλίγων ἡμερῶν προελθουσῶν, ὁ μοναχὸς τε μετεκαλεῖτο στρὸς τὸν Θεὸν, καὶ ἔστ αὐτῷ ὡς ἐκ συνηθείας ἐπακολούθῃ λαμπρῶς· καὶ τοσοῦτον ἐῶ κῆ τὸν αὐτὸν χρόνον ἀμφοτέρων ἡ ἐκδημία, ὡς ἄτερος ἑτέρου, καίτοιγε μικροῦ τῶ ἀφικνεῖσθαι ὄντος, μὴ ἀκοῦσαι τὸν θάνατον. τοιούτῳ μὲν δὴ τέλει τῶ βίου ὁ Πετρωνᾶς ζηλωτὸς λέγεται. ἐτελεύτα δὲ καὶ στρὸ τούτου ὁ Μαμοὺλ, νόσῳ δὴ ὑπὸ καταπηγείς. 159.

κς'. Μετέβαινε δὲ ἐ ὁ Βαρδᾶς, καὶ τῇ 160.
ἐκ Βασιλέως ἤμειβε συνεχῶς τιμᾶς, ὥσπερ νέος ζαδρός τε ἐ φιλότιμος τῇ ποικίλας τῶν στρὸς τέρψιν στολᾶς. μετέβαινε ζωῶν, ἐ στρὸς τιμὴν Καίσαρος ἀνῄει δόξαν τε ἐ τιμὴν, τῶ Μιχαὴλ οὐ στρὸς ἕτερόν τι τῶν πολιτικῶν τοσοῦτον ἐπομιλοῦντος, ἢ ἁπαξ καὶ ἵππων ἀμιλλητήρια. ἐ ὃ δὴ χαλεπὸν, οὐκ ἠγάπα μόνον ἁπλῶς τῶν, εἶχε καὶ τοσοῦτον ἐρᾶσθαι, ἀλλὰ καὶ αὐτὸς ἰσοσχεῖν ὁ τῆς τῶν Ρωμαίων Βασιλείας ἅπαντα τυγχάνων, καὶ παίγνιον πᾶσι δὴ καὶ

καπάγελως. οὕτως ὁ Βαρδας τῦ ἀδελφιδοῦ ἐπεξέπαλεν, καὶ σοὶ ζῆν ὡς ἔοικεν ἤθελησεν, εἰ μὴ τῦτον μεταπείσῃ ὁ ἀνδραπόδων· πλεῖω δὲ χρόνον διῆγε τέως αὐτὸς τὰ πολιτικὰ, καὶ τῆς Βασιλείας κατεσχάζετο, ὡς αὐτίκα δὴ καίρως ἀφειλκυσμένος· ἀλλὰ ταῦτα μὲν εἰς ὃ μέλλον ἐπαμύνειν. Ὅτε δὲ τῆς ἔξω σοφίας ἐπεμελεῖτο, καὶ γὰρ ἐκ τῶν ὑστέρων χρόνων ἀνθαρρύσασα, καὶ πρὸς ὃ μηδὲν ὅλως κεχωρηκυῖα τῇ τῶν κρατησάντων ἀλογίᾳ καὶ ἀμαθίᾳ, [161] καὶ λήθεσθαι τῶν μαθημάτων καπὶ Μαγναύρᾳ ποιήσασα, αὖθις ἀνεμάξατο καὶ δυνηθῆναι ταύτῃ ἐπανύσαξέ τε καὶ πεφιλοτίμηται. καὶ τῦτο τῶν ἔργων αὐτῷ κάλλιστόν τε καὶ ἀειδόκιμον ὄν, οὐκ ἰσχύσέ πως τὰς ἐκούσας ἄλλως κῆρας αὐτῷ ἀποκλῆσαι. ἦρχε δὲ καὶ τῆς τοιαύτης σχολῆς τῷ μὲν φιλοσοφίᾳ ἐζηλωμένος Λέων ἐκεῖνος ὁ μέγας τε καὶ Φιλόσοφος, ὃς κατὰ συγγένειαν μὲν τῦ ἀδελφοῦ τῶν Πατριάρχῃ Ἰωάννῃ ἀνεῖος, τὸν δὲ τῆς Θεσσαλονίκης κατέχων· ἐπειδὴ νεῶν ἐκ καταιρέσεως ἐσχόλαζεν, εἰς ταῦτα προσεβιβάζετο τῷ σχολίῳ, τῷ ἀμαθίᾳ πόρρω ποι ἀπελαύνων καὶ ἀποτρεπόμενος.

κζ. Ἄξιον δὲ μηδ' ὅπως εἰς γνῶσιν ἦλθεν ὁ τηλικῦτος ἀνὴρ τῶν πότε Κωπτικῶν παγγραμμάτων. Θεόφιλος δὲ ἦν ὁ τῦ Μιχαὴλ πατρὸς καὶ πατήρ. Ὃς δὴ ὧν ἐπεὶ τῷ τῶν μαθημάτων εἰς ἄκρον ὑπισχνεῖτο ἐζήσκησεν, ὅσοῦτον χωρήσας ἁπάντων, τῆς φιλοσοφίας καὶ τῶν αὐτῆς ἀδελφῶν, ἀριθμητικῆς τε φημι καὶ γεωμετρίας καὶ ἀστρονομίας· ἀλλὰ καὶ τῆς πολυθρυλλήτου μουσικῆς, καὶ εἰς ἄκρον αὐτῶν ἐλάσας, ὡς σοφίσματος ἕτερος, ἀσυνδὴ τε πολλὴ, καὶ βίᾳ ἀναφάγμοσι, καὶ μελέᾳ φύσεως, ὕστερός τινι καπαλύμματι χρώμενος καὶ καταγωγίῳ, τοὺς εἰς αὐτὸν φοιτῶντας ἐπαίδευεν, οὐκ ἀδιδάσκων ὧν τινα ὑπισχνῶν καὶ βούλοιτο. ὡς δ' ἤδη χρόνος παρεῖπασιν, καὶ τῶν μαθητῶν οὐκ ὀλίγοι κατ' αὐτὸν ὑπίσχνοντο, συνέβη τινὰ νεανίαν τῶν ἑαυτῷ φοιτητῶν τῆς γεωμετρικῆς ὑπισχνεῖσθαι ὅτι ὃ ἂν ἐκ τειληφότα, ὑπογραφέα γενέσθαι τινὸς στρατηλάτου τάξιν διέποντος, καὶ προσκοπῆς ἕνεκεν τῦ βίου ἀγαπῆσαι τοῦτῳ ἀκολουθεῖν. ὡς δὲ κατ' τὸν πόλεμον ἅμα τοῦτῳ ἐλθόντα, ὑπὸ τῶν Ἀγαρηνῶν, οὐκ οἶδ' ὅπως, ζωγρηθῆναι, καὶ τῶν ὑπηφανῶν τινι εἰς δουλείαν ἐλθεῖν ὃ νέον τῆς

A præbebat. Ita Bardas Nepotis curatorem agebat; cui nec vita (ut par est) in votis esse debuisset, nisi a servili vitæ hoc instituto illum avocaret. Interim tamen negotia publica administrabat, ac sibi ipse Imperium animo destinabat, cujus quandoque sibi ipse compos fore videretur. Cæterum hæc quidem in futurum illi reposita: Interim vero sæcularis ac profanæ sapientiæ cura susceptæ (cum jam plura lustra humaniores literæ Imperatorum barbarie ac insciti obsolevissent, ac prope extinctæ essent) Mathematicarum disciplinarum scholis ad Magnauram constitutis, magnifice rursus florere, ac velut repubescere eam fecit. Nec tamen hoc Bardæ facinus, quanquam summam præferret honestatem, gloriaque celeberrimum esset, ejus noxas reliquas eluere valuit. Præerat huic scholæ ac Doctor Philosophiæ erat, magnus ille ac Philosophus Leo, sanguinis quidem prosapia, Jannis Patriarchæ patruelis; gradu vero, Thessalonicensis quondam Episcopus. Tunc autem cessare jussus atque amotus, quod Iconomachorum hæresis cultor erat, huic negotio præpositus, opera sua ac industria insciti am procul abigebat atque fugabat.

Reparatæ Bardæ disciplinæ.

Leo Philosophus ex Episc. Iudimagister CPli.

C XXVII. Operæpretium autem videatur, ut & noverimus, qua ratione vir tantus in ejus, qui tum rerum potiebatur, in notitiam venerit. Erat is Theophilus Michaelis pater. Hic ergo, cum disciplinarum omnem scientiam perfecte excoluisset, sicque omnium disciplinarum, Philosophiæ ejusque germanarum (Arithmeticæ scilicet & Geometriæ, nec non Astronomiæ; quin & celebratissimæ Musicæ) perfectionem nactus esset, tantumque in illis omnibus unus ipse profecisset, quantum ne in una quidem quispiam alius, diligenti in eam opera, solitudinis tranquillo, ingenij dexteritate; in vili quodam tuguriolo discipulos erudiebat; &, quam quisque mallet, scientiam docebat. Cum autem longum jam tempus transisset, multique eo doctore non pœnitendos progressus fecissent, contigit, ut ejus discipulorum juvenis quidam, summam per eum nactus Geometriæ peritiam, uni Ducum A secretis, rei per eum familiaris compendium facturus, ad bellum proficiscenti, se ultro comitem daret: dumque illic versatur, nescio quo casu in Agarenorum potestatem veniret, ac quod viridi florentique inventa erat, illustrium uni ser-

D

Saraceni Geometriæ ac liberalium artium ſtudioſi.

vus dederetur, Mamum nomine. Dux porro tunc Iſmaelitarum Ameramnunes, cum Græcanicis aliis diſciplinis operam dabat, tum præcipue Geometriæ deditus erat. Accidit autem, ut ejus, de quo diximus, juvenis herus, de Ameramnunis in diſciplinis diligentia ſermonem domi haberet: cumque & Geometriæ meminiſſet, *Eum*, ait juvenis, *ejuſque lubens Magiſtros* (*quippe ipſe Geometriæ non omnino rudis*) *audirem.* Id vero ut audivit Ameramnunes, ingenti gaudio ad ſe adoleſcentem accerſit, quæritque ex illo, *Num ejuſmodi ſcientiæ cognitione aliqua præditus ſit.* Ait ille; necdum tamen Barbarus ut dictis fidem accommodet in animum inducit; neminem Geometriæ gnarum arbitratus, præter Magiſtros ſuos, qui in Aula agerent. Dicente illo, *Libenter ſe auditurum, eorumque doctrinam exploraturum*; illi ſtatim adſtantes Geometrica auſpicantur, figuraſque triangulas & quadrangulas deſcribunt, atque Euclidis canones afferunt: factumque, ac ſic ſe rem habere, ſtrenue ac erudite docent; ſic nimirum iſtud vocari, hoc illius eſſe nomen: cauſam vero & rationem adſcripti nominis, ac, cur ſe res ita habeat, nullam ullius momenti afferentes, meram ſuam inſcitiam ac ignorantiam (ſola linguæ anguſtia pro ejus verboſitate non preſſi) prodebant. Tum juvenis elato animo ventoſos ob eam figurarum deſcriptionem videns, *Cum in omni doctrina*, inquit, *ac negotio, rei cauſa ejuſque aſſignata ratio primas teneat, cur vos, res ſolummodo eſſe dicendo, quaſi nullius frugis rationes omittitis, inque eandem claſſem, cum qui doctus ſit & eruditus, ac qui earum rerum ignarus, redigitis?* Hæſitantibus illis, & ut ipſe cauſas diſtincte ederet atque doceret, rogantibus; ubi exponentem ac perſpicue dicentem audiere; *Iſtud nimirum in cauſa eſſe, cur hoc iſtud ſortitum ſit nomen, hocque illud, hancque adeo delineationem*; coque loquente eorum animus aperiebatur, ſermonemque intellexerunt; porro hominem admirari, ac cum ſtupore percontari, *Quotos Byzantium viros ejus generis ſicque eruditos aleret?* Reſpondente illo, *Longe plurimos; ac ſe ex diſcipulorum, non ex Magiſtrorum numero eſſe*; rurſus de Doctore quærunt, *Num adhuc vivat ac ſuperſtes ſit?* Reſpondet vero, *Omnino ſuperſtitem eſſe*, virique magnifice virtutem laudat, dicens, *Inopem vitam agere, ac vulgo ignotum, ſapientia clarc-*

ηλικίας δίδοται. [161] Μαμοῦν ὄνομα οὗτος καὶ 162.
λούμενος. πλουκαῦτα μὲν τὴν Ισμαηλιτῶν ἐτέλε
Αμεραμνουνῆς ἄλλοις τε μαθήμασι σχολάζων
Ελληνικοῖς, καὶ δὴ καὶ γεωμετρίας ὡς ὅτι μά
στον οὐκ ἀμελῶν. λόγου δέ ποτε καὶ ἐν τῇ νεανίας
ἔχοντος διατόπου κινηθέντος περὶ τῆς ἀσουδῆς Αμε
ραμνουνῆ, καὶ τῆς τῶν μαθημάτων ἐπιμελείας, ὡς
δὴ καὶ περὶ τῆς γεωμετρίας ἔλεγεν, ἀκούσας τού
του, εἴπερ ὁ νεανίας ἐπιθυμεῖν, καὶ τὴν αὐτὸν δι
δασκάλων, ὡς καὶ αὐτὸν ἵνα ἔχοντος ἐπιστήμων
γεωμετρικήν. ὡς οὖν ἀνέμαθεν ὁ Αμεραμνουνῆς,
μὴ παρεχαρείας εἰσκαλέσαι πολλῆς, καὶ τὸν αἰχ
μάλωτον ἐπιθυμοῦντα, Εἰ γνοῖεν τῆς ταυτὸς
κέκτηται ἐπιστήμης. καὶ ἐπὶ τῷ συγκαθέσιν
ἐποιήσαντο, ἐπὶ μὴ ἀπιστεῖν τοῖς ταῦ ἐκείνου λόγοις
ὁ Βαρβαρος κεκτημένος, οὐκ ἔλεγεν ἑτέρους εἰ)
ἀπὸ τῶν οὐρανῶν τὴν ἐκείνου διδασκάλων ἐκ
τός. ὡς δ' ὁ νεανίας ἔλεγεν ταύτων ἀφικέσθαι
ἐπιθυμεῖν, καὶ τῆς αὐτῶν διδασκαλίας, οὗς οὗτοι
παρεκάλεσαν ἀπήρχοντο ταύτης, καὶ διεγράφοντο
τὰ τετράγωνά τε καὶ τετράγωνα σχήματα, καὶ ταῖς
Εὐκλείδου κανόσι παρεσέφερον. καὶ ὃ μὲν ὅτι ἐδί
δασκον ἀκριβῶς καὶ ἐπιστημονικῶς, τοῦτο λέγοντες
ταυτὸν ἔχει τὴν κλῆσιν, καὶ ταυτὸν ὃ ἕτερον·
αἰτίαν δὲ, καὶ λόγον, καὶ διότι οὕτως τί ἐστιν, καὶ
κλῆσιν ἔχει, καπάλληλον ἀπεδίδοσαν οὐδαμῶς·
ἀμαθίαν καὶ ἄγνοιαν, ἀλλ' οὐ τενότητα γλώττης
πως ἔχοντες. ὡς οὖν ταῦτα γαυσουμένους ἑώρα,
καὶ μέγα φρονοῦντας ὅτι τῇ τῶν γραμμάτων ὁ νεα
νίας καταγραφῇ· Τί φησιν, ὦ οὗτοι, ἐπεὶ πάντος
λόγου καὶ παράγματος [163] τῆς αἰτίας ὃ κεφὰς 163.
ἐχούσης, καὶ ὃ διότι, ὑμεῖς τὴν ὕπαρξιν μόνον λέ
γοντες, ταῦς ταύτων παραλείπετε λόγους, ὡς οὐκ
ἀναλγήτους; καὶ εἰς ταυτὸν τὸν διδασκόμενον, ἄγε
τε, ἵπου καὶ τὸν μηδὲν παιδεύομενον, μηδὲ τὴν
περὶ ταύτων ἀμαυρώσκοντα; τὴν δὲ ἀμαυρω
σάντων, καὶ τὰς αἰτίας ταύτων διακρίνειν καὶ δι
δάσκειν παρακελευομένων, ἐπεὶ διερμηνεύοντα
καὶ σαφῶς λέγοντα ταῦτας δίκευον, ὡς τοῦτο μὲν
ἀφὸ τόδε καὶ τοῦτο ἀφὸ τόδε τὴν εὐρημένην
ἔχει κλῆσίν τε καὶ γραφὴν, καὶ ἅμα αὐτῶν ὁ νοῦς
διανοίγετο, καὶ τῶν λεγομένων σωνίεσαν, θαμ
βεῖ λοιπὸν συναρπάντες ἠρώτων ὁπόσους ὁ Βυ
ζάντιον τοιούτους τρέφει ἄνδρας, ἐπιστήμονας. ὡς
δὲ πολλοὺς εἶναι ἔλεγεν, καὶ ἑαυτὸν τῶν τῶν μα
θητῶν χορῶν, ἀλλ' οὐ τῶν διδασκόντων κατέ
λεγεν, περὶ τοῦ διδασκάλου τοῦτον αὖθις ἐπόμε
νον, Οὐ ζῆσιν ἔτι κείμενος καὶ ὑπογαίου πέ
φυκε γῆς; ὁ δὲ, Εἰ τε ἔφησιν ὑπὸ γῆς, καὶ τὴν αὐ
τοῦ ἀρετὴν ἐξεπίασεν, ἀκτήμονα βίον ἀσκῶν λέ
γων αὐτὸν, καὶ τοῖς πολλοῖς ἄγνωστον ὅτι σοφίᾳ ἀγα-

Leonis Philoſophi diſcipulus agnitus.

λάμποντα. γράμματα γοιῶ βίβλους ὁ Μαμῶν πρὸς
σκῆνος διαγράφῃ, τὸν δὲ τ̃ νοῶ πρεέχοντα, Ως
ἐκ τ̃ καρποῦ τ̃ δένδρον ἐπέγνωμεν, ἐκ τ̃ μα-
θητ̃ τὸν διδάσκαλον. ἐπεὶ γοιῶ ὅτος ὢν πρὸ τῶν
ὑπερήμων τ̃ ὄντων δι' ἀρετὴν καὶ γνώσεως βά-
θος, ἄγνωστος εἶ τοῖς σοῖς συμπολίταις, καὶ τ̃ σοφίας
καὶ γνώσεως οὔπω τοὺς καρποὺς ἀπείληφας, ὅπι μηδὲ
ὑμᾶς ἠξίωσας πρὸς αὐτὸν, μὴ ἀπαξιώσῃς ἐλθεῖν
πρὸς ἡμᾶς, καὶ τ̃ σ̃ς διδασκαλίας μεταδοῦναι
ἡμῖν. εἰ γὰρ οὕτω τ̃τ' ἠβούλου, τοὺς αὐχένας σοι κλι-
νῆ λαὸς ἅπας ὁ τ̃ Σαρακηνῶν· καὶ πλούτου καὶ
δωρεῶν ἀξιωθήσῃ, ὧν οὐδὲὶς πώποτε ἀνθρώπων
ἠξίωται. ὑπιδοὺς οὖν τὰ γράμματα τῷ νεανίᾳ, καὶ
δώρεις αὐτὸν φιλοφρονησάμενος, τὸν διδάσκαλον B
καταλαμβανεῖν σπέυδουσιν, καὶ ὑμᾶς βίβλους ἀπο-
γράψῃ καὶ δωρεὰς, καὶ αὖθις εἰ βούλοιτο πρὸς οἰ-
κον ἐπάνοδον, μόνον εἰ τ̃τον πείσῃε πρὸς τ̃ τῶν
Ρωμαίων καταλιπεῖν γῆν. ὡς γῆν βασιλεύου-
σαν ἔφθασε, καὶ τ̃ διδασκάλου πρὸς πρόσω-
πον ἔσηκεν, ἡ ζέυσου θέα ἀναφλέξασά τε καὶ εἰς
θερμαίνουσα, ὀλοφύρεσθαι κατηνάγκαζε, καὶ δά-
κρυσιν οὐ παρειὰς μόνον, ἀλλὰ καὶ πάλπην καὶ στέ-
να ἀβρόχοπα ἐμποιῆ. καὶ ὃ πρόσθεν ἀφασία τῶν
δρωμένων τὸν διδάσκαλον κατελάμβανεν, τίς τε
εἴη οὐκ εἰδώς, καὶ ὅπου ζῶπα ἔσεσθαι ἀβρατάτ-
τοιτο. ἥτε γὰρ ζύσου μορφὴ ἀλλοιωθεῖσα τῷ χρόνῳ, C
καὶ τῇ τῆς αἰχμαλωσίας κακουχίᾳ, ἄλλοῖον τὸν νεα-
νίσκον, ἀλλ' οὐκ ἐκεῖνον εἶ τὸν γνωριζόμενον αἰεὶ
διδάσκειν. ὡς δὲ τῶν ζύσου γνῶσιν κῆ μικρὸν ἐδί-
δου, ὅπομα καὶ μαθήματα ἐπιπτών, καὶ προσπίπ-
τα τ̃ αἰχμαλωσίας, καὶ τ̃ αἰτίαν τ̃ ἀπολυτρώσεώς τε
καὶ ἀφίξεως, καὶ ἅμα εἰς χεῖρας ἐδίδου δὴ τ̃ γραφῆς,
τότε δὴ κοινῇ τ̃ πραγῶδες πλήρεις. καὶ θρηνῳδίαν.
πλεῖστον γὰρ ἀκίνδυνον εἶ) λογισαμένους τ̃ ἐκ τ̃ ἐγγρά-
φου γραφῆς, εἴ ἥ ποτε καταφωρᾶς γένοιτο, τῷ Λο-
γοθέτῃ προσέσει. Θεόκλιστος ἦν ἐκεῖ ὁ προδιαλω-
μα τῷ Βαρδᾶ γενόμενος, καὶ διηγεῖτο πᾶ τ̃ αὐχμα-
λώτου πάθη καὶ μαθητ̃· καὶ ἅμα δίδωσιν τῷ
τ̃ Αμεραμνοίων γραφῆ. αὐτὴ ἡ αἰτία τῆς τ̃- D
δε τ̃ ἀνδρὸς πρὸς τὸν Βασιλέα γνώσεώς τε καὶ
οἰκειώσεως. ἦν ὁ μαθητὴς, καὶ τ̃τ' ὃ γράμμα,
τῷ τε τ̃ Λέοντος σοφίαν ὡς ἐπ' αἰθέρα γενέσθαι
ὡς γοῦν τέως οὐσαν ἐποίησεν, καὶ τ̃ ὑπελείας ἐκεί-
νης καὶ πενίας ἔξω προήγαγε. τὸ τε γὰρ γράμμα
ἐμφανίζῃ τῷ Θεοφίλῳ ὁ Λογοθέτης, καὶ προσκα-
λῆται τ̃τον αὐτὸς, καὶ πλουτίζῃ· καὶ ὡς τ̃ ἁγίων μ.
ναῷ διδάσκειν δημοσίᾳ προῆ τ̃ Βασιλέως ἐπέ-
γεται. καὶ πολὺν γοῦν χρόνος, καὶ ἐπεὶ διέγνω ὁ Μαμῶν
μὴ βούλεσθαι τὸν Φιλόσοφον τ̃ οἰκείας τ̃ ἀλλοτρίαν
ἀλλάξασθαι, δῆτα γραφῆς ἐκπέμπειν ἀποδείας γεω-
μετρικῆς τε καὶ ἀστρολογικῆς ζητημάτων, καὶ τίνων

re. Statim ergo Mamum ad hunc literas in hanc sententiam scribit. *Ex fructu arborem, ex discipulo Magistrum agnovimus. Ergo tu, qui tanta rerum præditus scientia ob virtutem ac scientiæ altitudinem, civibus tuis ignotus es, necdumque sapientiæ ac scientiæ fructus percepisti (quippe nullum ab eis honorem consecutus) ne dedigneris venire ad nos, tua nos doctrina impartiturus: Hoc si feceris, tibi cervicem gens omnis Saracenorum inclinans, tanta munerum ac divitiarum vi cumulabit, quanta nemini unquam hominum obtigit.* His ergo literis adolescenti traditis, eoque liberaliter donato, ad Magistrum jubet proficisci; rursusque honores ac munera pollicetur; ac si velit, etiam facultatem facturum redeundi in patriam, si modo Leoni, ut ad eos transeat, Romano relicto orbe, suaserit. Ubi itaque in Urbem Regiam venit, ac coram Magistro astitit; ejus incensus aspectu, velutque calore exæstuans, in gemitus cogitur; nec solum genas, sed & collum & renes rigat lacrymis. Ac primum quidem rerum incertus Magister hærere, cum nec quis ille esset exploratum haberet, nec sciret cujus gratia hæc agerentur. Adolescentis enim longiore mora immutata species, malisque captivitatis detrita, alium existimari præbebat, quam qui notus erat. At ubi paulatim sui notitiam fecit, nomenque ac disciplinas edidit, & captivitatem adjecit, causamque redemptionis ac cur venerit, simulque literas in manus dedit; tunc sane communi ambo luctu planctuque soluti sunt. Cum tamen Leo haud sibi tutum intelligeret, si quando ab hoste clanculum literas accepisse deprehenderetur, ad Logothetam accedit (Theoctistus is erat, cui Bardas necem conscivit) ac captivi verba omnia & discipuli exponit, simulque Ameramnunis literas tradit. Sicque virum Imperatori innotescere contigit, inque illius necessariorum numerum cooptari. Hic discipulus ac epistola, quæ hactenus in angulo delituerat, Leonis sapientiam in apertum produxit, adjectaque illa eum per egestatem vitæ sorte exemit. Logotheta namque Theophilo literas ostendit: quem ille accersitum ditat, publiceque Doctorem in sanctorum Quadraginta Martyrum sacra Æde præficit. Ubi non multis exactis diebus, intelligens Mamum, haud ex animo Leoni esse, ut natali solo relicto se ad eum conferret, Geometricas quasdam ac Astronomicas, alia-

Leo præmiis invitatus.

Saracenorum Principis ad eum productæ literæ.

Ditatus Leo Philosophus, & disciplinarem magister constitutus.

rumque scientiarum difficiles quæstiones, solertia mentis solvendas ac exponendas mittit. Leo ubi rite singulas interpretatus esset, ac uniuscujusque solutionem edidisset, quædam etiam admirationis causa, futura prædicendi signa adjecit. Tunc Ameramnunes acceptis in manus literis, majorem in modum viri desiderio animo affici, altumque vocem tollere, ejus Philosophiæ ac disciplinarum defixus admiratione. Mox ergo, non ad Leonem, sed ad ipsum Imperatorem literas scribit, hunc fere continentes sensum. *Statueram, quod est amici discipulique officium, ipse ad te venire: sed cum creditum mihi a Deo Imperium, tantaque hac subjecta plebis multitudo id non permittant; rogo, ut quem Virum Philosophia aliisque disciplinis longe celebrem habes, ad breve tempus mittas, ac mecum versari jubeas, ut me sua ille doctrina ac virtute, quarum tanto amore flagro, impertiat. Neque ob religionis gentisque diversitatem præstare rem differas: sed magis quod talis est qui rogat, finem facile vota habebunt inter probos ac mites amicos. Pro hoc autem munere auri centenaria* viginti reddemus, pacemque ac fœdus perenne componemus.* Tantis ille redimendam viri præsentiam putavit, & quod is illi utendum præberet. At Theophilus dato responso, nec consentaneum ratus bonum proprium aliis tradere, rerumque scientiam Gentibus prodere, cujus causa Romanum genus ubique gentium admirationem habet, honorique ducitur; ejus minime votis annuit: Leonem vero majori porro in honore lubens, Joanni Patriarchalem tum Sedem administranti jubet, ut eum Thessallonicensem Metropolitam ordinet, virum scilicet sapientia ornatum, & qui sanguinis necessitudine ipsum contingeret.

Expetitus a Saracenorum Principe.

* Centum.

Leo Philosophus Thessalonicensis Episcopus.

XXVIII. Ubi Sacerdotio initiatus Leo Thessalonicam venit, omnium in se civium animos, ipsum pro virtute venerantium ac colentium, convertit. Accidit vero etiam aliquid, quod eam ejus venerationem ac cultum magnificentius auxit. Eo tempore tanta fuit terræ sterilitas, omniumque frugum penuria, ut & mors jam immineret. Visa autem Leo civium tanta miseria, miserantis animi affectu saucius, hortatur mœstitiam ponere, nec calamitatibus immori, si modo divinam opem consequi velint, atque ejus quoque auxilio juvari. Ad certum itaque tempus, quo ex Astrologia didicerat, ab stellarum quarun-

Depulsa sterilitas observatione Astrologica Leonis.

A ἑτέρων δυσδιαγνώστων κεφαλαίων, καὶ τὴν λύσιν τούτων κομίσασθαι ἀξιοῖ. ὡς δ' οὖν ἔκαστον παρασκόντως ἡρμήνευσεν ὁ Λέων, & τὰς τούτων λύσεις ἐξέθετο, παρασυφήρμοσέ τε τούτοις καὶ πινα παραγνώσεως ἐκπλήξεως ἕνεκα. τότε δὴ μεγάλως ὅπως χεῖρας λαβόντα αὐτὰ τὸν Ἀμεραμμουνῆ τρωθῶσαι δὴ τὸν τούτου πόθῳ, & μέγα ἀναβοᾶν, τὸν ἀύδρα τῆς Φιλοσοφίας καὶ τῶν μαθημάτων ὑπεραγάλλεσθαι. ὅθεν βύβλους οὐ παρὰ ἑκόντος, παρὰ δὲ τὸν Θεόφιλον ὅπατον λιπὼ πέμπει, τὸν νοῦν τῶτον ἐμπαιδεύσοντα. Ὡς ἐβουλόμην μὴν αὐτὸς ἀφικέσθαι σοι, ἔργον φίλου τε καὶ μαθητοῦ ἐκπληρῶν. ἐπεὶ δὲ ἡ τε παρασκευασμένη μοι ἀρχὴ ἐκ Θεοῦ, καὶ ὁ πολὺς ὑπὸ τὴν χεῖρά μου τελῶν καὶ ἐξουσίαν λαὸς τῶτο οὐ συγχωρῶ, ἀξιῶ τὸν ὃν ἔχῃς ὅπατον φιλοσοφίᾳ, καὶ ταῖς ἄλλαις ὅπατικήμαις παιδεύοντα ἄνδρα, βραχύ πινα χρόνον ἐπαποστεῖλαι, καὶ συγγένεσθαι μοι τῶτον πεῖσαι, ἵνπω διδασκαλίας τῆς αὐτοῦ ὅπατικήμης μεταδιδόντα καὶ ἀρετῆς, τῷ οὕτω ἔχοντι ἐμοὶ παρὰς ἐκείνας ἐρωτικῶς. πάντως δὲ ἐκ ἀναβολή τις γενήσεται ὅτι τε τῶν ἐκ ὁμογλώττων ἐγὼ, καὶ ὅτι τῆς πίστεως ἀλλότριος· ἀλλ' ὅτι μᾶλλον ζηλωτὸς ὁ ἀξιῶν, ταχὺς ἡ αἴτησις ληφθεῖται παρὰ φίλοις ὑπισχνεῖσθαί τε & χρηστοῖς. χάρις δὲ σοι καταB κληθήσεται ὑπὲρ τούτου, χρυσίου [164] λυ * εἴκοσι 164.
κεντηναρία, εἰρήνη δὲ & σπονδαὶ ἀίδιοί τε & ἀτελεῖς τετυχήκασι. τοσαῦτα μὲν ἐκάνος τὴν αὐτοῦ ἐξωνήσατο πρᾶσιν & ἄφιξιν. ἀλλ' ὁ Θεόφιλος ἀπαποκρίνας, & ἄλογον ὃ οἰκεῖον δοιῶναι ἑτέροις καλὸν, & τὴν ὄντων γνῶσιν ἔκδοτον ποιῆσαι τοῖς ἔθνεσι, δι' ἧς ὁ τῶν Ρωμαίων λαὸς θαυμάζεται τε & τιμᾶται παρὰ πᾶσιν, ἐκείνῳ μὲν οὐκ ἐπένευσε· τῶτον δὲ ἀφ' ἡμῶν πλείονος ἀξιῶν, τὸν Ἰωάννου τοῦ Πατριάρχου τότε θρόνου ἀπαιτούμενον, τῇ τὴν Θεσσαλονικέων μητρόπολιν, & ὡς πλήρη σοφίας ὄντα, & ὡς οἰκείου λόγου τούτῳ τῇ συγγένειαν, χρείαν ἐκελεύεται.

** ἑκατόν.*

C κη'. Ὡς ἐπὶ μὲν τῷ Χερσῶνος καὶ τῷ Θεσσαλονίκην ἐλθεῖν, εἶχε μὲν ἀπορίας τὸν αὐτοῦ βιαζομένους τε & τιμῶντας ἀρετῶ· εἶχε δὲ μᾶλλον τιμῶντας τῶτον λαμπρότερον ἐκ τίνος αἰτίας, ἐῶ ὁ λόγος δηλοῖ. πρὸ γὰρ τῆς καρπῶν γονὰς σπερά πως τοσοῦτον ὀργὴ ἡ γὴ & ἄτεκνος κατ' ἐκάνο χρόνου, [165] ὡς καὶ θάνατον 165.
κατεπείγεσθαι. οἷς ἰδὼν, τῆς συμπαθείας οἰκτῳ βληθείς, μήτ' ἀθυμεῖν πρὸς μήτε μὲν συμφοραῖς ἐπαπόλλυσθαι, εἶτε δὲ βούλοιντο τῆς τοῦ Θεοῦ ὑπακοῆς, καὶ αὐτοῦ τυγχάνειν. πρός πινα χρόνον χρηστὸν, ὃν ἐκ τῆς ἀστρολογικῆς ἐδιδάσκετο, ἀστέρων τινῶν ὑπὸ

πλαῖς τε καὶ φάσπον ἀπόῤῥοιάν τινα καὶ συμπάθειαν τοῖς θεοφιλέσιοις παρασκίνεσθαι, τὰ σπέρματα τῇ γῇ καταβάλλειν, καὶ ὑπὸ κόλπους ταύτης ἐδίδου, ὧν ἑαυτῷ ἡμέσθαι σπανίζειν βύθοφείαν τε καὶ εὐκαρπίαν, ἐπεὶ ὃ ἔαρ ἀπέτελλεν, καὶ ὁ τῆς θέρους ἐφεστήκει καιρὸς, ὡς πολλοῖς ἐπῆρκέσαι χρόνοις αὐτοῖς καὶ εἰς ὃ ἔξης. πάντως οὕτω τοῦ Θεοῦ τὸν ἄμητον πολύχρων ἐπεγκαλυμμένου, ταῖς τῶν ἀναγκαζομένων λιτῶν εἰσιόντος καὶ ἱκετηρίας, ἀλλ' οὐ τῇ ἐκείνου παρὰ τὰ θειότατα μεταποιήσαι. τόν γε χρόνον τῷ ὑπερπλέον τῶν Θεσσαλονικέων κύδιστα παρὰ τὸν ἄνδρα στοργῶ, καὶ ὃ φίλτρον αὐτῶν διήγαρεν, ὡς εἰκός.

A dam exortu conſpectuque benigniores quaſdam e cœlo influentias in hæc inferiora demitti, ſementem facere jubet, inque terræ ſinum jacere: quo facto tanta fertilitas frugumque ubertas appetente vere meſſiſque tempore contigit, ut in multos deinceps annos collecta annona ſuffecerit. Ita plane Deo uberem illam meſſem conferente, cum ſe facilem miſerorum ſupplicationibus ac votis præbuiſſet, non quaſi inanis illa Aſtrologi obſervatio, tantæ illius benignitatis cauſa extiterit. Ea tamen res, Theſſalonicenſium erga Leonem amoris vim ac flammam, uti par eſt, majorem B in modum excitavit auxitque.

In his non inanis obſervatio Aſtrologiæ.

κθ. Θαυμαζόντων δὲ πολλῶν παρὰ τῆς αὐτοῦ σοφίας, καὶ ὅπως εἰς ἄκρον ἔφθασε πασῶν τῶν ἐπιστημῶν, λέγεται πρός τινα τῶν ἑαυτῷ συνήθων φάναι· Ὡς τὰ μὲν γραμματικὴν καὶ ποιητικὴν καὶ τὰ ΚΠ. ἀμφιτείβων κατώρθωσα· ῥητορικὴν δὲ καὶ φιλοσοφίαν καὶ ἀριθμῶν ἀνα-
166. λήψεις[166] καὶ τὰ νῆσον Ἀνδρον ἠμόλυμος· ἐκεῖσε γὰρ ἅτε σοφῷ ἀνδρὶ ἐντυχών, καὶ τὰς ἀρχὰς μόνον καὶ τινας λόγους παρ' αὐτοῦ λαβών, ἐπεὶ μὴ ὅσον ἐβούλετο εὗρισκεν, τῇ χέρσῳ ταύτης πρεσβυτῶν, καὶ μοναστήρια καταλαμβάνων, καὶ τὰς ἀποκεκρυμμένας βίβλους ἀνερευνῶν τε καὶ περιζόμενος, καὶ πρὸς τὰς κορυφὰς τῶν ὀρέων ἀσυνδαστότερον ταύταις ἐμμελετῶν, πρὸς ὃ τῆς γνώσεως οὕτως ὕψος ἀνεβιβάζετο· ὅτε δὴ καὶ κόρον ἔχων τῶν μαθημάτων, πρὸς τὴν βασιλεύουσαν αὖθις ἐπανέστρεψεν, τὰ σπέρματα τῶν ἐπιστημῶν ταῖς τῶν βουλομένων ἀφροσίαις καταβαλλόμενος. Ἀλλὰ ταῦτα μὲν πρότερον· καὶ νεῶν δὲ ἐπὶ μικρὸν πρὸς χρόνους· ὕστερος δὲ ὁ τῆς τοῦ θείου αἰπλήψεως χρόνος· ὃν τῆς καθαιρέσεως αὖθις ἐφόλαξεν, τῆς κατὰ τὴν Μαγναύραν μὲν ἔτι ἦρχε φιλοσόφου σχολῆς· ὁ δὲ δὴ τούτου φοιτητὴς
167. Θεόδωρος[167] τοῦ τῆς γεωμετρίας διδασκαλείου προῆστο, καὶ Θεοδήσιος τοῦ τῆς ἀστρονομίας, καὶ Κομητᾶς τῆς τὰς φωνὰς ἐξελληνιζούσης γραμματικῆς· οἷς ὁ Βαρδᾶς καὶ δαψιλῶς ἐπῆρχεν, καὶ ἐκ φιλομαθίας πολλάκις ἐπεφοίτων, καὶ τῶν διδασκομένων τὰς φύσεις ὑπῤῥώννυε, ἐντὸς τοῦ καθήκοντος χρόνου ὥσπερ πτερὰ τοῖς λόγοις δίδους, πτερόφυτον ἐποίει καὶ προβαίνειν εἰς τὸ ὑπερτερεῖν.

C Leoni unde parta eruditio.

Inſtaurata CPli literarum ſtudia a Barda.

D XXIX. Porro, pleriſque ejus ſapientiam mirantibus, ac qua ille ratione ad omnium ſcientiarum apicem evaſerit rogantibus, dixiſſe ferunt ad quendam ſibi familiarem: *Grammaticam quidem ac Poeſin Conſtantinopoli merantem ſe didiciſſe: Rhetoricam vero & Philoſophiam, nec non Arithmeticam, in Antro Inſula verſantem. Illic enim cum docto quodam viro conſuetudinem habuiſſe, ab eoque principiis duntaxat, ac præceptis quibuſdam rationibuſque imbutum, nec quantam deſideraverat nactus eruditionis vim, vicinam continentem pervagando, Monaſteriaque adeundo, atque in illis extantes libros ſcrutando, ſibique comparando, atque in montium jugis acri diligentia evolvendo & in eis meditando, ad tantæ doctrinæ faſtigium evaſiſſe. Tumque abunde diſciplinis expletum, in Vrbem Regiam rurſus veniſſe, eorumque animis, qui ipſius uti opera vellent, ſcientiarum ſemina inſperſiſſe.* Verum hæc prius: modo autem, poſt tres annos (tot enim fluxerant ab arrepto Sacerdotio) iterum ceſſare juſſus, ac gradu motus, Philoſohiæ ſcholam ad Magnauram regendam ſuſceperat: Theodorus vero ejus diſcipulus, Geometriæ ludo præſidebat: Theodegius Aſtronomiæ; Cometas, linguæ Græcæ Grammaticæ. Iis Bardas, dum large ſumptus ſuppeditat, ac quo ſcientiarum deſiderio accenſus videbatur, ſæpe ipſe quoque ſcholas frequentans, diſcipulorumque animos confirmans, intra juſti temporis moras, velut alas doctrinis addidit, eiſque plumeſcendi (ut ſic dicam) ac profectus maximi, compendium fecit.

Bardas juris ſtudioſus.

168. λ'. Καὶ[168] τοῖς τοῦ ἱπποδρόμου δὲ συνεχῶς ὁ Βαρδᾶς ἑαυτὸν ἐδίδου κριτηρίοις, καὶ ἐρασὴς νομίζεσθαι ταύτης τῆς γνώμης φιλοπρωτεύων, ἔτυχε δ' αὐ παρὰ πολλοῖς, τοῦ χρόνου τὰ γεγενότα καλύψαντος· ἀλλὰ πάλιν τὰ XXX. Idem Bardas in judiciis in Circo agitari ſolitis aſſiduus erat, animique juris æquique tenacis laudem ambiens, vulgo utique adeptus eſſet, tempore abſcurante ea quæ illi jam iniqua patrata erant: quia tamen ite-

rum res Ecclesiæ miscuit ac turbavit, rixæque ei & malorum ac exitij auctor extitit, pro tranquillitate, qua fruebatur, hinc merito non gloriam, sed probrum labemque reportavit. Etenim Methodio, ubi annos solummodo quatuor Sedem Constantinopolitanam rexerat, ex humanis sublato, Ignatium Monachum, ac Monasterij Satyri tum Præpositum, Nicephori Imperatoris ex filia nepotem, ac Michaelis filium (virum scilicet omni pietatis atque virtutis laude clarum) qui rerum potiebantur ad Patriarchalem Sedem provehunt, eique orbis gubernacula concredunt. Hic itaque post annos aliquot, dum Bardam Cæsarem, quod nulla legitima causa aut crimine repudiata uxore, cum nuru sua commiscebatur, neglecti canonum juris non indiligens vindex ac ultor, Ecclesia arcet; quamque illi pœnam indixerat, ejiciendo ab Ecclesia, eandem ab eo vicissim sustinuit. Atque ut famem sitimque præteream, humique distento corpore verbera, ac sævissimas membris omnibus plagas taceam, ubi unum hoc tantummodo dixero, occœptam Historiæ seriem repetam.

Ignatius Methodij successor.

A Barda incesto, solio ejectus.

XXXI. Traditur a Barda Ignatius carceri, idque immani funestissimoque. Fuit ille in sanctorum Apostolorum delubro; non in magna ac venerabili Apostolorum Æde, sed ubi & dicuntur *Sepulchra*, & extant. Ibi in quodam sepulchro includentes, quod Copronymi fuerat; geluque ac frigore (pistillo, quod proverbio dicitur, nudiorem) conficiendum in ejus superioribus statuentes, in ea incommoda morbosque, qui eam aeris intemperiem sequi solent, ipsum conjecerunt; dysenteriam scilicet, intestinorumque, gelu frigorisque exuperantia, per ventrem dejectionem, indeque acerbam mortem: ac plane ex custodum immanitate & sævitia, ea extinctus esset (erant illi Joannes Gorgonites & Nicolaus Scutelotes & Theodorus Morus) nisi quis miseratione tactus (Constantinus scilicet Armeniacus) illis tum per cibi sumendi occasionem absentibus, eum inde demisisset, modicoque vino ac pane, necnon tantillo quodam fomento nonnihil dolorem mitigasset. Ubi autem Bardas sat eum pœnarum dedisse existimavit, in Insulam Mitylenem exilio relegat. Quia vero nonnulli Episcopi adversabantur, jusque in eo profligatum ac procul valere jussum objectabant; quicquid denique contingeret, nullum alium se recepturos

Ignatij durus carcer & tractatio: dysenteria.

A τῆς ἐκκλησίας κυκήσας τε καὶ ἀναπαρξάς, καὶ
αὐτὴ γαλήνης φιλονεικίας αὐτῇ κακώσεων καὶ
ὀλεθρίων αἴτιος γεγονώς, εἰκότως οὐ τιὼ
χρείττω δόξαν, ἀλλὰ τιὼ ἐναντίαν ἰωείσκατο.
Ἀφ' ἧ γὰρ τὸν βίον Μεθοδίου μετηλλαχότος, τέσ-
σαρας μόνους χρόνους τὸν τῆς ΚΓ. θρόνον κε-
κτημένος, Ἰγνάτιον μοναχὸν ὄντα, ἐκ τῆς μονῆς
ἠγουμένον τῆ Σατύρου, τὸν Νικηφόρου μὲν τῆ
Βασιλέως ἔκγονον, υἱὸν δὲ Μιχαὴλ, τὸν ἐπ' εὐ-
λαβείᾳ καὶ ἀρετῇ πάσῃ μαρτυρηθέντα πρὸς
τὸν τῆς Πατριαρχίας θρόνον ἀναβιβάζοισι, καὶ
τῆς οἰκουμένης τοὺς οἴακας ἐμπιστεύουσιν. οὗτος
δὴ μετά τινας χρόνους τὸν Βάρδαν ὅτι τῇ τῆ
οἰκείου γυναικὸς ἀλόγως καὶ αἰσχίστως ἀποβολῇ,
B τῆς αὐτῆ δὲ νύμφης παρεμπλοκῇ τῆς ἐκκλησίας
ἀπείργων, ἐπεὶ μὴ τῶν θείων κανόνων ἠμέ-
λει· τιὼ ἑῶ ἐκείνῳ ἐδίδου ποινὴν τῆς ἐκ-
κλησίας ἀποπεμπόμενος, τοιαύτην ἐπαναστά-
σεσαν πρὸς αὐτῆ. καὶ ἵνα τὸν λιμὸν καὶ τιὼ
δίψαν πρῶτα, καὶ ὅτι γῆς τῆ αἰσχρὸς
ἐκπάσης τε καὶ ῥαβδισμοὺς, καὶ ἐκ καθ' ὅλου
τὸ σῶμα ὠμοτάτας πληγὰς, ἐν τούτῳ μόνον
ἐγὼ εἰπών, ὅτι τὰ συνεχῆ βασανισμὰ τῆς ἱστο-
ρίας.

λα'. Παραδίδου τὸν Ἰγνάτιον ὁ Βάρδας
φρουρᾷ, καὶ φρουρᾷ ἀπηνεῖ τε καὶ χαλεπῇ· ἣ
C δὲ ἑῶ ἐν τῷ τῆ ἱεροῦ Ἀποστόλων τεμένει, οὐκ
ἐν τῷ δὴ μεγάλῳ τε καὶ σεμνῷ· ἀλλ' ἔστιν οἱ
Τάφοι καὶ λέγονται καὶ εἰσίν. ἐκεῖσε δὲ ἐναπο-
κλείσαντες ἔν τινι τούτων τάφῳ τῆ Κοπρωνύ-
μου, ἐν κρυμῷ καὶ παγετῷ γυμνότερον
ὕδατος τῆς προοιμίας, ἐν μετεώρῳ ὑπακα-
θίσαντες, τὰ τῆ κρυμοῦ καὶ χιόνος πάσχειν
ὠξειδίζοντο. τὰ δὲ ἑῶ, ἡ δυσεντερεία τε καὶ τῶν
ἐντὸς ἀναλωμάτων ἐκ τῆς τῆ ψύχους ὑπερβολῆς
εἶχε γαστρὸς ἀπόῤῥοια, καὶ θάνατος ἐκ τούτου πι-
κρός. ἀπειρίᾳ δ' ἂν ἐκ τῆς τῶν φρουρούντων
δεινότητος καὶ ὠμότητος· ἦσαν δὲ οὗτοι, ὅ, τε
Γοργονίτης Ἰωάννης, καὶ ὁ Σκουτελότης Νι-
κόλαος, καὶ Θεόδωρος ὁ Μωρός· εἰ μή
τις οἴκτῳ βαλλόμενος, Κωνσταντῖνος ἑῶ ὁ
D Ἀρμενιακὸς, τῇ τούτων ἀπουσίᾳ ἐν τῷ μέλλειν
σιτίζεσθαι, ἐκεῖθεν τε τὸν ἄνθρωπον κατεβίβα-
ζεν, καὶ οἴνῳ βραχεῖ, ἔτι δὲ καὶ ἄρτῳ καὶ μικρᾷ
τινὶ παραθάλψει τὸ λυπούμενον ἐπ' ὀλίγον πρε-
μυλλύσατο. ὡς δὲ τὸ τῆς ὑμωείας ἀρκοῦντως
ἐδόκει αὐτῷ, τότε δὴ ὑπερόριον μὲν τὸν ἄν-
δρα τῶν καὶ τιὼ νῆσον Μιτυλήνην ποιεῖ.
ἐπεὶ δὲ καὶ τινες τῶν ἐπισκόπων ἀντέλεγον, καὶ
τὸ δίκην πάρρω που δὴ οὖσθαι καὶ ἀποφοιτήσασθαι
ἐπικαλούμενοι· καὶ οὐκ εἴ τι ἧττον ἄλλον δίκαιος
ἡπείλουν,

ἠπείλησεν, ἀλλὰ τῆς ἐκκλησίας σωναπορρήγνυσθαι· τὸν ἐκ τούτου πάφλασον δὴ κατευλαβηθεὶς, ἔγνω καὶ τούτους ἀπάτῃ παρελθεῖν καὶ ἀλωπεκῇ. ἰδίᾳ γοῦν, καὶ κρυφῇ τούτων ἕκαστον μετακαλεύμενος, οὐ μικρόν τι καὶ θαρσαλέον ὑπισχνεῖτό τε καὶ ἐδίδου, εἰ μόνον ἀποσταίη τοῦ Ἰγνατίου, ἀλλὰ τὸν θρόνον αὐτὸν ΚΠ. ὡς δ' ἐνεδίδοσθαν ἅπαντες, καὶ τῆς μὲν δόξης ἡττῶντο, τοῦ δὲ καλοῦ ἕνεκεν καὶ νομίμου ἀντέλεγον ἔθελε, τότε δὴ τότε ὑπανεπῆγε, ὡς ὁ μὲν Βασιλεὺς αὐτοῖς ἃς ὑπεσχέσεις μὴ ἐκπληρώσειεν· αὐτοὶ δὲ τὸ ἄγαμαι θεραπεύοντές τε καὶ σιμοὶ, ἅμα τῷ πρὸς αὐτὸν κλησθῆναι μὴ πρὸς τὰ δίδυμα κατεμβύσητε, ἵνα καὶ αὐτὸς, φησὶ, τῆς ὑμῶν εὖ ὑπεραγάμενος ἀρετῆς. οὕτως δὴ ἕκαστον οὐχ ὁμοῦ, ἀλλ' ἰδίᾳ ἢ καθ' μόνας πρὸς τὸν Μιχαὴλ προσκαλεύμενος, μὴ αὐτοσχεδὸν ὑπεπηδᾶν τῇ ἀμῇ ἀείπειθεν. καὶ οὕτοι μὲν ἐκ μόνου προσρήματος ἀξιούμενοί τε καὶ ἀπρονούμενοι, ἔλαθον ἑαυτοὺς παραδηλήσαντες. τῆς γὰρ ἀρετῆς ὀξύπικρον, τῷ τῆς δόξης νικώμενοι ἔρωτι· καὶ τοῦτο αὖθις ἡμάρτανον, ὅτι μὴ καλῶς, ἀλλ' ὑποβούλως τὸν Ἰγνάτιον προεδίδοσαν.

λβ'. Οὕτως οὖν ἐπεὶ καὶ οὗτοι ἀνθρωποι ὄντες ἐφάνησαν, καὶ οὕτω δὴ ἠπατήθησαν, Φωτίῳ ὅτι σοφίᾳ μὲν ὄντι γνωσίμῳ αὐδρὶ, κοσμικῆς δὲ πάξεως ἀντιποιουμένῳ, καὶ τιμῇ τῆς Πρωτασηκρήτης διαφαγμένῳ θυμῷ, τὸν θρόνον ἐδίδου τῆς ΚΠ. ἵνα δὴ καὶ τὰ αὐτῶν κεφαλαιότερα ἀποφήναιντο, Τοποτηρητὰς μὲν ἐκ Ῥώμης ἐπ' ἄλλαις προφάσεσι, κατὰ γὰρ τῶν Εἰκονομάχων ζηλώσαντας μεταπεμψάμενοι, κατὰ δὲ Ἰγνατίου μὴ τοῦ καθ' ἡμᾶς γεγενέναι παρασκευάσαντες καὶ συνεδριάσαντες, καὶ ἐν τῷ τῶν θείων Ἀποστόλων τεμένει διδημοσιευμένῃ καθαιρέσει τοῦτον καθυποβαλόντες, ἐπεὶ τῆς ἐξορίας μετεκαλέσαντο, πυξμῷ τὰ πρόσωπα καὶ χεῖρας ὀδόντας συνδιαφθείραντες, πᾶσαν σκυθρωπάζειαν κατὰ τῶν Ἱερέων * κακῶς, [καὶ δύστηνος τῶν ὄντων ὅτι γῆς μηδέπω φαῇ.] ἀλλ' ὅσα μὲν καὶ ἄλλα κατὰ πάντων Ἱερέων ἐσκαρνίσαντο, φυλακῆς τε καὶ ὑποροίας καὶ ποιναῖς ὠμοτάταις ὁσημέραι προσδιδοὺς, ἵνα τῷ Φωτίῳ συγκοινωνήσωσι, βίβλοι τε πολλαὶ, καὶ ὁ πᾶς οὐκ ὀπιλίποι χρόνος ἐκτραγῳδῶν.

λγ'. Ἐντεῦθεν γοῦν τὰ μὲν τῶν Ῥωμαίων ἡ τῶν Ῥὼς σκάφος ὑπεδέξατο· ἔθνος δὲ ὅτι Σκυθικὸν ἀνήκεστον

A minabantur, quinimmo ab Ecclesia pariter scissum iri, hinc rerum turbationem veritus Bardas, hos quoque dolo ac vulpina adoriendos putavit. Singulos itaque seorsum ac clanculum ad se accersens, non exiguum aliquid, aut quod merito spernendum videretur, tum pollicebatur, tum dabat, modo solum ab Ignatio discederent; sed vel ipsam Sedem Constantinopolitanam. Cunctis vero cedentibus, gloriæque ambitu superatis, nec ut juris æquique causa refragarentur ullam rationem habentibus, tunc nimirum singulos admonuit, impleturum quidem Imperatorem quæ erat pollicitus; illis tamen servandum quod ex decori honestique ratione existat; nec statim cum accersierit, acquiescendum ut oblata accipiant; *Quo & ipse Imperator, vestræ*, inquit, *virtutis supra modum admirator existat*. Sic itaque singulis non simul, sed seorsum vocatis, auctor est, ne confestim in dignitatem involent. Atque hi quidem ex sola salutatione rogati, ac abnuentes, ipsi seipsos imprudentes traducebant. Gloriæ enim amore superati, virtutis fecere jacturam; nec gloriam sunt assecuti, quod non rite exque honesti ratione, sed insidiose Ignatij causam prodiderant.

Deceptí a Barda Episcopi, ut Ignatij ejectioni consentiant.

XXXII. Sic itaque his quoque humanum quid se passos ostendentibus, inque eum modum deceptis, Photio viro sapientiæ laude claro, sæculari militia ac dignitate Secretariorum Principi, Constantinopolitanam Sedem tribuit. Atque ut gestis majus quid ad robur adjicerent, Romani Antistitis Vicarios, alia occasione Roma missos (adversus scilicet hæresim Iconomachorum) accersentes, adversusque Ignatium quæsita opportunitate coactoque Concilio adducentes, in divinorum Apostolorum sacra Æde publicata sententia, Ignatium depositionis pœnæ subjiciunt; eique ab exilio revocato, pugnis vultum contundunt, confractosque dentes excutiunt; atræ noctis procellam adversus Sacerdotes miscentes, cui similis nulla unquam in terra extiterit. Quæ vero quantaque alia Bardas adversus Sacerdotum omnem cœtum temere ausus sit, quos quotidie carceris maceratione exiliisque ac pœnis sævissimis, ut communione Photio jungerentur, addiceret, & libri complures, & omnis posteritas tragice deflere unquam desinet.

Photius Patriarcha.

Vicarij Rom. Pontificis Photio adstipulantes ejecto Ignatio.

Sacerdotum Ignatio studentium persecutio.

XXXIII. Exinde factum ut Rossi (Scythica illa gens immitis ac fe-

Rossorum grassatio.

* Fort. κακῶς; clausa vitiosa, aut mutila.

ra Romanos agros vastaret; ipsumque Pontum (haud sane etiam Euxinum) igni desolarent, ac quasi indagine, Regiam ipsam Urbem (Michaele in expeditione adversus Ismaelitas occupato) cingerent. Verum hi quidem abunde Dei ira exsaturati, Photio, qui ad Ecclesiæ gubernacula sedebat, Deum exorante, Urbique propitium reddente, domum rediere; nec multo post, Legatis in Urbem missis, divinum efflagitantes Baptismum, etiam impetravere.

Rossi ad fidem adducti.

XXXIV. Partim itaque hæc Rossorum vastabat incursio; partim Cretensium advecta classis, ad viginti lintres (cymbaria vocant) galeas septem ac onerarias quasdam, adducens, deprædabatur infestabatque; modo quidem Cycladas insulas, modo maritimam omnem regionem ad Prœconnesum usque pervagans: partim denique continui terræ-motus labefactabant, & solo tenus diruebant. Horum unus, quo die Domini ac Salvatoris nostri in cœlos recepti solennis memoria agitur, Exacionij tertiam partem solo prostravit, eam scilicet quæ ad Austrum spectat, elegantique cultu extructa Templa habet, ac magnificas Ædes: alter statuas evertit, tum scilicet Victoriam, quæ ad Auream Urbis portam collocata erat, tum quæ in Deutero (velut *Secundum* dicas) ad sanctam Annam, suis firmiter basibus fixæ stabant. Hanc Leo Mathematicus collapsam videns, illius palam casum designare dixit, qui ab Imperatore potentia proximus esset. Longioris operæ esset arefacta flumina ac fontes referre, aliaque tum in Isauria, tum in singulis quibusque provinciis visa portenta: quæ omnia Imperator in secundis habens, Equestribus certaminibus ad sancti Mamantis in Steno Templum, totus incumbebat.

Arabum Cretensium grassatio.

Terræ-motus.

Bardæ prædicta extinctio.

XXXV. Quandoque autem (prius vero narrabo consuetudinem quandam, qua Saracenorum adversus Romanos eruptio, accensa facula, momento temporis indicabatur ac detegebatur.) Castellum quoddam ac præsidium Tarsi Ciliciæ vicinum (Lulum nomine) extructum est. In eo præsidiarij, dum Saracenos incursionem expedire sentiunt, laterna significant his qui in Argeo colle excubias agunt; iterumque qui in Argeo, his qui in Isamo: hique vicissim, his qui in Ægilo: Ægilum rursus, his qui in colle Mamantis degunt: sequitur Cyrisus; huncque rursus Mo-

Ignes artificiosi a Michaele sublati.

μερὸν τε καὶ ἄγριον· τόν τε Πόντον αὐτὸν, [169] οὐ μὴν καὶ τὸν Εὔξεινον, κατεμπίμπρα· καὶ αὐτῇ τῇ πόλει παρεστοίχιζεν, τὴν καῦπα τῆς Μιχαὴλ κατὰ Ἰσμαηλιτῶν στρατεύοντος. πλὴν ἀλλ' ἐκφυγοὶ μὲν τότε θείας ἐμφορηθέντες ὀργῆς, Φωτίου τὸ Θεῖον ἐξιλεωσαμένου, τῆς τῆς ἐκκλησίας τοῖς οἴακας ἔχοντος, οἴκαδε ἐκπεπόρθηντο· καὶ μετ' οὐ πολὺ πάλιν τὴν βασιλεύουσαν πρεσβεία αὐτῶν κατελάμβανεν, τῆς θείου βαπτίσματος σὺν μετοχῇ γενέσθαι αὐτοῖς λιτανεύουσα, ὃ δὴ καὶ γέγονεν.

169.

λη'. Τὰ μὲν δὴ ὧν ἡ τούτων ἐκάκου ἐπιδρομή· τὰ δὲ ὁ τῆς Κρήτης τόλμας ἀναμίμνησκε, [170] ὡς κυμβαρίων ἄγει εἴκοσι, ἑπτὰ γαλέας καὶ λίνας σαπύρας μὲν ἑαυτῷ ἐπαγόμενος, ἐλπίζων τε καὶ καταδουλαγωγήσειν, νῦν μὲν τὰς Κυκλάδας νήσους περιοστῶν, νῦν δὲ ἄγει Γερικοννήσου τοῦ παντὸς ἅπασαν. τὰ δὲ οἱ συνεχῆς τῆς σεισμοῦ ἐλυμαίνοντό τε, καὶ πρὸς τ' οὔδαφος ἔβαλλον· νῦν μὲν καθ' ὧν ἡ τοῦ Κυρίου καὶ Σωτῆρος ἡμῶν Ἀνάληψις ἑορτάζεται, ὁ πρὸς νότον τείνων τοῦ [171] Ἐξακιονίου πρὸς γλῶν ἐδαφίζοντες, ναοί τε εὐπρεπεῖς καὶ οἴκοις λαμπροί· νῦν δὲ φύλας, τοῦ τε κατὰ Χρυσῆν πύλιν τῆς πόλεως Νίκην ἐγκαθιδρυμένην, ἅς τε ὑπὲρ τῶν Δευτέρου καλεῖ τὸν ἅγιον Ἄνναν [172] τερπνῶς ἱσταμένας ἐκπαγίσαντες· ὧν ὁ μαθηματικὸς Λέων καταπεπωκέναι ἰδὼν, τοῦ τοῦ δευτέρου ἐκ Βασιλέως φθόνον ἔλεγεν ἐπαπειλῆσαι καθαρῶς. μακρὸν εἶπεν λέγειν πολλῶν ἀφανῆναι καὶ πηγῶν, καὶ ἄλλ' ἄττα παθήματα κατά τε Ἰσαυρίαν, καὶ καθ' ἑκάστην χώραν ὑπολαμβανόμενα· ἃ πάντα ὁ Βασιλεὺς ὑπὲρ δευτέρου ἦγεν, ὅλος ἐγίνετο τοῖς ἱππικοῖς ἀγῶσιν ἐν τῷ [173] ὑπὲρ Εὐξείνου ἀναγραφομένου ναοῦ τοῦ ἁγίου Μάμαντος.

170.

171.

172.

173.

λθ'. Καί ποτε δὲ, ἀλλὰ σημήνασά τινα δηλώσομεν πρότερον, ἢ τοῦ τῶν Σαρακηνῶν καθ' ἡμῶν ἐκφαυλίσαι πυρσοῦ ὑπὲρ ἀκρας ἐδήλου καὶ προκειμένου τοῦ Βασιλ. ἔρυμά τι καὶ φρούριον τῇ κατὰ Κιλικίαν Ταρσῷ πλησιάζον ὑπονοῶ, οὕτω καλούμενον, [174] Λοῦλόν ἐστιν. οἱ τεταγμένοι ὧν τῶν φρουρῶν, ἅμα τοῦ τοῦ ἐκείνων ἰδεῖν ἐκφρομοῦ, δηλοῦσιν τοῖς * ἐπὶ τὸν Ἀργαῖον βοιωόν· καὶ οἱ αὖθις, τοῖς ἐπὶ † Ἰσάμου· καὶ οἱ, τοῖς ἐπὶ Αἴγιλον· καὶ τοῦτο, τοῖς ἐπὶ τὸν Μάμαντα πάλιν βοιωόν· εἶτα τοῦτον [175] ὁ Κύρειζος δηλοδεχόμενος· καὶ αὖθις τοῦτον ὁ Μώ-

174.

* Cedr. ὁ Ἀργάν. Zon. Ἀργάν.

175.

χιλος. ἐκ δύπου δὲ ὁ τῦ ἁγίου Αὐξεντίου βουνὸς ἦν ἐν τῷ μεγάλῳ παλατίῳ ἔνθα ὁ Ηλιακὸν τῦ Φάρου, ὅπου δύπου Διαιταρίοις ἀφωρισμένοις ἐν βραχεῖ ἐποίει δῆλον. πότε γοῦν τῷ Μιχαὴλ ἔνδον τὸν εἰρημένον τῦ μάρτυρος Μάμαντος ναὸν ἱππάσασθαι μέλλοντος, καὶ ὃ σύνθημα τῆς ἱπποδρομίας δεδωκότος, ἐπεὶ κατὰ τὴν ἑσπέραν ὁ ἐκ τῦ Φάρου φανὸς ἅμα τῷ Παππίου ἐδήλου τὴν τῶν ἐθνῶν ἐκδρομήν, εἰς δεῦρο ἦλθεν ἀγῶνα καὶ φόβον ὁ Βασιλεύς, δείσας τὴν μὴ προφθάσαν τὴν ἰσχύαν αὐτῦ τοῦτ' ἐκ τῶν ἀπατῶν τῆς ἡδυπαθείας ἔνεκεν ἀγγελίας, εἰς ὅσον ἄλλος τις ἦλθεν κινδύνων ὑπὲρ τῆς ψυχῆς, καὶ τῦ μὴ πλησάσαι δύποις μᾶλλον ἀγωνιζόμενος. οὕτως ἐκεῖνος ἐθαρσείζετό τε, καὶ ὀκνηρὸς ἦν· ὅθεν ἵνα μήτε τις τῶν αὐτῦ ἀγώνων ἀπολιμπάνοιτο, μήτ' ἄλλό τι τῶν ἐκεῖθεν αἰσθητῶν παραπίπτον χαλαρωτέρους ποιήσῃ τοὺς θεατάς, μηκέτι τοὺς πλησιάζοντας φάνους ἐγείρειν παρεσκεύαζεν· ἀλλὰ σιγῇ βαθείᾳ καὶ λήθῃ τὰ τοιαῦτα παρακαλυφθῆναι μᾶλλον.

λς'. Ἄλλοτε δὲ πάλιν, ἵνα σαφέστερα γένηται ἡ τῦ ἀνδρὸς ἀναγωγία καὶ δύποια, αὐτὸ ἐφ' ἅρματος ἱσταμένου, καὶ τῆς βαλβίδος μέλλοντος ἐκπηδᾶν· ἐπάτει δὲ Βένετος, καὶ Πράσινος ὁ Λογοθέτης Κωνσταντῖνος, ὁ Γατσιλικίου Θωμᾶ καὶ γαμβρὸς Λογοθέτου τῦ Δρόμου πατὴρ, Λεύκης δὲ, ὁ Χείλας· καὶ Ρούσιος, ὁ Κρασᾶς· ἐκ ἴσου δὲ σοὶ τῷ Πρωτασηκρῆτις ἐμελάζειν, ὥσπερ σοὶ τῷ Πρωτονοταρίῳ τῦ Δρόμου· ἀλλ' ὁ μὲν ἦν [176] Κομβιναγράφος τῶν Βενέτων, ὁ δὲ τῶν Πρασίνων. αὐτῶν δύο ἐφ' ἅρματος ἱσταμένων μὴ καὶ τῆς ἡνιοχικῆς στολῆς· καὶ ἐπαγγελίας φθασάσης ὅτι δεινῶς ὁ Αμερ καταπτέχει τε καὶ καταδύει ὁ Θρακήσιον, καὶ τοῖς Μαλαγίνοις πλησιάζει, καὶ προσδοκῶνται ὅσον οὐδέπω δεινά· ἐφ' ὅτι τοῦτο συγκάσαντος μὲν τῦ Πρωτονοταρίου, ἀπαγγείλαντος δὲ μὴ κατηφείας τὴν ἐκ τῦ Δομεστίκου τῶν σχολῶν ἀπόκρισιν· καὶ ἅμα ὅτι χεῖρας τὰ γράμματα φέροντός τε ἐκ δεκτύοντος, Τίνι, φησὶν, ὦ οὗτος, τόλμη χρησάμενος, τοιαῦτα κατ' ἐμοῦ τοῦ αἰσχίονος τῦτον ἀγῶνα μοι ἀφαιρεῖσθαι ἐπιχειρεῖς, τῦτο μόνον ἀπομαζόμενον, εἰ μὴ τὸν μέσον θώμυκον ἰδίᾳ ἐκπεπταμένον; ὑπῆρ οὗ μοι πᾶς ὁ ἀγών.

λζ'. Καὶ οὐχὶ μόνῳ τούτῳ τῷ πόθῳ, ἤ, εἰ βούλοι γε, πάθει ἡλίσκετο, ἑτέρων δὲ ἀφροντιστέρων ἐκτὸς ἦν· ἀλλὰ καὶ μέτριον ἦθος ἀμέτρως καταδιώκων, ἐξέπιπτε τῦ

A cilus; ex eo Auxentij collis, Diætariis, qui in magno Palatio ad Phari Solare constituti erant, nulla mora periculi index erat. Quandoque igitur, cum ad illud, quod diximus, Mamantis Martyris Templum, Michael agendis equis se accingeret, jamque Equestris certaminis signum datum esset, quoniam ad vesperam Phari laterna, Papia accendente, hostes ingruere indicaverat, in tantas angustias metumque abreptus est (nempe veritus ne sua illa aurigatio, auditione ea perculsos spectatores non satis attentos haberet) in quantas vix alius B in vitæ ipso periculo constitutus, quique diligentem potius operam iisdem hostibus propulsandis adhiberet. Sic nimirum ille spectaculis indulgebat, nec eum ejus rei pudebat. Idcirco, ne quem illius certaminibus deesse contingeret, neve aliud quid tristis nuntij, ea ignium indicatione, languidiores spectatores redderet, e vicinis Urbi speculis ignes accendi deinceps vetuit, altoque silentio, ac longa oblivione talia aboleri præcepit.

XXXVI. Rursus alias (quo viri dissolutus animus ac vecordia clarius innotesceat) cum in curru staret, jam- Michaelis fatuitas, ludorumque perditus amor.
que equi carceribus emittendi essent C (incedebat ipse Veneto habitu; Prasino, Logotheta Constantinus, Thomæ pater Dromi Logothetæ; Albo, Cheilas; Ruseo, Crasas: at neque Protoasecretis, neque Protonotario Dromi, a Circi rebus vacabat; sed alter factionis Venetæ Combinationum, alter Prasinæ Scriba erat.) His itaque in curru, solenni Equestribus ludis stola stantibus, allatoque nuntio, *Amerem graviter Thracensium regionem populari ac diripere, jamque ad Malagina prope accedere, ea mala imminere:* eaque re mœsto animo dejectoque vultu, Protonotario Domestici Scholarum responsum nuntiante, acceptasque ab eo literas in manibus habente ac ostendente, *Qua*, inquit, *heus tu, audacia, me tam necessario certamine occupatum, istis de rebus interpellas; cum in hoc unum incumbam, ut eum qui medium tenet in lævam partem avertam? de quo mihi totum hoc certamen est.*

XXXVII. Neque vero hoc duntaxat desiderio, aut (si mavis) libidine perditoque amore laborans, ab aliis turpioribus immunis vitiis erat: sed præterea dum modestiam citra modum sectatur, a decoro quam ma- Inepta modestiæ affectatio.

xime excidit, eaque gravitate quæ Imperatorem condeceat. Obviam quandoque mulierculam habuit, cujus e sacro fonte filium susceperat, e balneo redeuntem, ac quæ manibus situlam gestaret. Tum equo desiliens, alios Senatorij ordinis viros, qui ipsum comitabantur, haud procul in Palatium abire jubet: ipse cum impuris libidinosisque, quos sibi asciverat, ex vulgi fæce hominibus, mulierculam secutus, ablataque ei e manibus situla, *Bono animo sis*, inquit, *ô mulier, meque tua domo accipe, furfuracei panis recentisque casei* (ἀσδεστοτύρου, præstat enim ipsam ejus vocem ponere) *appetentiorem*. Cum autem mulier inaudita spectaculi novitate stuperet, omnique egestate premeretur, ac neque saltem mensam haberet, aut lintea quibus illi sterneret: Michael dicto citius, asperiorem pannum ex balnei usu detergendis siccandisque corporibus, madentem adhuc inde a muliercula allatum accipiens, mappæ loco linteique subtilioris, pro mensæ usu, sternit; ereptaque mulieri clave, unus omnia fit; Imperatorisque & mensam instruentis, coquique & convivæ munus obit. Productisque quæ pauperculæ mulieris penus erant, cum ea epulabatur ac concœnabat, Christum meum ac Deum bello eo facinore referens atque imitans. Peracto convivio, lento pede in Palatium redit, magnæ stoliditatis & arrogantiæ fastusque damnans superiores Imperatores; cujus illi nugas si audivissent, utique dicturi essent; *At non temere deliciis diffluentem atque ludentem, hæc te oportuit facere, fastumque nostrum damnare, sed cum prior belli labores desudares, parcoque victu militum amans, cum eis lubens, non cum copis, malisque ac impuris mulierculis concœnares.* Hæc itaque omnia exosum reddebant Michaelem, Deique in illum justissimam iram provocabant.

Michaelis summa impietas.

XXXVIII. Quodque his gravius, quod secum habebat sodalitium (Satyri quidam ji erant, ganeones in omnem turpitudinem parati: dixisses, Bacchi thiasotas) his ille honorem habens eosque colens, divinorum contemptu, Sacerdotales auro contextas vestes ac Pontificum humeralia eis adhibebat, ad hæcque turpiter ac impure, quæ pura sunt, eos peragere cogebat. Ejus chori principem, sic nuncupatum Grylum, Patriarcham vocabat: reliquos undecim, præcipuarum illustriumque Sedium Metropolitas; quibus nisi ipse

Mimica Sacrorum repræsentatio.

A τρέποιτος, ⁊ τῆς βασιλικῆς τιμῆς τὰ μάλιστα. καί ποτε γυναίῳ, ἧς τὸν παῖδα ἁγιασάμενος ἰὼν, ⁊ τὴν ὁδὸν στωτυχών, ἐκ βαλανείου μὲν ἐρχομένη, τὴν ἑαυτῆς δὲ κάλπιν ἐπὶ χεῖρας ἔχουσα· ἐκ τῶν ἵππων ἀπορίφεὶς, ⁊εἰς μὲν ἄλλους ὅσοι ἐκ τῆς συγκλήτου τούτῳ ἑπηκολούθουν ⁊ τὰ ἐκεῖσε ἔνετα αἰακλῶντα ἐξαπέστελλεν, ἀκόλαστα δὲ ἅμα καὶ μυστικὰ ἀυδραδεῖα ἐπαιεισάμενος, ἀπῆλθε μετ' τῆς γυναικός, τὴν κάλπιν τῆς ἐκείνης χερσὶν αἰαλαβών· καί, Ἄγε δή, ὦ γύναι, θαρρήσασα ἐπέλεξον, ἐμέ ⁊ τὸ οἴκημά σου ἀπόδεξαι, ψωμοῦ πιτυρώδους

B ἕνεσιν ἔχοντα, [177] καὶ ἀσδεστοτύρου· δεῖ γὰρ 177.
τὴν ἐκείνου λέξιν εἰπεῖν. ἐπεὶ δὲ τῷ ξένῳ τῆς θαλάμης ἡ γυνὴ ἰὼν ἐντὸς, καὶ πάντων ἠπορῆ, μήτε μὴν τράπεζαν, μήτε τὰ τούτης σολίζοντα ἔχουσα· ὁ Μιχαὴλ θᾶττον ἢ λόγος εἶχε γραφεὶς, ὃ ὁ ἔφερε σάβανον ἐκ τοῦ βαλανείου ἔτι ἀφθόρως ὂν λαβών, αὐτὶ λεπτῆς ὀθόνης, ἢ τῇ τραπέζῃ ὑπέκειτο, χρησάμενος, καὶ τὴν κλίνην τῆς γυναικὸς ἀφελών, αὐτὸς ἰὼν τὰ πάντα, βασιλεὺς, τραπεζοποιὸς, μαγείρος, δαιτυμὼν ἐκβαλὼν δὲ τὰ ἃ εἶχεν τῆς πενιχρᾶς ἐκείνης ἡ κιβωτὸς, ἐστίαν τούτῃ ⁊ συνεδείπνει, τὴν μίμησιν ποιούμενος τοῦ ἐμὸν αἰαφέρων Χριστὸν ⁊ Θεόν· κἀκεῖθεν βάδην αὖθις ἀπῆλθε πρὸς τὰ ἀνάκτορα, πολλῆς ὑβρεως ⁊ ἀλαζονείας ⁊ τύφου καταγινώσκων τῶν πρὸ τοῦ βασιλέων, οὓς ἐκεῖνοι λήρου εἰ ἤκουσθη, Ἀλλ' ὁσίως ἄλλως τυφλὰ ⁊ παίζοντα, ταῦτα ἔφησθη ἐχρῆν σε ποιεῖν, ⁊ τὸν ἡμέτερον τύφον καταγινώσκειν, ἀλλὰ πρεσβεύοντα, ⁊ τῶν αἰακλῶν ἀπτόμενον, ⁊ τοῖς γραπτώταις συνδεῖπνον ὄντα καὶ ἐραστὴν, ἀλλ' οὐ γυναίων κεκτημένον καὶ μαζητρῶν. ταῦτ' οὖν ἅπαντα μισητὸν τε ἐποίει τὸν Μιχαὴλ, καὶ τὴν τοῦ Θεοῦ ὀκνηρὰ δικαιοκρισίαν ὀργήν.

D λη'. Καὶ ὃ δὴ χαλεπώτερον, ἦν τῶν ὧν εἶχε μὲν ἑαυτῷ φατρία, Σατυροί τινες οὗτοι, καὶ πρὸς πᾶσαν αἰσχρουργίαν ἀκόλαστοι, εἶπερ ἄν τις αὐτοὺς θιασώτας εἰ) Διονύσου καλοῖ· οὓς ἐκεῖνος ὀφθαλμῶν ἄγοντα καὶ αἰδοῦς, τῶν θείων καταλιγωρῶν, ἱερατικὰς στολὰς χρυσοϋφάντους τε ἐπενήνοθε καὶ ὠμοφόρια· καὶ ἄλλως ἰωάλκαζεν ἀσημάντως τε καὶ ἀνάγνως τελῶν τὰ ἁγιά· καὶ Πατριάρχην τὸν ἔξαρχον τούτων ἐκάλει, οὕτω Γρύλλον καλούμενον· τοὺς δὲ λοιποὺς, ἕνδεκα Μητροπολίτας τῶν ἐξαιρέτων θεσμῶν τε καὶ λαμπρῶν, οἷς εἰ μὴ καὶ

αὐτὸς ἐκοινώνῃ, οὐδὲ βασιλεύειν ἠξίου. ὅθεν
178. [178] ὁ Κωλωνείας ἦρξε ἐλέγκτο τε καὶ ὀνομάζεται Πρόεδρος. ἐπεὶ δὲ καὶ ᾄδειν ἐχρῆν αὐτούς, καὶ τελεῖν τὰ μυστήρια, ταῖς μὲν ᾠδαῖς ἐξεπλήττοντο ᾗ κιθάρας· νεῦον μὲν πρέμνα πως οὕτω καὶ λιγυρῶς ἐπιτρωῶντες, τὰ μυστικὰ μιμούμενοι· νεῦον δὲ αὐτῷ Φοιβαρυσίῳ,
A puero noceat; moxque mater (charæ ſcilicet prolis nimium amans) ad puerum accurrit: videnſque Aquilam paſſis alis umbram puero miniſtrantem, ac nec ejus quicquam adventu territam, ſed in eam gratioſe oculos velut intendentem, ne ſic quidem in promptu ſanioris aliquid animi cogitare potuit; ſed in eam lapidem jecit: quæ ſtatim avolavit, &, ut videbatur, ſeceſſit. Rurſuſque ea ad virum meſſoreſque reverſa, Aquila priorem in modum puero aſſidens, umbram faciebat. Similique rurſus ratione videntium ſublatus clamor; matris ad filium curſus concitus, ictu lapidis ſubmota Aquila, mater ad meſſores reverſa. Cum vero divina providentia evidentius vellet oſtendere, non caſu aliquo aut fortuna, ſed divinæ rem præſcientiæ eſſe quod gerebatur, tertio hæc eadem contigerunt. Aquila ſurſum puero imminens, videntium clamor, mater ad Aquilam; Aquila per vim ægreque tandem abſcedens. Sic Deus ſemper magnarum procul rerum ſigna quædam, certaque futurorum indicia, quaſi fundamento præjacit. Quin & in ſequentem ætatem hoc ipſum in eo non raro contigit, ſæpiuſque inter dormiendum viſus eſt ab Aquila obtegi. Sed horum tunc fere nulla ratio habebatur. Antequam enim, quibus ille fulciebatur, virtutes pateſcerent, etſi magna erant quæ prælucebant, negligebantur tamen, & in occulto manebant, cum nemo in mentem inducere poſſet, quomodo in tenui domo ac plebeia res evaderent. Cæterum, cum in his quoque diutius immorari, haud procul forte ab aſſentationis indole abeſſe videatur, ut ne forſitan magnarum rerum honeſtarumque penuria, in his ſtylum trahere ac hiſtoriam exiſtimemur, quæ ejus generis ſunt, pueriliſque ætatis omnia, omittemus, atque ad ea quæ ſequentia ſunt, ſedulo ſermonem provehemus; ea ſcilicet ratione, ut laudum vim inſatiabilem, ceu quamvis rem aliam in laudis parte minime habendam, rejiciamus.

VI. Puer itaque apud patrem educabatur, eumque agendorum præceptorem, dicendorum interpretem, atque ad omnia quæ virtutis ſunt ac laudem habent, magiſtrum nactus ac eruditorem, non Chirone gemino velut Achilles opus habuit, non Lycurgo Legiſlatore, non Solone; non externa ac peregrina diſciplina mo-

Baſilii educatio, primæque ætatis mores.

rumque inſtitutione ; ſed uno illo inſtitutore, honeſti palæſtra præclariſſime exercens ac colens, erga Deum, ſanctos pioſque mores, erga parentes, verecundos animoque obſequendi pronos ; erga ſenes, cedendi modeſtia faciles ; erga æquales ac tribules, nullo doli fuco benevolos ; erga potentes ac magiſtratus, ſubditos ; erga denique pauperes, miſericordia impenſos, virtutum omnium compendio luculenter effulſit ; a puero pudicus ac ſobrius, virilique animo, æqualitatis ac prudentiæ amator cultorque eximius, in nulloque adverſus humiliores, ſpiritus tollens aut ſuperbiens ; quibus rebus omnium ſibi conciliabat animos, cunctiſque deſiderio atque amori habebatur.

VII. Jam vero emenſa illi pueritia, ad adoleſcentiæ annos provecta ætate, propeque matura ut ad validiora ſtudia tranſiret, pater in vivis eſſe deſinens, ad futuri ævi ſtatum tranſlatus eſt. Hinc luctus, planctuſque, ac mœror (ut par eſt) domum irrumpere ; matri, viduitas ; huic optimo, orbitas, ac, quæ inde triſtitia ; ærumnarum moles deſolatæ familiæ, obturbare. Solicitudinum examen, rei familiaris procurandæ cauſa. Omnis ſtatim ad eum domus devoluta cura ; uni illi, matris ; uni germanorum incumbit diligentia. Quia vero, quæ ab Agricultura peti ſolent, ſubſidia, ipſa exigua viliaque eſſe videbantur, ad Reginam Urbium proficiſci deliberabat, atque inde ſibi ſuiſque ex honeſti ratione compendia parare, patrocinium que clientibus magnifice utile ac curam exhibere. Noverat enim in magnis Urbibus, ac potiſſimum Regiis, induſtrias indoles inclareſcere, eoſque qui dote aliqua vulgo præcellant, ſplendidiori fortuna enitere ; in ignobilioribus vero ac ingloriis, velut in ruſticanis paganiſque commerciis, obſcurari ac corrumpi virtutes ; ipſaſque a ſe, quod non oſtentandi copia ſit, nec vero admirationi laudique habeantur, exoleſcere ac marceſſere. Quamobrem e ſuis illi rationibus videbatur, ut ſe ad Urbem Auguſtam conferret : retrahebat tamen ac detinebat matris amor, & quod ejus levare moleſtias vel maxime cuperet ; quodque adeo illa alendæ ſpes ſenectutis objiceret, vicinamque opem ac obſequium, in his quæ officij eſſent, depoſceret.

VIII. Quoniam tamen neceſſe erat ut victoriæ partes divino conſilio cederent, paulatimque quaſi via, ad quod

Baſilii pater moritur.

In magnis urbibus ac negotiis probanda ingenia ac virtus.

* Barb. φύσιον.

ἐρημίου & ξενικῆς ἀγωγῆς· ἀλλ' ὑπὸ τῷ φύσαντι μόνῳ τὰ τῶν καλῶν ἐξασκούμενος κάλλιστα, πρός τε τὸ Θεῖον ὁσιότητα & εὐσέβειαν, καὶ πρὸς τοὺς τεκόντας αἰδῶ καὶ εὐπείθειαν· πρὸς γέροντας ὕπτιξιν, καὶ πρὸς ἥλικας καὶ φυλέτας ἄδολον εὔνοιαν· πρὸς δυνάστας ὑποπαγίδων, & πρὸς πένητας ἔλεον, ἐν πάσαις τοῖς ἀρεταῖς ὑπερδήλως ἐξελάμπετο, σώφρων ἐκ νέου & αἰδήμων ἀναφαινόμενος, τῇ τε ἰσότητι μετὰ φρονήσεως ἀγαπῶν καὶ συμφερόντως ὁμιλῶν, & ἐν μηδενὶ τῶν ταπεινοτέρων καταπαιόμενος· ἐξ ὧν εὔνοια πρὸς πάντων αὐτῷ, & ὃ πᾶσιν ἦν) πρόσφιλῆ & ἐράσμιον.

ζ'. Ἤδη δὲ αὐτῷ τῇ παιδικῇ προσλαλάξαντος ἡλικίᾳ, & πρὸς τὴν μειρακίων ἐλάσσονος, & τοῖς ἀνδρικωτέροις χαρὰν ἔχοντος προσβαίνειν ὑπιτηδεύμασιν, ἐξέλιπε τὸν βίον ὁ Φύσας πατήρ, καὶ πρὸς τῇ ἐκφορᾷ ἀπῆρε κατάσιν. πένθος δὲ καὶ θρῆνος τῇ τῷ οἰκίᾳ, ὡς εἰκὸς, ἐπεκώμαζε· χηρεία πρὸς τῇ μητέρᾳ, καὶ ὀρφανία πρὸς τοῦτον τὸν κρείττονα, καὶ αἱ συνεδοῦσαι αἰτίαι & θλίψεις ἐφύοντο· ἐπέρρει δὲ καὶ φροντίδων ἐσμὸς, τῆς κατὰ τὸν βίον διοικήσεως ἕνεκα. ἔῤῥεπε γὰρ πρὸς τοῦτον οὗτος πᾶσα ἡ περὶ τὸν οἶκον ὑπιμέλεια, καὶ ἡ προμήθεια τῆς μητρὸς καὶ τῶν ἀδελφῶν. ἐπεὶ δὲ ἡ ἀπὸ γεωργίας ὑπουργία μικρά τε καὶ ἀθυμίας ἐδόκει αὐτῷ, ἐβουλεύετο πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἐπιλήξειν, & τὰ τῆς οἰκείας ἀρετῆς ὑπιδείξασθαι, κἀντεῦθεν ἑαυτῷ τε καὶ τοῖς αὐτοῦ προσαρεῖσθαι τὰ δέοντα, καὶ μεγαλωφελῆ τῇ πρόσοδον ὑπιδείξασθαι & προμήθειαν. ἤδη γὰρ ἐν ταῖς μεγάλαις, καὶ μάλιστα ταῖς βασιλευομέναις τῶν πόλεων, τὰς δεξιὰς φύσεις εὐδοκιμεῖν, & τοὺς τῶν ἄλλων κατά τι προέχοντας, ὑπὸ λαμπροτέρας τύχης γινεύεσθαι· ἐν δὲ ταῖς ἀδοξοτέραις τῶν πόλεων καὶ ταπειναῖς, ὥσπερ ἐν ταῖς κωμητικαῖς ἀναστροφαῖς, ἀμαυροῦσθαι καὶ * φθίνειν τὰς ἀρετὰς, καὶ αὐτὰς ὀφ' ἑαυτῶν ἐκ τοῦ μὴ ὑπιδείκνυσθαι μηδὲ θαυμάζεσθαι, πρὸς ὃ ἐξίτηλον χωρεῖν καὶ μυδαίνειν. Διὰ ταῦτα μὴν ἡ πρὸς τὴν βασιλεύουσαν ἔξοδος ἐδόκει αὐτῷ λυσιτελὴς καὶ συμφέρουσα· αἰδεῖλκε δὲ & κατεῖχεν ὁ τῆς μητρὸς πόθος, καὶ ὃ ἧλιξ ὑπικουφίζειν ταύτης τὰ δυσχερῆ· αὐτῆς ἐκείνης μάλιστα τὰς γηροβόσφους ἐλπίδας προβαλλομένης, καὶ τὴν ἐξ ἡμῶν ἀπαυτύσης ὑπικουρίαν καὶ συναυρησόμενον ἐν τοῖς καθήκουσιν.

η'. Ἐπεὶ δὲ κυριωτέραν ἔδει θείαν ἡμέραν βαλεῖν, καὶ τοῦτον πρὸς ὃν ἀφώρισο χρὸν μικρὸν ὁδῷ βαδί-

ζοιτα αἰεληλῆν, ὀνείρατων ὄψις πείθοιτι τὴν A
μητέρα ὑποεισδυῆναι αὐτὸ, καὶ ὑποφῦσαι τῆς
πρὸς τὴν πόλιν ὁρμῆς· μᾶλλον δὲ αὐτὴν ἐπεί-
νην προτρέπεσθαι αὐτὸν ἐς προστέλασθαι τὴν
βασιλεύουσαν πόλιν καταλαβεῖν, καὶ ὑποδείξα-
σθαι τὸν τῆς ψυχῆς λῆμμάνα, καὶ τὰ τῦ ἡμιαίου
φυτηρήματος προστερήματα. ἔδοξε γὰρ ποτε ὄναρ
ἡ μήτηρ ὁρᾶν, Μέγιστον ἐξ αὐτῆς ἀναβλαστῆσαι
φυτὸν, ὡς ἡ Κύρου μήτηρ ἑώρα τὴν ἄμπελον,
ἐπὶ τῶν ὑπὲρ τῆς οἰκίας αὐτῆς ἑστῶσαν, αὐξηρόν τε
κομῶσαν καὶ καρπῷ βρίθουσαν· χρυσοῦν τε εἶναι τὸ
ἀπὸ γῆς ξύλου μέγα φέρειν, ἐπὶ δὲ κλάδος ἐπὶ
τὰ φύλλα χρυσοειδῆ. τῶν δὲ πρὸς ὕλια τῶν
στωμύλων, καὶ περὶ τὰ ξιαῦτα κατασχολῶν δο- B
κιμώτων διηγησαμένη, ὅτι λαμπρᾶς καὶ μεγά-
λης τύχης ἔσεσθαι δηλοῖ τὸν υἱὸν αὐτῆς ἤκου-
σεν. ἐπὶ αὖθις δὲ μετ' ὀλίγον ὁρᾷ πάλιν ἐν
ὕπνοις ἄνδρα τινὰ γηραιὸν, οὗ πῦρ ἐξιὸν ἀπὸ
τῦ στόματος, ἀφραδέστατα πρὸς αὐτὴν,
Ὅτι ὁ ἀγαπώμενος ὑπὸ σοῦ ὁ υἱός σου Βασί-
λειος, τῆς τῶν Ρωμαίων βασιλείας παρὰ Θεοῦ τὰ
σκῆπτρα ἐγχειρισθήσεται, καὶ δεῖ σε προτρέψα-
σθαι τὸν πρὸς τὴν Κωνσταντινούπολιν εἰσελθεῖν. ἡ δὲ
πρὸς τὸ χρηστότερον ταύτην ἀγγελίαν διαχυ-
θεῖσα, καὶ πλήρης γενομένη χαρᾶς, προσκύνησέ
τε τὸν γηραιὸν ἄνδρα, καὶ, Τίς εἶ, εἶπεν αὐ- C
τῷ, ὦ Κύριέ μου, ὁ μὴ ἀπαξιώσας ἐπιφανῆ-
ναι τῇ δούλῃ σου· ἀλλ' οὕτως ὑφηγήσω σοι διαυ-
γέστατα προσκομίσας μοι; ὁ δὲ, Ἠλίας, φησὶν,
ὁ Θεσβίτης εἰμὶ, καὶ ἀπέπτη τῶν ὀφθαλμῶν.
διυπνισθεῖσα οὖν ἐκείνη, καὶ ταῖς δόξαις ταύταις
ὄψεσι, μᾶλλον δὲ θείαις ἀποκαλύψεσιν οὐ διά-
πλεως ἔχουσα καὶ ζωπυρήσασα, προθύμως αὐτὴ
πρόρμα καὶ ἐξέπεμπεν τὸν υἱὸν πρὸς τὴν βα-
σιλεύουσαν· καὶ οἷα μήτηρ ἐνουθέτει καὶ παρεκά-
λει, τόν τε θεῖον φόβον διηνεκῶς ἔχειν ἐν τῇ ψυ-
χῇ, καὶ νομίζειν ἀεὶ τὸν τῆς προνοίας ὀφθαλμὸν πά-
σης πράξεως αὐτῦ καὶ πάσης νοήμα ἐφορᾶν, καὶ
μηδὲν ἀνάξιον τῆς ξιαύτης ἐφορείας ἀπουδά- D
ζειν· ἀλλὰ τοῖς προσήκουσι κατασήμασι τὰς οἰ-
κείας ἀρετὰς ὑποδείξασθαι, καὶ ἐν μηδενὶ τῷ
προηκόντι καταισχύναι δύνηται.

192. θ'. Ἀφικνεῖται οὖν [191] ἐκ Μακεδονίας τῆς Θρᾴκης
πρὸς τὴν ἀρίζυσαν ταύτην τῶν πόλεων πασῶν ἐπο-
ρθεῖν, τῶν δυνατῶν τινι καὶ προσφανῶν προσμίξαι
βουλόμενος, καὶ εἰς θεραπείαν καὶ δουλείαν αὐτῷ ἑαυ-
τὸν ἀποτάξαι καὶ κατασῆσαι. καὶ ὃ μεταξὺ διανύσας
δρόμημα, καὶ κατὰ τὰς χρυσᾶς πύλας τῆς βασιλίδος
γενόμενος, καὶ δι' αὐτῶν, ἤδη καταφερομένης τῆς ἡμέ-
ρας, εἰσελθών, πλησίον τυγχάνοντι τῷ τῦ ἁγίου
193. μάρτυρος Διομήδου [191] προσαπαλάξι μοναστηρίῳ,

fuerat præordinatus, Basilium decebat ascendere, somniorum visa matri suadent, ut illi morem gerat, ac acquiescat volenti se in Urbem conferre: quinimmo ipsa in eam rem eum incitet, ac adhortetur, ut Byzantium veniat; vernansque gratiis animi pratum, ac generosæ mentis præstantes dotes exhibeat. Videbatur enim sibi quandoque parens in somnis videre, Maximam ab ipsa enasci arborem (velut olim Cyri mater vitem viderat) eamque supra domum stantem, comantem floribus fructibusque onustam. Majorem e terra stipitem (truncum scilicet) aureum surgere, ramosque & folia, auro rutila præferre. Cumque necessariorum cuidam earumque rerum conjectori existimato idoneo, rem retulisset, Claram hæc audivit, magnamque filio protendere fortunam. Rursusque non multo post, videt in somnis Virum senio gravem, ignem ex ore mittentem, in hæc clare verba ipsam alloquentem, *Charissimo tibi filio Basilio, concredenda a Deo sunt Imperij Romani sceptra ac gubernacula; ideo necesse est horteris eum, ut Constantinopolim vadat.* Mater jucundo hoc nuntio diffusa plenaque gaudio, Senem venerata, *Ecquis*, inquit, *tu Domine mi, qui mihi ancillæ tuæ non solum apparere dignatus es, sed & nuntium sic latum afferre?* Cui ille, *Elias*, inquit, *Thesbites sum*; atque hoc dicto ex oculis evolavit. A somno ergo excitata, faustisque hisce visis (seu potius divinis revelationibus) spe sublata novaque flamma accensa, alacris ipsa filij hanc profectionem urgebat, & ut Augustam Urbem peteret, incitabat; proque matris munere admonebat ac obsecrabat, ut & Dei timorem continue in animo haberet, ejusque providentiæ oculum, suas omnes actiones animique sensa ac rationes inspicere existimaret, eaque inspectione indignum aliquid moliri serio caveret, sed convenienti modestia animique præsentia, suarum specimen virtutum daret, nec ullo scelere aut noxa avitam ingenuitatem macularet.

Basilii fortunæ vaticinia.

S. Eliæ Prophetæ visio.

Basilii matris salubria monita.

IX. Profectus ergo ex Macedonia Thraciæ, ad hanc Urbem omnium Reginam iter arripuit, hoc animo agitans, ut se potentiorum cuidam illustriumque virorum adjungeret, illiusque obsequiis ac servitio operam studiumque addiceret. Emensoque itinere, & cum ad Urbis Aureas portas venisset, inclinata jam ac depolita, per eas, ingressus die, ad sancti Martyris Diomedis Monasterium,

quod prope erat, accedens, ex via A fessus, ibidem pro foribus in gradibus pro vestibulo positis, sic neglectim projecto corpore, quiescebat. Et ecce, circa primam fere noctis custodiam, Martyr Diomedes Monasterij Præfecto in somnis astans, ad fores Monasterij jubet exire, exque nomine Basilium compellantem, quisquis vocanti obaudierit, hunc inducere in Monasterium ac curare diligenter, ciboque & tecto & vestimentis, omni denique necessario cultu ac obsequio, quoad per facultatem licuerit, impartiri atque fovere. *Esse enim a Deo unctum in Imperatorem, ipsumque extruendo augendoque Monasterio operam* B *quandoque collaturum.* Verum cum ille, visum temere oblatum, inaneque mentis commentum arbitratus, quod ita conspexerat, nullo loco præceptum habuisset, sed se rursum somno dedisset, eadem iterum videt, auditque. Et cum adhuc etiam segnior somnoque gravis, ut videbatur, se non colligeret, tertio Martyrem videt, non jam blande ac hilariter præcipientem, sed atrociter minitantem, plagasque, ut apparebat, inferre tentantem, ni citius jussa præstaret. Tunc itaque velut ægre emergens, mortique vicinum somnum oculis excutiens, ad fores venit; & ut ei Martyr præceperat, ex nomine vocat, *Basili.* Cui ille statim respondit, *Ecce ego, Domine. Quid jubes servo tuo?* Introducens vero in Monasterium, cum squallore ac sordibus obsitum, Solisque ardoribus longe exustum conspexisset, convenientem curam obsequiumque adhibuit, ac omni humanitate accepit. Tum monens ut secretum penes se teneat, caveatque cuiquam evulgare ob rei periculum, Martyris illi indicat vaticinium, & ut post eventum meminisset, jurejurando obstringit. Cum autem Basilius nec acceptare videretur, ut quod res ejus modum excederet, sed D potius rogaret, ut ejus insinuatione, nobiliorum cujusdam obsequiis pro comitatu operam addicere liceret; impigre se præstiturum Præfectus in se recepit. Quodque Monasterio familiarius utebatur, sæpiusque amice invisebat, Michaelis Imperatoris Bardæque Cæsaris consobrinus (Theophilitzen quasi subblandiendo, ac minuendi forma, vocabant; cognomen viro Pædevomeno) ei Præfectus Basilium commendat. Erat enim minor hic Theophilus magnis cogitationibus inflatus, nec a magnificentia abhor-

Diomedis Martyris de Basilio visum.

Theophilitzi addictus Basilius.

ἐκ δὲ τῆς ὁδοιπορίας κατάκοπος ὢν, αὐτοῦ που παρὰ τὴν πυλῶνος ἐν ταῖς ἐκάστε βάθροις ἀτημελῶς οὕτως ὑπερρίψας ἑαυτὸν ἀνέπαυεν. ἐν δὴ τῷδε περίπου τυχὸν φυλακὴν νυκτὸς, ὅταν τῷ τῆς μονῆς Καθηγουμένῳ ὁ μάρτυς Διομήδης ἐφίσταται, κελεύων τῷδε τὸν πυλῶνα τῆς μονῆς ἀνοῖξαι, ἐξ ὀνόματος καλέσας Βασίλειον· ἐς ὃν αὐτῷ ὑπακούσῃ καλοῦντι, τοῦτον εἰσαγαγεῖν εἰς τὸ μοναστήριον, ἐν ὑπιμελείᾳ ἄγειν ἔσας, τροφῆς τε ἐν σκέπης ἐν ἐνδυμάτων, ἐν πάσης μεταδόντα τῆς ἐνδεχομένης χρείας ἐν θεραπείας. κεχρισμένον γὰρ εἰς Βασιλέα τυγχάνειν παρὰ Θεοῦ, ἐν αὐτὸν μέλλειν εἰς οἰκοδομὴν καὶ αὔξησιν τῆς προύσης ἡμέρας μονῆς. ὡς δὲ φαντασίᾳ ἄλλως καὶ κενὸν ἀφανοίας ἀπάπλασμα δόξας ὁ ὀρφανὸς ὁ Ἡγούμενος ἐν οὐδενὶ λόγῳ ἔθετο, ἀλλὰ πάλιν ἑαυτὸν τῷ ὕπνῳ ἐκδίδωκεν, ἐν δευτέρου βλέπει καὶ ἀκούει τὰ ὅμοια. ὡς δὲ ἐν ἔτι νωθὴς καὶ ὑπνώδης, ὡς ἔοικεν, ὢν, οὐκ ἀνέφερεν, ἐν τρίτου βλέπει τὸν Μάρτυρα, οὐκέτι σφόδρα καὶ ἱλαρὸς παραχελευόμενον, ἀλλὰ σφοδρὰς ἀπειλοῦντα, ἐν μάστιγας τῷ δοκεῖν ὑπιφέρειν πειρώμενον, εἰ μὴ ταχὺ ὑπηρετήσει τοῖς λεγόμενα. τότε δὴ ὀΐων μόλις οἱονεὶ ἀνδρήλας, ἐν τὸν γείτονα θανάτου ὕπνον τῆς ὀφθαλμῶν ἀποτιναξάμενος, πυλῶνι ἐφίσταται, ἐν κἀν ὃ τῆς Μάρτυρος προστάγμα ἐξ ὀνόματος ἐκάλει, Βασίλειε. ὁ δὲ δι' ὑπνου ἀπεκρίνατο, Ἰδοὺ ἐγὼ, Κύριε, τί προστάττεις τῷ δούλῳ σου. εἶτα δὲ αὐτὸν τῆς μονῆς ποιησάμενος, κἀν ἰδὼν ῥυπῶντα καὶ αὐχμῶντα, κἀν πολιὰ ὑπὸ τῆς προσώπου ἥλιον φέροντα, τῆς δεούσης ὑπιμελείας ἐν θεραπείας ἠξίωσεν, ἐν πάσης φιλανθρωπίας μετέδωκεν. εἶτα ὃ μυχαίτατον πρὸ ἑαυτῷ φυλάττῃ ἐν προς μηδένα ἐκλαλῆσαι ἀφ' ὃ κινδυνώδες εἰσπεπαίμενος, πλὴν τῆς Μάρτυρος αὐτῷ ἐφανέρωσε προόρησιν, κἀν προς ὃ μεμνῆσθαι μὴ πλὴν ἔκβασιν ἀσφαλίσατο. τῆς δὲ, ὡς ὑπὸ αὐτὸν ὄντος τῆς προστάγματος, μηδὲ προσδέχεσθαι δόξαντος, ἀλλὰ μᾶλλον δι' αὐτοῦ ἀξιοῦντος εἰσοικισθῆναι, ἐν προς δουλείαν δοθῆναι τῷ ἐμφανεστέρων τινὶ, προθύμως ἑαυτὸν εἰς τοῦτο ἐπέδωκεν ὁ Ἡγούμενος. κἀν ἐπεὶ σωφρόνως εἶχε προς τὸν ἰδιαίτερον μοναχὸν, κἀν πολλάκις ἐντυγχάνει ἐκάστε φιλίους φοιτῶν ὁ τῆς Βασιλέως Μιχαὴλ κἀν Βάρδα τῆς Καίσαρος συγγενὴς, ὃν ὑποκοριζόμενοι Θεοφιλίτζιον ἐκάλουν, ἐπώνυμον φέροντα τὸν Παιδοβιάμενον, τοῦτον συνέστησε τὸν Βασίλειον ὁ Ἡγούμενος· ἐντυγχάνει γὰρ πως ὁ Θεοφιλίσιον τοῦτο γαῦρον ὂν τῷ φρονήματι, κἀν μεγαλοφρονοῦς ὑπὲρ

ἀφετὼς, ἀλλὰ εἰς ἀπουδὴν ἔχων ἡνιαίους ἄνδρας καὶ εὐξδεῖς ἐν ὑπήλιξας, ἐν ἐπ' ἀνδρείᾳ μάλιστα ἐν ῥώμῃ σώματος διαφέροντας κεκτῆσθαι τοῦτον αὐτὸν, καὶ ὅτι τούτοις μέγα φρονῶν καὶ σεμνυόμενος· οἷς δὴ καὶ ἐφ' ἡμῖν σπειραῖς τε κοσμουμένοις ἐάσῃ, ἐν τῇ ἄλλῃ καταστολῇ διαφερόντως. τοῦτον καταλεγόμενα τὸν νεήλιον νεανίαν Βασίλειον, καὶ πολὺ προέχοντα δόξαντα τῶν λοιπῶν, καὶ τὸ σωματικὸν ἀλκὴν ἐν ψυχικὴν ἀνδρείαν, Πρωτοστράτορα αὐτῷ πεποίηκεν ὁ Θεόφιλος, ἐν ἡμέραν ἐξ ἡμέρας ὅτι πλέον ἠγαπᾶτο πρ' αὐτοῦ, καὶ ὅτι τοῖς οἰκείοις προτερήμασιν ἐθαυμάζετο. ἐφαίνετο γὰρ καὶ χερσὶ ἡνιαῖος ἐν καὶ ψυχῇ σωφρὼν, καὶ πρὸς τὸ κελευόμενον πρόθυμός τε καὶ ὑπηκόος.

ι'. Ἡ δὲ μήτηρ αὐτοῦ διὰπαντὸς ποτνιωμένη περὶ αὐτοῦ, καὶ λέγουσα· Τὸ μήπω μαθεῖν ὅπως αὐτῷ τὰ τῆς ἀποδημίας βεβάδιται, δυσθυμοῦσά τε ἐν ἀσχάλλουσα, βλέπει πάλιν καὶ ἐν ὕπνοις μέγα φυτὸν κυπαρίττῳ προσόμοιον, καὶ τῷ αὐλῷ αὐτῆς ἑστηκὸς, φύλλοις τε χρυσοῖς πυκαζόμενον, καὶ χρυσοῖς ἐν κλάδοις ἐν ὃ τέλεσμα ἔχον, οὗπερ ὑφῆν ἐπὶ κορυφῆς ὁ τούτου υἱὸς Βασίλειος ἐκαθέζετο. διυπνισθεῖσα δὲ, καὶ μίαν ἡμέραν τινὶ τῶν βιλαβῶν γυναικῶν, ἥ νυκτὸς ἐν ἡμέρας καὶ τῷ Ἁγίῳ ἐκείνῳ οἴκῳ ἀφίσατο ἀπὸ τοῦ θείου ναοῦ· ἀλλὰ παῖς βιαίας καὶ ἱκετείας ἐφέλκεται, τὰ τῆς ὄψεως διηγήσατο. ἡ δὲ, ἀθυμεῖν τε παρήνεσεν ἐπὶ τῷ υἱῷ· ἐν ὃ ὀργὴν ὑπεκρίνατο, βεβαίως δηλοῦν ἀπεφήνατο, Βασιλέα Ῥωμαίων ἡμέσθαι σὺν τὸν υἱόν. τοῖς προτέροις οὖν καὶ τοῦτο προσλαβοῦσα λοιπὸν ἡ μήτηρ, οὐκ ἔτι περὶ αὐτοῦ ἐδυσφόρει οὐδὲ ἤχαλλεν, ἀλλὰ περιφορήμασι ταῖς ἐλπίσι, καὶ τῷ αἰῶνι αἰτήλυθεν ἐκδεχομένη, ἀνέθαλλεν.

ια'. Σωτέον δὲ κατ' ἐκεῖνον τὸν χρόνον, τὸν κύριον τοῦ Βασιλείου Θεόφιλον, δεῖν πρὸς τοῦ δημοσίου δουλείας, πρός τε Βασιλεύοντος Μιχαὴλ καὶ Βάρδα τοῦ Καίσαρος, ἀποσταλῆναι εἰς Πελοπόννησον. σωτὴρ δὲ αὐτῷ καὶ ὁ Βασίλειος, εἰς τὸν ἀφορισθέντα αὐτῷ δουλείαν καθυπουργῶν. ἡμέρωμος δὲ καὶ Πάτρας τῆς Ἀχαΐας ὁ εἰρημένος Θεόφιλος, εἰσιὼν εἰς τὸν τοῦ προκλήτου Ἀποστόλου Ἀνδρέου ναὸν προσευξόμενος. ὁ δὲ Βασίλειος, περὶ τὸν οἰκεῖον δεσποτείαν, ὡς ἔοικεν, ἀχλούμενος, οὐ συνῆλθεν αὐτῷ, ἀλλ' ὕστερον καταμόνας τὸ ὀφλόμενον καὶ αὐτὸς τῷ Ἀποστόλῳ σέβας ἀποδιδοὺς, πρὸς τὸν ἔσω ναὸν παρεγένετο. Μοναχός δέ τις ἔνδοθι ποιούμενος τὰς δεήσεις, καὶ τὸ πλείονα χρόνον ἐν τῷ τοῦ Ἀποστόλου θρόνῳ ναῷ, τὸν μὲν Θεόφιλον εἰσελθόντα ἰδὼν, οὔτε διανέστη,

A rens, ſed qui viros ſtrenuos, formæque elegantia ac ſtatura conſpicuos, potiſſimumque fortitudine atque robore præſtantes, in comitatu habere ſtudebat, ſibique illis placebat, ac honeſtari ambiebat. Vidiſſes ſtatim fericis indutos, ac reliquo cultu egregie ornatos. His adlectum recens admodum quæſitum juvenem Baſilium, ac tum corporis robore tum animi virtute longe reliquis præſtare viſum, ſuum Protoſtratorem fecit; majorique in dies amore proſequebatur, ac pro eximiis ejus dotibus admirabatur. Cernebatur enim & manu ſtrenuus atque animo prudens, & B ad præſtandum quicquid injunctum eſſet, oppido promptus & ſolers.

X. Ejus porro mater continue quiritans, mœrenſque ac dolens quod nondum didicerat, quam illi proſpere ceſſiſſet profectio, quam ſuſceperat, ingentem rurſus in ſomnis videt arborem Cupreſſo ſimilem in impluvio ſuo ſtantem, aureis foliis frondoſam, ramiſque aureis ac trunco diffuſam, in cujus vertice Baſilius ipſius filius aſſidebat. Experrecta igitur die ſequenti, mulieri cuidam religioſæ, quæ velut * Anna illa, diu noctuque a divino Templo non diſcedebat, ſed orationi & jejunio vacabat, viſum narravit. Juſſit illa bono animo eſſe de filio, viſumque interpretata, certiſſime innuere affirmavit, *Baſilium ejus filium Romanorum Imperatorem fore.* Jam itaque prioribus aliis iſtud quoque mater præſagium adjungens, haud amplius mœrebat ac diſcruciabatur, ſed ſpe bona lactata, expectanſque divinum auxilium, ſenectam recreabat. Altera arboris viſio. * Luc. 2. 36.

XI. Contigit autem per hoc tempus, ut Baſilij herus Theophilus, expoſcentibus publicæ rei negotiis, a Michaele Imperatore & Barda Cæſare in Peloponneſum mitteretur. Fuit & Baſilius illi comes; cui addictus erat miniſterio, in comitatu navans operam. Veniens autem Patras Achaiæ, quem dicebam, Theophilus, in ſancti Andreæ primum vocati Apoſtoli, preces oblaturus, Templum ingreditur. Baſilius autem, circa miniſterium ſuum, ut par eſt, occupatus, cum illo minime intravit; ſed poſtea ſeorſum, debitum & ipſe cultum Apoſtolo redditurus, ad idem Templum venit. Quidam vero Monachus illic ſedes habens, ac temporis partem longe maximam terens, Apoſtoli Templo aſſiduus, Theophilum ingredientem videns, nec aſſurrexit,

Monachi vaticinium & salutatio Basilii quasi Imperatoris.

nec illi bene precatus, ac nec verbo consalutandum duxit; nec stipantem cohortem, ut par est, reveritus, nec viri splendorem ac dignitatem. Postmodum vero intrante Basilio, velut uni ex dignioribus assurrexit, ac quam moris est Imperatoribus, salutationem adhibuit. Id ita gestum, cum præsentium aliqui in oculis vidissent audissentque, prænobili cuidam ac opulentissimæ, iis in locis, matronæ (cui a viro Danelis nomen) denuntiant. Illa vero, quæ certo sciret experimento, Monachum futurorum præscientiæ dono decoratum esse, nihil segnis dictum arripuit. Accersito itaque Monacho, in hæc fere verba exprobrabat. *Tot anni sunt, Pater spiritalis, ex quo tibi nota sum; nec plane latet, quam pro vulgi ratione me longe præstare, locique incolis præcellere, ac in eis quasi principem esse; nunquam tamen videns assurrexisti, aut bene precatus es; at neque filio meo aut nepoti, ejuscemodi honorem detulisti. Quid igitur causæ est, cur nunc vilem hominem & peregrinum, nec vulgo notum, videns, & assurrexeris, & Imperatoris honore colueris?* Cui pius ac religiosus Monachus, *Non ut tu loqueris, unum quem e vulgo vidi, sed velut magnum Imperatorem a Christo unctum conspexi, & assurrexi, faustisque ominibus prosecutus sum, ac ei acclamavi. Quos enim Deus honoravit, his prorsus etiam humanus honor debetur & cultus.* Postquam igitur Basilij herus tempus aliquod in Achaia moratus, expletisque, quæ illi injuncta erant, publicis negotiis, Byzantium erat reversurus; Basilius, quod eum morbo corripi contigerat, ibi relinquitur. Convenienti autem cura ei adhibita, brevi morbo levatus, ad reditum se & ipse accingit. Accersens vero, quam dicebam, matrona Danelis, multis magnisque eum donis accipit; prudenter omnino ac sapienter velut sementem quandam in bonum arvum mittens, ut longe multiplices inde fruges locuplete messe opportuno tempore decerperet. Dedit enim illi cum justam satis auri vim, tum triginta ad obsequium mancipia; in vestibus quoque aliaque diversi generis supellectili, opes nimias numeravit, nihil aliud ab eo prius exigens, quam ut spiritalis fraternitatis necessitudinem cum Joanne filio suo necteret. Rejiciebat ille, velut supra facultatem ac dignitatem, quod sic ea poscebat, pro matronæ scilicet, quæ videbatur, claritate, suaque ipsius, quantum oculis cernebatur, abjecta

Religiosæ matronæ & opulentæ in eum officia.

οὔτε ἐπηύξατο, οὔτε τινος ἠξίωσε ῥήματος· μηδὲ τιὼ πρὸς αὐτὸν, ὡς εἰκὸς, δορυφορίαν καὶ λαμπρότητα αἰδεσθείς. ὕστερον δὲ τοῦ Βασιλείου εἰσερχομένου, ἀναστᾶσά τε ὥς τινι τῶν κρεττόνων, καὶ τιὼ ἐξ ἔθους τοῖς Βασιλεῦσιν εὐφημίαν προσήνεγκεν. ὅπερ τῶν ἐκεῖσε τυχόντων ἰδόντες καὶ ἀκηκοότες τινὲς, τῇ κατ' ἐκεῖνα τόπους οἰκείους εὐγενεῖ δὲ πλουσιωτάτῃ γυναικὶ, ᾗ Δάνηλις ἀπὸ τοῦ τούτης ἀνδρὸς ὠνόμαζετο, ἀπαγγέλλουσιν. ἐκείνη δὲ, ἀφ' πείρας τὸν μοναχὸν γινώσκουσα, ὅτι προφητικοῦ χαρίσματος κατηξίωται, οὐκ ἐγένετο πρὸς ὃ λεχθὲν ἀμελής· ἀλλὰ μεταπαλεσαμένη τὸν μοναχὸν, ἁπλῶς προσομιλοῦσα. Τοσοῦτος χρόνος, ἐξ οὗ σοι γνώριμος, ἔφη, τυγχάνω, Πάτερ πνευματικὲ, καὶ οἶδάς με πάντως οὐσαν ὑπὲρ τοὺς πολλοὺς, καὶ τῶν ἐν τῇ χώρᾳ ταύτῃ ὑπερέχουσαν καὶ περιαρχουσαν, καὶ οὐδέποτε οὔτ' ἐπηλθές μοι ἀσπασόμενος με, οὔτε ἐπηύξω μοι, ἀλλ' οὐδὲ τῷ υἱῷ, ἢ τῷ ἐκγόνῳ μου τιὼ τοιαύτιμ ἡμῶν ἀπέδωκας. καὶ πῶς νῦν ἄθεσπον θύτελῆ καὶ ξένον, μηδὲ γνώριμον τοῖς πολλοῖς ἰδὼν, καὶ ὑπανέστης, ὡς Βασιλέα ἐτίμησας. ὁ δὲ θαυμασὸς ἐκεῖνος μοναχὸς πρὸς αὐτιὼ ἀπεκρίνατο, Οπ οὐχ ὡς σὺ λέγεις, ἕνα τῶν τυχόντων εἶδον τὸν ἄνδρα ἐγὼ, ἀλλ' ὡς μέγαν Βασιλέα τῶν Ρωμαίων ὑπὸ Χριστοῦ κεχρισμένον εἶδον, καὶ ἀνέστην τε καὶ ἐπεφήμησα. τοῖς γὰρ ὑπὸ Θεοῦ τετιμημένοις, ὀφείλομεν πάντως ὅτι τε καὶ ἡ ἐξ αἰθεσπων ἡμῶν. διατείνεται τοίνυν ἐν τοῖς ἐκείνου μέρεσι ὅτι χρόνον τινὰ τῶν κυρίου τοῦ Βασιλείου, καὶ τοῦ ὑπατεύσαντος αὐτῷ τῆς δημοσίου δουλείας ἀνύσαντος, καὶ ἀναπτέρων πρὸς τιὼ βασιλεύουσαν μέλλοντος, ἐπεὶ ἔτυχεν ἀσθενείᾳ σώματος ληφθεὶς ὁ Βασίλειος, αὐτόθι καταλιμπάνεται. ὑπομελείας δὲ τῆς προσηκούσης τυχὼν, μετ' χρόνον τινὰ τῆς νόσου χρείττων ἐγένετο, καὶ πρὸς τιὼ ἀνοδον ἐξ αὐτοῦ ἡτοιμάζετο. μεταπαλεσαμένη δὲ αὐτὸν ἡ προρρηθεῖσα γυνὴ Δάνηλις, πολλοῖς καὶ μεγάλοις δώροις τιμᾷ· ἐμφρόνως πάνυ καὶ σωστικῶς, ὥσπερ τινα σπορὰν εἰς ἀγαθιὼ αὐτὰ καταβαλλομένη χώραν, ἵνα ἀμήσῃ πολλαπλασίονα ἐν ὥρᾳ τῷ καιρῷ· δίδωσι γὰρ αὐτῷ καὶ χρυσὸν ἱκανὸν, ἐξ ἀνδράποδα πρὸς ὑπηρεσίαν τριάκοντα· καὶ ἐν ἱματισμῷ καὶ ἀμφόρεσι εἴδεσι πολυτελῆ πολιιὼ, μηδὲν ἕτερον ὑπὲρ ζητοῦσα ἢ τὸ ἑτέρων πρὸς αὐτὸν, ἢ ὃ ποιήσασθαι τὴν πνευματικῆς ἀδελφότητος συνάδεσμον πρὸς Ιωάννιν τὸν τούτης υἱόν. ὁ δὲ, ὡς ὑπὲρ αὐτὸν μᾶλλον οὖσαν διωθεῖτο τιὼ ὑπόσχεσιν· ἀφ' ὃ δοκεῖ τῆς γυναικὸς τὸ εὐφυὲς, καὶ ὃ αὐτὸν κατὰ ὃ ὡρισμένον

196.

βύτελές. ὅμως πλείονα προσάκλησιν δοξάλιθμος
ὑπ' αὐτῆς, τῷ πεποίηκε. καὶ τότε οἱονεὶ θαῤῥήσασα, εἶπε φανερὰ πρὸς αὐτὸν, Ὅτι σε ὁ Θεὸς μέγαν ἀνδρα ἔχει, καὶ ὅτι μεγάλης μέλλει ὑμᾶς ἀνυψοῦν, τὰ δὲ ἐμὲ ἕτερον ὑπιζητεῖ ἢ ἀπαιτεῖ παρὰ σοῦ, πλὴν ἵνα ἀγαπᾷς καὶ ἐλεῇς ἡμᾶς. ὁ δὲ, τῆς γῆς ἐκείνης ἁπάσης, εἰ δυνατὸν, κυρίῳ αὐτῷ ὑποφῆναι, εἰ τῷ ἔργῳ, κατεπηγγείλατο. καὶ οὕτως ἐκεῖθεν ἀπῆρας, ἀφίκετο καὶ αὐτὸς πρὸς τὸν βασιλεύουσαν καὶ τὸν αὐτοῦ κύριον. ἀπὸ δὲ τῶν ἐντεῦθεν αὐτῷ προσγενομένων χρημάτων μετὰ τοῦ ἐπάνοδον, ἐξωνήσατο κτήματα ἐν Μακεδονίᾳ μεγάλα, καὶ κατέρησεν ἐπ' εὐπορίας ἀπάντας τοὺς προσήκοντας ἰκανὰς, καὶ γέγονε πλούσιος καὶ αὐτὸς, ὡσπερ ταῖς ἀρεταῖς, οὕτω δὴ καὶ τοῖς κτήμασι καὶ τοῖς χρήμασι. σωτὴρ δὲ ὅμως τῷ κυρίῳ αὐτοῦ, ἐν δικαίᾳ αὐτῷ.

ιβ'. Κατά δέ τινα τῶν ἡμερῶν, Ἀντίγονος
197. ὁ Πατρίκιος καὶ Δομέστικος τῶν σχολῶν, [197] κλητόριον ἐν ταῖς βασιλικαῖς οἰκίαις, αἳ ἐν τῷ πλησιάζουσιν τοῖς βασιλείοις αὐλίῳ, φκοδόμησε καὶ πολυτελὲς ἐσκεύασεν, ἑστιάτορα καὶ δαιτυμόνα τὸν οἰκεῖον πατέρα Βάρδαν ποιούμενος. ὁ δὲ Καῖσαρ τοὺς μείζονας τῆς Συγκλήτου καὶ τοὺς οἰκείους προσκαλεῖται, καὶ τοὺς σπουδῆς πρὸς τῷ διωγμῷ ἀπῇ, συμπαραλαβὼν καὶ τοὺς ἀπὸ Βουλγάρων φίλους, σπουδῆς ἐν τῷ τότε χαιρὸν τῇ βασιλευούσῃ διατρίβοντας. πρῶτος δὲ τῇ ἑστιάσει καὶ Θεόφιλος ὁ τοῦ Βασιλείου κύριος, οἷα συγγενὴς καὶ αὐτὸς τοῦ Καίσαρος. ἀλλὰ καὶ Κωνσταντῖνος ὁ Πατρίκιος, ὁ τοῦ καθ' ἡμᾶς Λογοθέτου τοῦ Δρόμου καὶ ἐν φιλοσοφίᾳ ἄκρου καὶ ἀδωροδόκητου φανεὶς Πατρικίου Θωμᾶ πατήρ. οἱ δὲ Βούλγαροι ἀεί πως οἰήματίαι καὶ καυχήματίαι τυγχάνοντες, ἐπεὶ ἔτυχον τότε μὲθ' ἑαυτῶν Βούλγαρον ἔχοντες ἐπ' ἀνδρείᾳ συμφιλονείκουν σώματος, καὶ ἄκρον ἐν παλαισμοσύνῃ ὑπαρχόντα, οὗ οὐδεὶς χρόνου μέχρι τότε τῶν προπαλαιόντων κατίσχυεν, οὐκ ἀνεκτὸν ἐδόκουν ἐπ' αὐτῷ φέρειν, ἀλλ' ὑπὲρ τὸ μέτρον ἀλαζονεύεσθαι. ἔνθ' ἤ πάνυ προϊόντος, καὶ φιλοφροσύνης χορευούσης τῇ τραπέζῃ, λέγει ὁ μικρὸς ἐκεῖνος Θεόφιλος πρὸς τὸν Καίσαρα, Ὅτι ἔχω δοῦλον αὐθέντην, ὃς ἐὰν κελεύσῃς ἵνα παλαίσῃ μετὰ τοῦ προσήκοντος τούτου Βουλγάρου. μέγιστον γὰρ ὄνειδος τῶν Ρωμαίων, καὶ οὐδεὶς ὑπομείνῃ τὸν ἀλαζονείαν αὐτῶν, εἰ ἔσται ἀνταγώνιστος ἐν Βουλγαρίᾳ προσελθών). τοῦ δὲ Καίσαρος ἡδέως προσαξάντος, ὁ προμνημονευθεὶς Κωνσταντῖνος Πατρίκιος, σφόδρα φιλίως πρὸς τὸν Βασίλειον διακείμενος, ἅτε καὶ αὐτὸς ἐξ Ἀρμενίων ἕλκων τὸ γένος, ἐπεὶ δύνατον

A vilique forte. Ea tamen magis magisque hortante atque rogante, animum tandem accommodavit. Tum mulier, velut majori assumpta fiducia, ad eum palam infit, *Magnum Te Deus virum habet, magnoque honore est exaltaturus. Ad me quod attinet, aliud a te nihil exigo, nihil quæro, quam ut diligas, ac nostri misereatur.* Basilius, Omnem eam provinciam, si fieri possit, illius se juris facturum pollicetur, dum res dicto successerit. Sicque inde profectus, ipse quoque ad Urbem Augustam, & ad herum redit. Porro ex cumulatis inde pecuniis, ingentia prædia in Macedonia redemit, satisque affines omnes & consanguineos ditavit; ipseque, quemadmodum virtutibus, sic & possessionibus & pecuniis auctus, diversque effectus est. Mansit tamen cum hero, illius hactenus obsequio addictus.

XII. Quodam die Antigonus Patricius & Scholarum Domesticus, solenni mensæ apparatu in Regiis ædibus in propinquo Regiæ atrio, opiparoque instructo convivio (κλητόριον vocant) patrem suum Bardam convivatorem ac epulonem facit. Cæsar, una secum Senatus primates, affinesque ac necessarios assumens; præterea amicos Bulgaros, ex more tunc Constantinopoli morantes, ad convivium venit. Intererat epulis & Theophilus Basilij herus, eo quod etiam ipse Cæsaris consanguineus erat: sed & Constantinus Patricius, Thomæ Patricij pater, nostro hoc ævo Cursus Logothetæ, viri in rebus Philosophicis summi ac plane integerrimi. Porro Bulgari semper jactandi fastu insolentes ac gloriabundi, cum secum Bulgarum haberent corporis viribus torisque præcellentem, primasque in lucta sibi vendicantem, quem vix ullus usquam hactenus lucta dejecisset, haud ferendum putabant ut sibi de illo aliquid tribuerent, nisi supra modum arrogantes pene insultarent. Compotatione itaque procedente, ac hilaritate in mensa effuse tripudiante, ait pusillus ille Theophilus ad Cæsarem, *Habeo, Domine, hominem in comitatu, qui, si jusseris, cum famoso illo Bulgaro sit luctaturus. Maximo enim probro Romanis cedet, nec ullus erit qui illorum arrogantiam ferat, si iste in Bulgariam a nullo superatus redierit.* Jubet Cæsar ita præstari; isque, cujus memini, Constantinus Patricius, amicitiæ nexu Basilio conjunctissimus, quippe qui & ipse ex Armeniis originem trahebat, videns

κλητόριον, quasi regales epulæ.

Thomæ Logoth. Cursus elogium.

ſubhumidum arenæ ſolum, qua colluctaturi erant, veritusque ne per ejus lubricitatem Basilius pede offenderet ac laberetur, Cæsarem rogat, ut scobe lignorum locum conspergi præcipiat. Factum est; consertaque Basilius lucta cum Bulgaro citius prehendens, atque constringens, velut levem exsuccumque fœni manipulum, aut ex lana vellus aridum ipsumque leve, haud magno molimine in mensam levans, allisit. Eo facinore, nemo præsentium fuit qui non Basilio impensus animo sit, eumque admiratione laudaverit. Sed & ipsi Bulgari, subigendi illa facilitate atque robore in stuporem acti, conticuerunt. Ex illa hora cœpit per omnem civitatem Basilij fama magis percrebrescere, jamque factus conspicuus per omnium celebris ora volabat.

Equi mira incessio.

XIII. Erat porro apud Michaelem equus fræna mordens, & indomitus, duraque cervice & superbus; cæterum generosus & bonus, statura & pulchritudine ac celeritate magnus ac admirandus. Is, fræno solutus, seu alias liber dimissus, ægre admodum rursus ad manus veniebat, plurimumque negotij equisonibus, detinere satagentibus, facessebat. Contigit vero aliquando, ut Imperator illo ipso equo venatum profectus, sua ipse manu fuste leporem feriret. Quare statim volupe gestiens, leporem necaturus, equo desilit. Liber equus dimissus, resiliit, multisque concurrentibus, ac tum equili præfectus, tum Manglabitis, alioque circum comitatu, navantibus operam, qui equum capere posset, nullus fuit. Quare ira accensus Imperator; si teneri unquam equus possit, exscindendos jubet illius posteriores pedes. Bardas autem Cæsar, qui rebus aderat, Imperatorem rogabat, ne tantam equi virtutem ob unum peccatum temere perderet. Basilius itaque, qui tum hero aderat, ei infit, *Si Imperatoris equum prevertero, meoque ipse equo excussus, illi insedero, nunquid mihi succensebit Imperator, quod ille ejus phaleris stratus est ac ornatus?* Insussurratur sermo auribus Imperatoris; remque præstari jubet. Basilius prompte dextreque executus est. Vidit Imperator, unaque cum robore ac virtute industriam indolem, ac sapientiam admiratus, a Theophilitze eum statim tulit, suorumque Stratorum ordini adlegit. Adhibebatque animum ac diligebat, quippe qui ingentem ejus in omnibus supra reliquum vulgus præ-

εἶδε τὸν τόπον, ὃν ᾧ ἀμφαισίζεσθαι ἔμελλον, καὶ ἐδεδοίκει μήπως ὀλισθήσῃ τυχὸν Βασίλειος, αἰτεῖ προσέπτην ἡμέσθαι τῷδε τῶν Καίσαρος ἐκ ξύλων ὑπορράσσεσθαι σφίσιν μὴ ὄντος. οὐ γὰρ μέτριον, συμπλακεὶς τῷ Βουλγάρῳ ὁ Βασίλειος, καὶ θᾶττον συμπιέσας καὶ προσφίγξας, αὐτὸν, ὥσπερ δεσμόν τινα χόρτου κοῦφον καὶ ἄψυχον, ἢ ἐξ ἐρίου πόκον ξηρόν τε καὶ ἐλαφρόν, οὕτω ῥᾳδίως αὐτὸν ἐπὶ τὸν τράπεζης μετεωρίσας ἀπέρριψεν. τῶν δὲ γεγονότος, σὺν θεῷ τῶν πρώτων ἦν, ὃς οὐ προσέσχε καὶ ἐθαύμασε τὸν Βασίλειον. ἐκπλαγέντες δὲ καὶ οἱ Βούλγαροι τὴν προσοῦσαν τῆς χειρείας τε καὶ δυνάμεως, ἐμειναν ἀνενεοί. ἀπ' ἐκείνης δὲ τῆς ἡμέρας ἤρξατο ἐπὶ πλέον ἡ τοῦ Βασιλείου φήμη εἰς πᾶσαν τὴν πόλιν διαφοιτᾶν, καὶ τοῖς ἅπασιν διεφέρειν στόμασιν, ἐπιβλεπτὸς ἤδη καθεστηκώς.

ιγ'. Ἦν δὲ τῷδε τῷ Βασιλεῖ Μιχαὴλ ἵππος ἀφιλιαστὴς καὶ ἄπακτος, σκληραύχην τε καὶ ἀγρίωχος· τὰ δ' ἄλλα γενναῖος καὶ ἀγαθὸς, καὶ καλὸν ἡλικίαν τε καὶ κάλλος τε ἔχων, καὶ μέγας τε θαυμαστός· ὅς, εἴ ἔτυχε λυθεὶς τοῦ δεσμοῦ, ἢ ἄλλως πως ἀφεθείς, λίαν ὠμὸς δυσχερὴς εἰς χεῖρας αὖθις ἐλθεῖν, καὶ πολλὰ προσφέρεσθαι τοῖς ὁ καταοχεῖν πρεῖχε τοῖς ἱπποκόμοις. συνέβη δέ ποτε τὸν Βασιλέα τοῖς θήραν ἐξελθόντα, καὶ τὸν τοιοῦτον ἵππον ὑποβεβηκότα, αὐτοχειρίᾳ [198] ῥάβδῳ τυχεῖν 198. λαγωοῦ. οὗπερ οὖν ὑφ' ἡδονῆς ὁ Βασιλεὺς θᾶττον ἐκ τοῦ ἵππου καθῆλτο τοῦ σφάξαι τὸν λαγών. ἄφετος δὲ ὁ ἵππος καταλιφθεὶς, ἀπεσκίρτησεν, καὶ πολλῶν συνθραμόντων, καὶ τῶν τε τοῦ ἱπποστασίου ἀρχόντων [199] καὶ Μαγγλαβιτῶν, καὶ 199. λοιπῶν τῶν περὶ αὐτὸν συσκιμπτόντων, οὐκ ἦν τινι δυνατὸν τὸν ἵππον λαβεῖν· ὥστε θυμωθέντα τὸν Βασιλέα κελεῦσαι, εἰ κρατηθείη ἀφικοπῆναι τοὺς ὀπισθίους αὐτοῦ τῶν ποδῶν. ὁ δὲ Καῖσαρ Βάρδας πρὸν ἐδεῖτο τοῦ Βασιλέως, μὴ δι' ἑνὸς κακὸν τοσαύτην ἀρετὴν ἵππου μέτιον ἀπολέσθαι. ὁ οὖν Βασιλεὺς συμπρὸν τῷ χειρὶ αὐτοῦ, λέγει πρὸς αὐτὸν, Ὅτι εἰ ἐφάδραμον τὸν βασιλικὸν ἵππον, καὶ ἀπὸ τοῦ ἐμοῦ ἵππου ἐκπηδήσας ἐπορχεῖς αὐτοῦ ἐγενόμην, ἆρα μὴ ἀφ' ὧν βασιλικοῖς φαλάροις κεκοσμῆσθαι αὐτὸν, ἀγθομάκτησις ἔσχε τοῦ Βασιλέως ἔνστασις κατ' ἐμοῦ. τοῦ δὲ Βασιλέως ὑποπτεύσαντος, καὶ κελεύσαντος τοῦτο ἡμέσθαι, ἐπίμως καὶ εὐφυῶς ὁ Βασιλεὺς τοῦτο πεποίηκεν. ὁ θρασύθυμος ὁ Βασιλεὺς, καὶ ἀγαπήσας τὸν μετ' αὐθρείας εὐφυΐαν αὐτοῦ καὶ σωφροσύνην, εὐθέως ἀπὸ τοῦ Θεοφιλίτζη αὐτὸν αἱρεῖται τε καὶ εἰς τοὺς βασιλικοὺς κατέπαξε Στρατιώτας. προσέτι δὲ καὶ ἠγάπα αὐτὸν, ὁρῶν αὐτοῦ ὃ πρὸς τοὺς ἄλλους ἐν πᾶσι διαφέρον

φέρει καὶ πολύ. διὸ καὶ πολλάκις ὑπεδέξαμένου κατενώπιον αὐτοῦ, εἰς τιμὴν τῆς Πρωτοστρατορείας ἐβίβασε.

ιδ'. Μετὰ ταῦτα, κυνηγεσίου καταγγελθέντος εἰς τὸ λεγόμενον Φιλοπάτιον, ὧ ὁ Πρωτοστράτωρ καὶ τὸν τύπον τοῦ προδρόμου τοῦ Βασιλέως ἐπιφέρειν δὲ εἰώθει ῥόπαλον τὸ βασιλικὸν ὅπερ τῆς ζώνης αὐτοῦ, ὃ Βαρδούκιον οἵδε καλοῦσι τὴ συνήθεια. θορύβου δὲ κινουμένου ἀπὸ τῶν συμπληρούντων τὸ κυνηγέσιον, ἐξέθορεν ἐκ τῆς ὕλης λύκος παμμεγέθεστατος, ὥστε ἀρδὴν πάντας διαπτοῆσαι, καὶ εἰς φυγὴν ἐμπεσεῖν. ὁρμήσας δὲ κατ' αὐτοῦ ὁ
200. Βασίλειος, ὁ [100] ῥίψας ἐξ ὄπισθεν τὸ βασιλικὸν Βαρδούκιον, ἔτυχε τοῦ θηρίου καὶ τὸ μέσον τῆς κεφαλῆς, καὶ διέτεμεν. ὁ δὲ Καῖσαρ ὄπισθεν τοῦ Βασιλέως καὶ τὸ εἰωθὸς προδρόμιος καὶ τὸ γενόμενον θρασύμενος, ἔφη πρὸς τινας τῶν σὺν αὐτῷ ὁρμώντων συνήθων αὐτοῦ καὶ γνωστῶν, Ὅτι, οἶμαι, πάσης τῆς ἡμετέρας οἰκίας τὴν καταλυσιν τὸν ἀδελφὸν τοῦτον μέλλει ἡμῖν ἐργάσεσθαι. κατεσοβάζετο γάρ, καὶ τὸ πρὸς πάντα τοῦτου ὑπερτυχές τε καὶ εὐτυχές, καὶ τὴν διὰ ταῦτα τοῦ Βασιλέως διάθεσιν πρὸς αὐτόν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ παρά Λέοντος, φασί, τοῦ τὴν καὶ τὰ πάντα ὑπερτυχοῦς πολυπαθῆ σοφίαν προτεύοντος ἀκούσαι αὐτὸν, ἐν ταῖς πολλάκις περὶ τούτων πιθανεύεσθαι τοῦ ἀνδρός, πρῶτα μὲν, Ὅτι ὑπὸ νεανίσκου τινὸς οὐκέτι τὴν καταλυσιν τῆς οἰκίας γενεᾶς. ἔπειτα, ὡς εἰς ἐμφανὲς προβαίνων ὁ Βασίλειος, καὶ τῷ δακτύλῳ τοῦτον ὑποδείξας τῷ Καίσαρι, λέγοντα, Ὅτι οὗτος τυγχάνει, ὃν ἔλεγον διαδέξειν ὑμῖν μέλλειν ἔσεσθαι. ἐξ οὗ δὲ ὑφωρᾶτο, καὶ ὑπήρθυεν ὁ Καῖσαρ ἀεὶ τὸ Βασίλειον, εἰ καὶ μηδὲν ἀκυρῶσαι ἠδυνάτο, τὴν ὑπὸ τοῦ θείου προκυρωθέντων βουλήματος. οὐ γὰρ οὕτως ἀπροσδόκητον ὡς ἄφυκτον ἀεὶ τὸ πεπρωμένον ὄφελ. καὶ ταῦτα μὲν, εἰ καὶ τῷ παρέβασιν ἴσως, ἀλλ' οὖν ἔξω τοῦ ὑποθέσεως εἴρηται.

ιε'. Φιλοθέου δὲ τοῦ Βασιλέως τυγχάνοντος, καὶ πάλιν μετ' ὀλίγον κυνηγεσίου τε χάριν καὶ μετρίου περιπατήματος τοῦ τῶν Ἁρμαμεντάρεας λεγόμενον τόπον
201. προήσθητο· εἶτα [101] δουλικίου κατιδὼν δεῖπνον τεθέντος, καὶ τοῦ Βασιλέως ὑπὸ παντὸς μετὰ Θεοδώρας καθεζομένου τῶν οἰκείας μήτρας καὶ τῶν ἰδίων συγγενῶν καὶ οἰκειοτέρων τῆς Συγκλήτου, προσεκλήθη καὶ ὁ Πρωτοστράτωρ, τοῦ Βασιλέως κελεύσαντος· καὶ καθεζομένου αὐτοῦ, ἤρξατο Θεοδώρα ἡ Βασιλὶς πυκνότερον ἀτενίζειν καὶ ἀφορᾶν πρὸς αὐτὸν, καὶ καταγνοῦσα καὶ περισκοπεῖν ἀκριβέστερον. ὑπονοοῦσα δέ τινα σύστημα ἐν αὐτῷ, κατ' ὀλίγον ἐλιποψύχησεν, ὥστε καὶ ὕδωρ ἐκχεθῆναι αὐτῇ, καὶ διαῤῥαῦσαι ἀπὸ ῥόδων ψάλματος τὸ πνεῦμα μόλις ἀνακαλέσασθαι. ὅπερ οἱ πρόοντες ὑπανεχώρησαν. εἰς ἑαυτὸν δὲ ἐλθοῦσα καὶ ἀνακάμψασα,

A stantiam videret. Quapropter cum sui crebro specimen coram exhibuisset, in Protostratoris dignitatem evexit.

XIV. Postea venatione indicta in loco, cui nomen Philopatio, Protostrator, uti moribus constitutum est, præibat, ferens Imperatoris clavam in cingulo (Barducium usus vocat.) Edito vero strepitu a venantium turba, lupus quam maximus e sylva erupit, ut omnes fere conterriti turbarentur. Porro Basilius impetu in eum irruens, Barducioque Imperatoris a tergo projecto, caput medium ferit, duasque in partes diffindit. Cæsar pone Imperatorem ex more incedens, remque conspicatus, ad quosdam amicorum ac necessariorum, qui illi comites erant, ait, *Arbitror virum hunc, omnis nostræ familiæ exitium fore.* Hinc enim conjiciebat, quod cuncta illi ex voto ac prospere cederent, quodque sic in eum, ex ea dexteritate ac felicitate, Imperatoris animus propensus esset. Neque propter hoc solum, sed quod etiam (ut aiunt) a Leone, viro in omni sapientiæ genere primas obtinente, audierat, dum ex illo sæpius scisciatur, *Primum a quodam juvene familiam vestram eversum iri invenio.* Deinde clariori effecto Basilio, etiam intento digito Cæsari monstrasse, dicendo, *Hic est, quem vestrum successorem dicebam fore.* Unde etiam suspectum habebant, nullumque finem insidias Basilio struendi Cæsar faciebat; quanquam nihil ille irritum facere potuit, eorum, quæ divina voluntate decreta erant. Non enim sic inexpectata, ut semper ineluctabilis est fatorum vis. Et hæc quidem, etsi forte per digressionem dicta sunt, non tamen extra rem.

Lupi soleæ occisio.

De Basilio vaticinia.

Fata prævisa, non eluctabilia.

XV. Cumque Imperator venatu delectaretur, rursus post non multos dies venationis causa ac moderatæ obambulationis, ad Armamentareæ (sic dictum) locum trajecit; tum cœna seorsum parata, & Imperatore cum Theodora matre aliisque affinibus & ex Senatu magis necessariis, ad mensam sedentibus, vocatus est Protostrator, Imperatoris jussu; illoque sedente, cœpit Theodora Imperatrix oculos in eum intendere, & conspicere, ac considerare, exactiusque examinare; demum, agnitis quibusdam in eo notis, sensim animo linqui, ut vix tandem effusa in eam aqua & rosarum stillis, animum revocaverit. Tumque qui aderant, se subduxerunt. Recepto autem animo ac recreato, scisci-

Theodoræ præsagium de Basilio.

tante ex illa, Filio & Imperatore, *Quidnam illi porro accidisset, quave de causa sic repente extra se facta esset?* a mentis se ægre turbatione colligens, *Quod nimirum*, ait, *quem audivi a patre tuo, Domine & Fili mi, familiam nostram extirpaturum, ille est, quem tu Basilium vocas. Qua enim is signa dicebat habiturum, qui noster hæres & successor futurus esset, hic homo habet. Hinc rem totam animo complexa, ac velut jam oculis excidium usurpans, conturbata actaque vertigine, animo defeci.* Imperator matris metum sedans, ad sanamque eam mentem revocans ac solans, *Male suspicaris*, inquit, *ô mater. Hic enim homo idiota est & oppido simplex, robore duntaxat præditus, velut antiquis temporibus Sampson, nec quicquam amplius; sed velut Enachus & Nembrodus nostro hoc ævo existit. Nihil itaque ex illo timeas, nec sinistram ullam suspicionem geras.* Inque eum modum tum Basilius divino numine ejusmodi obortam procellam evasit.

Damianus Accubitor per calumniam oppressus.

XVI. Erat per hæc tempora Michaeli Accubitor eunuchus Damianus nomine, genere Sclavus. Is, pro ea propensione qua in herum ferebatur, haud raro cum de aliis nonnullis referebat, non satis ex officij ratione negotia pertractantibus, tum præcipue de Barda Cæsare Imperatoris avunculo; quod nimirum potestatis partem longe maximam in se transferret, sæpiusque æqui ac honesti metas excederet: nonnullas etiam Cæsaris dispositiones evertebat, docens Imperatorem aliter se res habere ac ille insinuaret. Idcirco Cæsar amicis suis, iisque qui ingenue animique candore admonere videbantur, eique consulere, suadentibus, insidias in Damianum molitur; multisque apud Imperatorem calumniis onerans, instructaque probabili accusatione, Imperatoris ab eo animum avertit, ejusque in eum benevolentiam sustulit, ut & dignitate movendi auctor illi extiterit. Expulso itaque Damiano, ea dignitas per aliquot tempus vacavit. Cæterum divina providentia, quo illi constitutum est, res agente, cassa prudentia est, suisque astutia ipsa capitur dolis. Cum enim Cæsar aliique plures, alii alium Damiano sufficiendum loquerentur, remque clanculum pro cujusque animi propensiore affectu solicitarent, præter omnem illorum spem, post breve tempus suo ipse nutu Imperator Basilium Accubitorem præficit, Patricij quoque collata dignitate; nuptumque data muliere,

Basilius Accubitor.

A τῷδε τῷ υἱοῦ καὶ Βασιλέως ἐπηρώτα, Τί ἄρα
ὁ γεγονὼς ἐπ' αὐτῇ, καὶ πόθεν οὕτως ἀθρόως
ὑπεστώθη αὐτῇ ἡ ἔκστασις; ἡ δὲ μόλις ἑαυτὴν
ἐκ τοῦ θορύβου τῆς φρενὸς σωσαμένη,
ἔλεγεν, Ὅτι οὗ ἤκουον τοῦδε τοῦ πατρός σου,
δέσποτα καὶ τέκνον ἐμόν, μέλλει ἐξολοθρεύ-
σειν τὸν ἡμέτερον οἶκον, οὗτός ἐστιν, ὃν λέγεις Βα-
σίλειον. τὰ σύμβολα γὰρ, ἅπερ ἔλεγεν ἔχειν τὸν
ἡμᾶς ἀφαιρήσεσθαι μέλλοντα, ἔστι ὁ ἄνθρω-
πος κέκτηται. ὅλην τὸ σῶμα ὅλον τῇ διανοίᾳ
τοῦδε λαβοῦσα, καὶ ὥσπερ κατ' ὀφθαλμοὺς τὴν
ὅλεθρον βλέπουσα, ἀφαιρεθεῖσα ἐξέλιπον.
ὁ δὲ Βασιλεὺς ὁ θεὸς ἀφαιροῦ τῆς μητρὸς, καὶ εἰς
B τὸ καθεστὼς ἐπανάγων καὶ τοῦδε μυθούμενος, Κα-
κῶς ὑπέλαβες, ἔφη, ὦ μῆτερ. ὁ γὰρ ἄν-
θρωπος οὗτος ἰδιώτης ἐστὶ καὶ πάνυ ἀφελής, δώ-
ρειαν μόνον ἔχων, οἷόν ὁ πάλαι Σαμψών, καὶ
οὐδὲν ἕτερον· ἀλλ' ὡς τις Ενὰκ ἢ Νεμβρωδ, ἐν
ταῖς ἡμέραις ἡμῶν ἀναφανείς. ἐξ αὐτοῦ τοίνυν
μηδένα φόβον ἔχε, μηδ' ὑποψίαν τινα κεκ-
τήσῃ πονηράν. καὶ τότε μὲν οὕτως ὁ θεοῦτον κῦμα
ὑπὸ θεοῦ φερωνύμως προέφραμεν ὁ Βασίλειος.

ιϛ'. Εἶχε δὲ κατὰ τοὺς χρόνους ἐκείνους Παρα-
κοιμώμενον ὁ Βασιλεὺς τὸν θυνοδρὸν Δαμιανὸν τὸν
Πατρίκιον, τοῦ γένους Σκλάβον, ὃς δὴ φιλοδέσπο-
τον παῖδος ἔλεγε πολλάκις τοῦ Βασιλέως καὶ ἄλ-
C λων μὲν πάνυ, ὡς μὴ κατὰ τὸ δέον τῶν πραγμάτων
ἐξηγουμένων· ἐξαιρέτως δὲ περὶ τοῦ θείου αὐτοῦ
Βάρδα τοῦ Καίσαρος· ὡς ὁ πλέον τοῦ κράτους εἰς
ἑαυτὸν μετηγάγετο, καὶ πολλάκις ἐκφέρεται τοῦ
καθήκοντος. καὶ ἐκ τοῦ οἰκείου τοῦ τοῦ Καίσαρος
ἀναγέπειν δίκαιον, ἕτερος ἔχει τὰ πράγ-
ματα ἀναδιδάσκων τοῦ Βασιλέως. διὸ ἃ συμπει-
θεὶς ὁ Καῖσαρ ὑπὸ τῶν οἰκείων φίλων καὶ γνη-
σίων πραγμάτων καὶ συμβούλων, κατὰ τοῦ Δα-
μιανοῦ συσκευάζεται, καὶ πολλαῖς διαβολαῖς κατ'
αὐτοῦ πρὸς τὸν Βασιλέα χρησάμενος, καὶ πιθα-
νῶς σαυτοῦ τὰ κατηγορούμενα, μετεκίνησε τὸν
τοῦ Βασιλέως νοῦν, καὶ ἀπὸ τῆς περὶ Δαμια-
D νὸν οἰκείας μετέστησεν· ὥστε καὶ ἀφαιρεθῆναι πᾶ-
σαν τῆς οἰκείας ἀξίας αὐτόν. ἐξωθεῖται οὖν ὑπὸ ἐκεί-
νου, ἐγήρευε λοιπὸν ὁπὸ χρόνον ἀνὰ ὃ θεοῦτον
ἀξίωμα. ἀλλ' ὅταν ἡ θεία πρόνοια πρὸς ὃ βούλεται
σοφωτάτην τὰ πράγματα, καὶ φρένησις ἀφράκτοις,
καὶ σοφουργία τοῖς οἰκείοις σοφίσμασι περιδράττεται.
τοῦ γὰρ Καίσαρος καὶ πολλῶν ἄλλων ἐκφέρον τε καὶ ἄλ-
λοσε εἰς ὃ θεοῦτον ἐπαναβιβασθῆναι ἀξίωμα λογο-
ποιούντων, καὶ λεληθότως ὑπαπευδόντων, τοῦδε πά-
σῃ αὐτῶν ἐλπίδα μὴ χαρὰν ἡ πολιὰ προβάλλε-
ται Παρακοιμώμενον ὁ Βασιλεὺς τὸν Βασίλειον, ἡ-
μήσας αὐτὸν καὶ Πατρίκιον· καὶ γυναικὶ συζεύξας,

202. βίμορφίᾳ σώματος καὶ κάλλει [202] καὶ κοσμιότητι προτευούσῃ πάντων τῶν βιλημίδων ἀρχόν, ἡ θυγάτηρ ἐτύγχανε τῷ τότε πάντων ἐπ' εὐβουλίᾳ καὶ φρονήσει λαλουμένου τότε τῷ Ἰγγρος. τούτου δὲ γνωσθέντος, καὶ καθ' ἑκάστην ἐπιδιδούσης τῆς τοῦ Βασιλέως ἀγάπης πρὸς τὸν Βασίλειον, ὁρῶν ὁ Καῖσαρ, καὶ τῷ φθόνῳ δακνόμενος καὶ ὑπὲρ τοῦ μέλλοντος ὀρρωδῶν, πολλάκις τοῖς ὑπὸ ἀφθονίᾳ τοῦ Δαμιανοῦ γνώσθαι αὐτὸν βουλευσαμένοις καὶ προρμήσασι, ἐλοιδόρει καὶ κατεμέμφετο, ἀφρονας αὐτοὺς καὶ κακοβούλους ἀποκαλῶν, Οἷς, φησὶν, ἐγὼ πρὸ ὃ δέον πιθεὶς, καὶ ἐξελάσας ἀλώπεκα, λέοντα εἰσήγαγον, ἵνα πάντας ἡμᾶς καταφύξῃ καὶ καταβρώξηται.

203. ιζ'. Ἀρτι δὲ τοῦ Βασιλέως Μιχαὴλ [203] μετὰ Βάρδα τοῦ θείου Καίσαρος κατὰ Κρήτης ἐκστρατεύοντος, καὶ σφοδρότερον τοῦ Καίσαρος χρωμένου τοῖς προστάγμασι, καὶ ἐξουσιαστικώτερον ἐκφέροντος τὰ προστάγματα, ἤρξαντο πυκναὶ καὶ συνεχεῖς αἱ κατ' αὐτοῦ διαβολαὶ καθ' ἑκάστην τῷ Βασιλεῖ Μιχαὴλ διαγγέλλεσθαι. ἐν Κήποις δὲ γνωσθέντων αὐτῶν (τόπος δὲ οὗτος κατὰ τὸν πρὸς Μαιάνδρῳ Θρᾳκησίων προάστειον) καὶ εἴτε κατὰ τύχην εἴτε κατὰ σπουδὴν τῆς τοῦ Βασιλέως αὐλαίας, ἤτοι κόρτης, ὑπὸ χαμαιπετοῦς καὶ ὑπαιθρίου καλιᾶς τόπου, τῆς δὲ τοῦ Καίσαρος ἐν ἀπόπτῳ ὑψηλῷ, τούτης θύραθεν δῆλον ὁραζομένου ἀφορμῆς, οἱ πάλαι βαρυνόμενοι καὶ μισοῦντες τὸν Καίσαρα, πολλὰς κατ' αὐτοῦ, ὡς ἐψευσμένος ἤδη, καὶ φανερῶς εἰς τὸν Αὐτοκράτορα ἐξυβρίζοντος, εἰ τοῖς ἄλλοις ἅπασιν ὀρθὸν ἐφαίνετο, καὶ τούτῳ φιλοτιμήσασθαι ἔπαυσεν, ἵνα χαμαιπετὴ μᾶλλον καὶ ταπεινὴ ἡ τοῦ Αὐτοκράτορος σκηνὴ δείκνυται· ἡ δὲ ἐκείνου, περιφανὴς καὶ μετέωρος. πειθοῖς δὴ τούτοις ὁ Βασιλεὺς, κινεῖται πρὸς τὸν κατ' αὐτοῦ συσκιασμὸν, καὶ πρὸς τὸν βουλεύσασθαι καὶ σκέψιν τῆς αὐτοῦ αἱρέσεως. οὐ γὰρ ἠδύνατο φανερῶς κατ' αὐτοῦ τι ἐξενεγκεῖν ἢ ἀποφήνασθαι, διὰ τὸ ὁμότιμον σχεδὸν εἶναι καὶ κοινωνὸν τῆς ἀρχῆς, καὶ διὰ τὸ διδύναι πολλοῖς τῶν ἑταιρειῶν αὐτοῦ φατρίαν καὶ σύστασιν, καὶ τὸ πολλοῖς τοῖς Ἀρχοντάς τε καὶ Στρατηγοὺς αὐτοῦ προσομαίκειν, καὶ πρὸς αὐτὸν μᾶλλον ἢ πρὸς τὸν Βασιλέα ὁρᾶν, ὡς καὶ μᾶλλον ἐκείνου τοῖς προστάγμασι νήφοντος, καὶ πρὸς τὸ δοκοῦν μεταφέροντος ἕκαστα· καὶ μάλιστα διὰ τὸν Ἀγύπατον καὶ Πατρίκιον Ἀντίγονον τὸν υἱὸν αὐτοῦ, Δομέστικον τῶν τηνικαῦτα τῆς Βασιλικῆς τυγχάνοντα σχολῆς. πλείω ἔργα πολλοῖς ὁ Βασιλεὺς τοῖς κοινωνοῦσιν αὐτῷ τῆς βουλήματος, καὶ καταπαγγομένοις

*Fort. πλὴν κατ' αὐτῶν ἐξελάσαντ, vel ἐξελάσαι προσελάσαντα.

A corporis forma & venustate atque pudore, inter omnes alias nobiles fœminas fere principe, Jngeris filia, viri eo tempore apud omnes nobilitate ac prudentiæ laude celeberrimi. Hoc ita gesto, ac cum magis in dies Imperatoris erga Basilium amor incresceret, videns Cæsar, invidiaque stimulatus, ac futuri metu consternatus, eos qui ipsi insidiarum in Damianum auctores extiterant, inque eas impulerant, non raro maledictis ac convitiis incessebat, insulsos vocans ac inconsultos, *Quibus*, inquit, *ego, supra quam decebat fidem habens, ejecta vulpe, ejus loco leonem induxi, ut nos omnes* B *devoraret ac deglutiret.*

Prætexta Cretica expeditio ad bardæ necem.

XVII. Jam vero Michaele Imperatore cum avunculo Barda Cæsare adversus Cretam profecto, ac Cæsare arrogantius rebus utente, majorique quam pro munere auctoritate imperia edente ac præcipiente, crebræ in eum quotidie ac continuæ criminationes cœptæ Imperatoris Michaelis aures pulsare. Cepos cum venissent (est locus in Thracesiis maritimus ad Mæandrum) ac, sive casu, sive de industria, Imperatoria aulæa sive cortinæ, in humili & depresso loco; Cæsaris, in conspicuo excelsoque expansæ sunt. Hac velut specioſa arrepta C occasione, qui gravi pridem animo erant, ac Cæsarem oderant, multa in eum crimina jaciunt, ut qui jam insolesceret, palamque in Imperatoris contemptum injuriamque prorumperet, dum reliquis omnibus non contentus, vel in hoc ambitiosi animi specimen de industria quæsierat, ut Imperatoris tentorium humile ac depressum esset, ipsius vero conspicuum excelsumque extaret. His itaque persuasus Imperator, ad adornandas illi insidias convertit animum, deque eo tollendo serio cogitat ac deliberat. Nec enim palam licebat in eum aliquid proferre aut decernere, quod pari fere dignitate fulgeret, sociusque Imperij esset; & quod omnes, illius amicos & sodales fœderatosque pertimescerent, cunctique Proceres ac Duces exercitus illi addicti essent, ad eumque magis, quam ad Imperatorem animum attenderent, eo quod præ illo magis rebus invigilaret, singulaque arbitratu suo & nutu mutaret; sed præcipue ob Proconsulem & Patricium Antigonum, illius filium, tunc temporis Prætorianarum Scholarum Domesticum. Cæterum etiam habebat Imperator multos ejus sibi consilij conscios, ac qui ipsi in se rece-

pissent cædem se perpetraturos. Mane itaque Cæsar ex more ad Imperatoris tentorium venit (etsi mala omnia auguriaque illi ante visa erant) de præsentibus negotiis consilium cum eo habiturus. Opportunum vero illud tempus ad ejus cædem ratus Imperator, nutu Symbatio Patricio Cursus Logothetæ (qui Cæsaris filiam sibi matrimonio junxerat, ac conjurationis cum Imperatore socius erat) indicat, ut exiens sicarios inducat. Egressus ille, signum dat, quod inter illos erat constitutum, ut nempe signo crucis frontem consignaret. Dato signo, molliore forsitan animo viros pavor incesserat, inque ipso sceleris articulo, ob facinoris immanitatem vertigine correpti moras nectebant. Hinc Imperator consilij inops, penitus hæsitare; audiensque ex quodam sacri cubiculi ministrorum, conjuratos animis consternatos ac formidolosos aggressionem differre (mentis sanè sensusque generosi audacisque facinus!) ex cubiculi intimis, domesticum quendam fidumque ad Basilium Patricium & Accubitorem mittit, metuque actus denuntiat, *Ni citius, iis qui ad rem patrandam parati sunt, animos addideris, utque statim manum operi admoveant cos impuleris, ne confestim nevi ab eo me necatum iri. Neque enim fieri potest, ut ille non noverit, quas in eum insidias struxi; vosque potius mea necis auctores videbimini esse ac sicarij.* His auditis Basilius, anxiusque ne quid mali Imperatori accideret, quam citissime, pavidos audaces facit; terrore perculsos, fiducia erigit, & ut Imperatoris decreto asserviant, impellit. Velut itaque animis pleni, in Imperatoris tentorium irrumpunt. Cæsar, id quod erat, advertens, in se, suique tollendi gratia, fieri concursum, resiliens, ad Imperatoris pedes provolvitur. Quem inde extractum sicarij, ante illius pedes jugularunt; mensis Aprilis die vigesima-prima (id est, ad XI. Kal. Maias) XIV. Indict. Statimque dimisso exercitu, Imperator Constantinopolim revertitur.

Symbatius Bardæ gener, eius necis promotor.

XXVIII. Illico autem ad summam rerum provehitur, qui hactenus secundas in Rep. tenebat, Basilius; atque ab Optimatibus, inferioribusque ordinibus, omnique exercitu & reliqua urbana plebe, qui & antea supplicibus a Deo votis iis exposcebatur, Imperator acclamatus est. Is vero, mox ac Reip. clavo admotus est, tum se ipse, tum Imperij habenas Deo dicavit, hæc verbis solennibus orans. *Christe Rex, qui tuo judicio ac nutu Imperium adeptus sim, tibi illud pariter, meque ipsum consecro.* Moxque accersitis Senatus primoribus, muniisque publicis ac dignitatibus præcellentibus, iis coram Regiorum thesaurorum penum aperuit: nec aliud quicquam ex tanta pecuniarum vi inventum, quam tria duntaxat, quemadmodum paulo ante dicebam, centenaria. Quare indagans Imperator expensi codicem, eoque invento apud senem quendam Eunuchum Basilium Protospatharium, intelligensque quo illæ abiissent, cum Optimatibus ejus rei causa consilium habuit. Horum una concors sententia fuit, *Ipsos qui male acceperant, in Ærarium referre oportere.* Imperator judicij acrimoniam temperans, *Semissem receptorum in Ærarium publicum singulis referendam* sanxit. Ita factum est, ut & illis, etsi nulla digni munificentia erant, accepti muneris pars haud exigua cederet, & trecenta centenaria ad Ærarium publicum redirent: unde in urgentibus negotiis subministrare cœpit Imperator, exque officij ratione Remp. gerere. Basilius Imperator.

XXIX. Qua die Imperij summam adeptus est Basilius, velut Deo Romanarum rerum in melius mutationis indice, multorum tropæorum nuntij in Augustam hanc Urbem advenerunt; multisque Christianis assertam ex captivitate libertatem ad eam perlatum est. Pompa itaque progressus Imperator ad magnum Dei Templum, cui ab ejus Sapientia nomen est, proque omnibus simul gratiarum actione perfunctus, redeundo consularia sparsit munera, ingentemque vim pecuniarum, non ex publicis (quæ non suppetebant) sed ex propriis, quas ante possederat, in subditos plebemque distribuit. Uxor quoque Eudocia cum liberis Constantino & Leone, pari & ipsa largitione, multas civibus pecunias ex suis erogavit. Ac licet eo tempore Imperator multa adhuc rei nummariæ egestate premeretur, uti dictum est, postea Faustus Basilii ad Imperium adventus.

tamen uberes satis opes adeptus est; partim quidem, Dei munere ac nutu ob ejus in pauperes misericordiam ac æquitatem, multis sub terra occultis thesauris, illo rerum potiente, in lucem productis; partim vero etiam ex auro, quod in privato Imperatoris Ærario: quod nempe ejus decessor Michael, conflatis egregiæ fabricæ pulcherrimisque operibus (aurea scilicet sic vocata Platano, duobus auro solidis Gryphibus, totidemque auro ductilibus Leonibus, auroque solido Organo, variaque alia mensæ supellectili ipsa aurea, Imperialibusque & Augustiacis indumentis, magnorumque Principum ac Magistratuum vestibus, cunctis auro contextis) uti dictum est, reposuerat, ac pro libidine abusurus erat. Prærepto enim illo, aurum repertum est, signatumque, Imperatori in omnibus per quam utile fuit. *Opus enim*, aiebat, *esse pecuniis; nec si desint, fieri posse aliquid eorum quæ deceat.* Sed hæc postea evenerunt.

Aurea politices sent.

XXX. Tunc vero quandoquidem ad Imperij gubernacula, divinæ providentiæ nutu Basilius sederat, statim a linea, ut aiunt, ipsisque carceribus, sedulo operam posuit, ut nihil rei magnitudini impar videretur. Itaque noctu pervigil erat, interdiu animo dispiciebat, nullam non movens rationem, nullum non consilium versans, ut boni alicujus auctor subditis fieret, & ut illustrem magnamque res mutationem in melius acciperent. Hinc primum incorruptissimus ipse nullaque munerum sorde a recti libra declinans, omnium optimos delectos promovebat, quibus, partim a seipsis (ut qui optimi erant) partim vero ab Imperatoris sedula inspectione, primum opus ac studium erat, ut præ reliquis a quovis munere manus puras servarent; tum ut præ omnibus virtutibus justitiam colerent, & ut ubique æquitas vigeret diligentem operam navarent, nec a divitibus pauperes opprimi, vel quemquam innoxie noxam subire, sinerent: sed *inopem & egenum de manu fortiorum eriperent*, paulatimque eos recrearent, quos ob præteritorum injuriam animo delinqui noverant ac collabi, eosque sublevantes ad pristinam omnes felicitatem reparare studerent. Hi porro, tum qua ipsi jam initio ratione ac sponte ad virtutem propensi erant (tales enim omnino deligebat) tum Imperatoris circa hæc solicitudine, ac vigili in omnibus circunspectione,

Basilii solicitudo Reip.

Psal. 34. 10.

χρημάτων πλῆθος αὐτῷ ἱκανόν· τῶν μὲν Θεοῦ ἕνεκα τὸν πρὸς τοὺς πένητας ἔλεον αὐτοῦ καὶ τὴν δικαιοσύνην, πολλοὺς τῆς ὑπὸ γῆν θησαυροὺς ἐπὶ τῶν ἡμέρων αὐτοῦ εἰς φῶς ἐκδοκήσαντος προελθεῖν· τῶν δὲ καὶ ἀπὸ τοῦ ιιη΄ ἐπὶ τῆς Εἰδι- 219.
κῆς ἐυρεθέντος χρυσοῦ· ὃν ὁ προβεβασιλευκὼς Μιχαὴλ, τὰ κάλλιστα τῆς ἔργων συγχωνεύσας· λέγω δὴ τὴν χρυσῆν ἐκείνην καλουμένην Πλάτανον, καὶ τοὺς δύο ὁλοχρύσους Γρύπας, καὶ τοὺς δύο χρυσοῦς σφυρηλάτους Λέοντας, καὶ τὸ ὁλόχρυσον Ὄργανον, καὶ ἕτερα τῆς ὑπὸ τῆς τραπέζης χρυσωμάτων ἔργα διάφορα, καὶ τοὺς βασιλικοὺς τε καὶ αὐγουστιακοὺς στολὰς, καὶ τοὺς ἀρχικοὺς μεγάλοις ἁρμόζουσας ἐνδύσεσι, πάσας συγχωνεύσας χρυσοϋφεῖς· ἃ δὴ πάντα συγχωνεύσας, ὡς λέλεκται, εἰς τὰ καθ' ἡδονὴν αὐτοῦ ἔμελλε ἀποχρήσασθαι· προφθαρπαθέντος δὲ ἐκείνου, εὑρέθη ὁ χρυσὸς, καὶ χαραχθεὶς εἰς ἅπαντα γέγονε χρήσιμος τῇ Βασιλείᾳ. Δεῖ γάρ, φησι, χρημάτων· καὶ δοῦλοι τούτων ἐσθ' ὅτε γίνεσθαι τῶν δεόντων. Ἀλλὰ τῶν μὲν ὕστερον.

λ΄. Τότε δὲ, ἐπειδὴ ὅπερ τῆς ἀρχῆς οἰάκων ἐπὶ τῆς προνοίας προβιβασθεὶς ἐκράτησεν ὁ Βασιλεὺς, εὐθὺς ἀπὸ γραμμῆς, φασὶν, ἄξιος ἐπεπύστευτο φυλάττειν τὸ μεγέθους τοῦ πράγματος· καὶ νύκτωρ διεγρήγορε, καὶ μεθ' ἡμέραν διεσκόπει, πάντα κινῶν λογισμὸν καὶ πᾶν στέφων βούλευμα, ὅπως ἀγαθοῦ τινος ἀρχὸς τοῖς ὑπ' αὐτὸν ἅπασι γένοιτο, καὶ ὅπως ὅπερ ὁ ἄμεινον ἐμφανῇ, καὶ μεγάλῃ μεταβολῇ τὰ πράγματα δείξηται. καὶ πρῶτα μὲν, ὅπερ ταῖς ἀρχαῖς ἀδιαφόρατα τοῖς πάντων ἀρίστοις ἐκλεγόμενος προεβάλλετο, οἷς ἐῶ δ' οἴκοθεν, ἅτε ἀρίστοις οὖσι, καὶ ἀπὸ τῆς ἀκριβοῦς τοῦ Βασιλέως ἐπισκέψεως πρῶτον ἔργον καὶ σπούδασμα, τὸ περὶ τῶν ἄλλων ταῖς ἰδίαις χερσὶ καθαρὰς ἀπὸ πάντοτε διαφυλάξαι λήμματος. εἶθ' οὕτως πασῶν τῶν ἀρετῶν πλέον ἁπάντων δικαιοσύνῃ, καὶ ἰσότητα προσκυδώσαν ἐμπολιτεύεσθαι πάντῃ, καὶ τὸ μὴ καταδυναστεύεσθαι ὑπὸ τῶν πλουτούντων τοὺς πένητας, μηδὲ ἀδίκως ζημίᾳ τινὰ ὑποβάλλεσθαι· ἀλλὰ ῥύεσθαι πένητα καὶ πτωχὸν ἐκ χειρὸς στερεωτέρων αὐτοῦ, καὶ κῆν μικρὸν ἀναλαβεῖν τοὺς ἀνδεεῖς, οὕπερ ἀπὸ τῶν φθασάντων ἤδη λιποψυχοῦντάς τε καὶ ἐκλείποντας, καὶ ἀναῤῥωννύντας ὅπερ τῆς ἀρχαίας ἀπάθειας εὐεπείας ἀπορρώγα ἀπεκαθίστα. ὧν καὶ ἕνεκα τοῦ ἐξ ἀρχῆς πρὸς τὰ βελτίω ῥοπὴν τοιοῦτοι γὰρ πάντως οἱ ἐκλεγόμενοι, καὶ διὰ τοῦ Κρατοῦντος θεὸς ταῦτα ἀπορρώννυσι, καὶ ἐγκηρύττῃ πάντοτε θεῖσθαι,

εἰς

ἐᾶς πᾶν ὃ δίον προθύμως ἀλλήλοις ὑπερβαλέεσθαι ἀμιλλωμένων, ἅπασα μὲν ἀδικία δίκης ἀπὸ πάντων ἠλαύνετο, καὶ ὃ δίκαιον ἐπιῤῥοπάζετο, καὶ αἱ πρὶν ὑπὸ τῶν Βριαρέω χεῖρες πρὸς τὰ ἀλλότρια ἐκτεινόμεναι, σκνεναρκωμέναις ὥσπερ καὶ πεπτωκυίαις ἐῴκεισαν· καὶ τὰ ἀσθενῆ πρὸ τούτου τῶν πενήτων μέλη ἐῤῥώννυτο, ἀφ' ὧν ἕκαστος τῷ οἰκείῳ βάλλειν ἐργάζεσθαι καὶ τὸν ἴδιον ἀμπελῶνα καρποῦσθαι, καὶ τῷ ἐλαίῳ καὶ τῷ συκῇ τῷ παρεῦσαι, μηδένα ἐᾷ τὸν τολμῶντα ὑπὸ τῷ αὐτῷ ποιεῖσθαι ἐξουσίαν· ἀλλ' ἕκαστον ἐν τῇ σφετέρᾳ καὶ παρεούσῃ τύχῃ σκιᾷ ἀναπαύεσθαι. καὶ οὕτω μὲν περὶ τὸν ὑπὸ χεῖρα πάντα λαόν, τῶν τε χωρῶν καὶ τόπων καὶ πόλεων τῆς ἑαυτοῦ ὑπηκοΐας, ὁ εὐσεβὴς διεῆγεν Βασιλεύς. Εἰ δέ τις ἦν ὄζος κακίας ἔν τινι στρεβλὸς ἢ μάλα σφαλερὸς, ὑπὸ τῶν κατ' μέρος ἀρχόντων μεταβληθῆναι, ἢ τέλεον ἐκκοπῆναι οὐκ οἷός τε ἦν, δι' αὐτοῦ ἐκείνου τοῦ Βασιλέως ἢ μετεκάλλετο, ἢ ἄλλοίως πως τῷ ἰατρείαν ἐδίδου. τέλεον γὰρ ἐξαρᾶν πάντοτεν τὴν ἀδικίαν ὁ κρείττων ἐπεφιλοτίμητο, πάμπολλά τε ἀφαιρέματα ἀξίλεγε, καὶ κατ' πᾶσαν χώραν ἐξέπεμψεν, δι' ὧν πᾶσα δίκης μέτρον ἔστε ὃ βέλτιον ἔχειν δοκοῦσα, ἀφῃρεῖτο πάντα τῷ πάντοθεν ἀπὸ χρόνου σφηκῶσθαι, αἴτησίν τε ἐξεκόπτετο, καὶ ἰσονομία πᾶσα καὶ δικαιοσύνη, ὥσπερ ἀπό τινος ὑγροτέρου φυγῆς ἐδόκει καινέναι πρὸς τὸν βίον, καὶ τοῖς ἀνθρώποις ἐμπολιτεύεσθαι.

Λά. Ἀλλὰ καὶ τοὺς εἰς τὸ κρίνειν ἐπιτηδείους, ἀπὸ τῶν μαθημάτων ἔχειν ἱκανὸν μαρτυρουμένους, ἀπὸ δὲ γνώμης καὶ προαιρέσεως τὸ εὐσεβές τε καὶ ἀδωροξένητον, ἀξιώμασί τε τῆς ταπεινοτέρας βαθμίδος ὑπαίρων καὶ ἀνυμνῶν, καὶ ῥόγαις σιταυσίοις ἐκθέσει καὶ σιτηρεσίοις ἄλλοις καὶ φιλοτιμίαις προκαῖς δεξιούμενος, καὶ πᾶσαν χρεὼν ἀγαγὼν καὶ πρὸς βίαγες σφετέραν ἐγκατέστησεν. ἐξαιρέτως δὲ τὸ λεγόμενον [220] τῆς Χαλκῆς λαμπρότατον τὸ πάλαι καὶ ἀξιάγαστον οἴκημα, τῷ χρόνῳ καὶ τῇ τῶν Κραταιωτῶν ῥᾳθυμίᾳ· ἴσως δὲ καὶ ἀπό τινων ἐμπρησμῶν, καὶ μέρη πολλὰ ἀφῃρῆνεν, ἐκ τοῦ ὀφθοῦ πονήσασθαι ἐκέλευε, αὐτὸς ἐκ πόνου ἐκ δαπάνης συχνῆς ἀπεκάθηρέ τε καὶ ἀνεποιήσατο, καὶ κοινὸν κατέστησε δικαστήριον, Ἀρείου τε πάγου καὶ Ἡλιαίας σεμνότερον. οὐ μόνον δὲ ἀφ' ὧν τῶν κριτῶν ἐκλογῆς τε ἐκ προβολῆς, τοῖς ἀδικεῖσθαι λέγουσιν ὀρθῶν τυγχάνειν προεπόησατο, ἀλλὰ

A cum se mutuo in omni officij genere superare contenderent; statim omnis injustitia ab omnibus procul facessere, ac justitia omni palam coli libertate; manusque supra quam Briarei antea ad aliena rapienda extentæ, torpidis stupefactisque similes decidere: infirmaque prius egenorum membra, robur viresque accipere; idcirco nimirum, quod singulis suam libere exercentibus glebam, vineæque proventu fruentibus, avitæque olivæ ac ficus, nemo erat qui hæc sibi quavis injuria usurpare auderet; sed quisque in horum consueta auitaque umbra conquiesceret. In hunc se modum pius B Imperator erga omnes subditos habebat, tum qui ruri inque oppidis, tum qui in Urbibus agebant, quantum Romani Imperij sese ditio protrahebat. Sin autem aliquis, veluti malitiæ ramus in aliquo valide nimis conglobatus, a singularibus Præfectis ac Magistratibus aut convelli, aut exscindi omnino non poterat, ipsiusmet Imperatoris opera meliori fruge componebatur, aut certe variis aliis modis medicinam accipiebat. Cum enim optimus hic Imperator per omnem late ditionem injustitiam prorsus extirpare contenderet, ubique sancita edidit, inque omnes provincias C misit, quibus datio omnis ac præstatio, præ inolita olim prava consuetudine haud aliena a ratione visa, tollebatur ac exscindebatur; omnisque æqualitas ac justitia, velut a prolixo quodam exilio ac fuga in vitæ usum reduci, interque homines novum vigere videbatur.

Munerum in judiciis abolita præstatio.

XXXI. Sed & qui ad judicia idonei, exque disciplinis in eam rem instructi satis, animique sententia ac voluntate religiosi integrique noscebantur, collatis honoribus ab humiliori gradu sustollens atque exaltans, annuisque stipendiis & frumentatione aliisque muneribus liberaliter donans, per singulos propemodum vicos domosque religiosas constituit. Potissimum vero, quam Chalces vocant, conspicuam olim ac admirandam Ædem; temporis injuria, eorumque qui rerum potiti erant, negligentia (forte etiam incendiorum vi) multis in locis labefactatam, obsoleto tecto ac collabente, ipse & labore & profusis sumptibus expurgavit atque refecit, forumque judiciale destinavit, Areopago Heliæaque multo augustius. Nec Judicum solummodo delectu ac promotione illis providit, qui se injuria lædi quererentur, sed

Chalces prætorium instauratum.

Constituta actoribus annona.

& diurnis alimentis iis constitutis, qui a potentioribus per vim quotidie in Urbem traherentur. Veritus enim ne necessarij commeatus penuria, necdum absoluto negotio haud raro quidam Urbe excederent; sufficientes constituit reditus, unde actores procurarentur, donec a Judice dicta eis sententia esset. Nec ista modo ejus inventa ad injuriam penitus profligandam, sed & seipsum in hanc dedidit partem. Cum enim a ducendis exercitibus, aut dandis responsis undequaque adventantibus Legatis, ei vacaret, ipse se aula subducens, inque Genico posito tribunali (sic dicto loco, uti videtur, quod ex omni loco ad publicas rationes eo confluerent) eos qui a publicanis haud raro, ut fere contingit, ob Imperij amplitudinem, injuria afficerentur, ac velut ad Prytaneium ad ejusmodi judicij locum confugerent, suasque expostulationes offerrent, magno labore assiduaque diligentia examinabat, atque in eum modum, iis qui injuria afficiebantur, vindex sedebat; eos vero qui faciebant, pœnis a lege præscriptis, ne talia deinceps auderent, deterrebat. Subsecutis deinde temporibus, fama est, cum ad eum judicij locum atque palæstram accessisset, illis vindex futurus, qui ulla injuria pulsarentur; nemine expostulante, cum in mentem venisset, ne forte ingressu ad ipsum prohiberentur, qui damnum aliquod injuste paterentur, ex stipantium cohorte misisse, qui per varia Urbis loca inquirerent, num quis adversus aliquem expostularet. Ubi redierunt, nullum se inveniisse dicentes, qui querelarum aliquid adversus aliquem haberet; gaudio ferunt, generosi pectoris virum in lacrymas effusum esse, atque in eum modum Deo gratias egisse. Ad hæc considerans, inde improbis injuriæ ansam fore, quod veteres conscribendis publicorum vectigalium tabulis, brevitatis causa numerorum partibus ac apicibus, puta semissis, sextantis atque unciæ uterentur; hanc quoque injuriæ occasionem ablaturus, statuit decrevitque, ut literis simplicibus, quæ vel rusticis lectu faciles essent, integrisque & apertis calculis quantitate notata, exactionum codices scriberentur; expensis de suo in chartas & scripturam ac scriptores constitutis, ne ulla pauperibus injuria fieret. Et hoc quidem tale tantumque illius erga subditos curæ diligentiæque indicium; quodque nemini ullam fieri injuriam vel-

Basilius ipse causis vacans.

Sublatæ exrationum codicibus numerorum breviatæ notæ.

A καὶ ἀφ' τῆς πρόοχῆς τῆς καθ' ἡμέραν ζοφῆς, τῶν ὑπὸ τῇ σφῷ τῶν ἰσχυροτέρων βία ἑκάστοτε πρὸς τὸν βασιλεύουσαν ἀναγκαζομένων εἰσ-
πορεύεσθαι. δείσας γὰρ μὴ ἀπορία τῶν ὑποτη-
δείων πολλάκις ὁδὸς, πρὶ τὰς πᾶσας τὰν κατ'
αὐτὸν ὑποθέσιν δίξασθαι, τῶν τῆδε ἀναχωρή-
σωσι, πρόσοδον ἀρκοῦσαν ἀφώρισεν, ἀφ' ἧς
ἐγκαλούντες κατά τινων ἀπέρρεον, ἕως τὸν
ἀπὸ τοῦ δικαστοῦ ἀπόφασιν ἔλαβον. οὐ μόνα δὲ
μόνα πρὸς τὸν πάντολμον τῆς ἀδικίας ἐπινοή-
σαντ' ἐξολόθρευσιν, ἀλλὰ καὶ ἑαυτὸν εἰς ὃ τοιοῦ-
τον μέρος ἐπέδωκε· ὅτε ὅτε ἔτυχε τῶν στρατιῶν
ἀγοράζων, καὶ τὴν χρηματίζοντος τῆς ἀπάντων
προσδοκίας, αὐτὸς τῶν βασιλείων ὑποκαπών,
B εἰς ὃ, ἀφ' ὃ τοὺς πάντας εἰς αὐτὸ συν-
ῤέρχεσθαι, ὡς ἔοικεν, λεγόμενον Γενικὸν, καθεζό-
μενος, τοὺς ὑπὸ τῶν εἰσπραττόντων τοὺς δημο-
σίους φόρους πολλάκις, οἷα συμβαίνει, ἀφ' ὃ
μέγεθος τῆς ἀρχῆς ἀδικουμένους, ὡσπερ εἰς
κοινὸν καταφυγὸν εἰς ὃ τοιοῦτον διατρίβειον κα-
ταφεύγοντας, καὶ τὰς οἰκείας ἐγκλήσεις προσκαλ-
λομένους, μετὰ πόνου πολλοῦ καὶ συχνῆς ἐπιμε-
λείας ἐξήτασεν, καὶ οὕτω τοῖς ἀδικουμένοις ἐπέ-
μενεν, καὶ τοὺς ἀδικοῦντας ἔπαυε ἀφ' τῆς νομί-
μου διωκείας, τῷ μηκέτι τολμᾶν τὰ τοιαῦτα
ποιεῖν. χρόνοις δὲ ὕστερον λέγεται ποτε κατελθεῖν
C εἰς τὸν τοιοῦτον διατρεβὼν πρὸς τὸν τῶν ἀδι-
κουμένων ἐκδίκησιν. ὡς δ' ἔτυχεν αὐθεὶς ἐγκα-
λῶν, ὑποτυπήσας ὑπό τινων τῆς πρὸς αὐτὸν
εἰσόδου ἀπείργεσθαι, τοὺς περὶ αὐτὸν δορυφόρους
ἀπέφηνε ζητοῦντας καὶ πολλὰ μέρη τῆς πόλεως,
εἴ τις ὅστις κατά τινος ποιούμενος ἔγκλησιν. ὡς δ'
ἐπανῆλθον οὗτοι, μηδένα μηδαμοῦ θόρυβόν τε λέ-
γοντες ἐγκαλούμενα κατά τινος, δακρύσαι φασὶ τὸν
γηραιὸν ἀνδρα ὑφ' ἡδονῆς, καὶ οὕτω τῷ θεῷ εὐχα-
ριστίαν ἀποδοῦναι Θεῷ. ὁρῶν δὲ ὅτι ὅστις τοὺς πο-
νηροὺς εἰς ὃ ἀδικεῖν ἀφορμὴ, ἀπὸ τοῦ ἀφ' ὃ
σωτομεν τοῖς τῶν ἀριθμῶν μείοσις καὶ μέρεσι τοῦ
ἡμίσεως καὶ ἕκτου καὶ δωδεκάτου τυχὸν χεχρῆσθαι
D τοῖς παλαιοῖς ἐν τοῖς ἀναγραφαῖς τῆς τῶν φό-
ρων εἰσαγωγῆς, ἤθελησε καὶ τῷ τοιούτῳ τῶν
ἀδικεῖν βουλομένων περιελεῖν ἀφορμὴν, καὶ διω-
είσατο καὶ γράμμασι λιπεῖς, ἃ καὶ τοῖς ἀγροικοις
ἀναγινώσκειν ὅστιν ἐν δυνατῷ, καὶ ὁλογράφοις καὶ
φθονεραῖς ταῖς ψήφοις τῆς δηλουμένης ποσότητος,
τοὺς τῶν ἀπαιτήσεων γραφεῖς κώδικας, οἴκοθεν ὃ
εἰς τοῦτο ταξάς ἀναλωμα, καὶ τῶν χαρτίων καὶ τῆς
γραφῆς καὶ τῶν γραφέων, πρὸς ὃ μὴ ἀδικεῖσθαι τοὺς
πένητας. καὶ τοῦτο μὲν τοιοῦτον καὶ τοσοῦτον τῆς περὶ
ὃ ὑπήκοον κηδεμονίας αὐτοῦ κεκτῆσθαι γνώρισμα,
καὶ ὅτι ὑπ' ἐκείνου ἐκείνα ἀδικεῖσθαι ἐδυ-

λειν. καὶ ἕκαστος μὲν ἐπὶ τῶν πολιτικῶν καὶ δη-
μόσια.

λβ'. Μὴ βουλόμενος δὲ, μηδὲ τὴν ἐκκλη-
σιὰν τοῦ Θεοῦ δοκεῖν ἀμελεῖν· πάντας γὰρ ὡς
221. ἐν κοσμικῷ πλοίῳ σκάφῃ, [221] ὑπὸ πλοὺ
πόθοις τοῦ Κρατοῦντος ἐν αὐτοῖς τυγχάνου-
σιν· ἐκείνου δὲ ἐν μᾶλλον, ἅτε θεοφιλείᾳ, καὶ
πολλῷ περὶ τὰ θεῖα κεκτημένου βύλησιν.
ἐπεὶ γοῦν καὶ ταύτας οἶδ' ἔγωγε ὅτι ἐν σάλῳ ποτὲ
καὶ ταραχῇ τυγχάνουσας εἶδον, ἀφ' ὃ τῆς
κοινῆς λύμης ὑπὸ τοῦ παραξύντος ἐν ταύ-
ταις μεταλαχεῖν· καὶ ἡσυχάσαι μὲν τῆς οἰ-
κείας καθέδρας καὶ ποίμνης τὸν ἀνόμοιον τού-
των κατάρχοντα, ἀντεισαχθῆναι δὲ ἕτερον·
οὐδὲ τούτων ἠμέλησεν· ἀλλὰ ἀφ' κοινῆς Συνό-
δου ἐν συνελεύσεως τὴν ἀποσταχθεῖσαν Ἀρχιε-
ρέων Θεοῦ, ταῖς ἐκκλησίαις τὸν σάλον ἐν ὃ
ἐνδιατρίβουσαν ἔφησιν. τῷ τε περὶ τούτου ἑβδόμῃ
ἁγίᾳ Συνόδῳ ἐπικυρώσας, καὶ τοὺς ἀπε-
λιπεῖς τὴν Εἰκονομάχων αἱρετικὴν τοῦ δόγ-
ματι δεῖς, ἐν τὸν γνήσιον νυμφίον τῇ ἐκ-
κλησίᾳ καὶ τοῖς τέκνοις τὸν πατέρα κανονικῶς
ἀποδόχων, τὸν τε ἀντεισαχθέντα θρόνου κε-
λεύσας, ἕως τοῦτον πρὸς ἑαυτὸν μετοικίσῃ ὁ Κύ-
ριος. ἐν οὕτω μὲν οὖν ἐν καλῶς τὰ κατ'
τὴν ἐκκλησίαν διέσχε, ἐν τῷ ἐνδιατριβῆναι
ἐν ταύτῃ γαλήνῃ τῇ οἰκείᾳ ἀσυδῇ ἐν ἀσφα-
λείᾳ πρέπειν.

λγ'. Εὑρὼν δὲ καὶ τοὺς πολιτικοὺς νόμους
πολλῷ ἀσαφεῖς ἐν σύγχυσιν ἔχοντας, ἀφ'
τῶν ἀναγκῶν ὥσπερ καὶ πυκνῶν στωμυλτρο-
φῶν· λέγω δὴ τῶν ἀνηρημένων καὶ πολιτευο-
μένων ἀδιάκριτον ἐν χυτὴν ἀναγραφήν· καὶ
ταύτας κατ' ὀλίγον ἐν ἐνδιατριβῆναι ἀσφο-
σφόρως ἐπηνωρθώσατο, τῶν τῶν ἀνηρημένων
222. [222] ἀχρηστίαν ἀπελών, ἐν τῶν κυρίων ἀνακε-
φαλαίωσιν ὁ πλοῦς, ἐν ὥσπερ ἐν στενοῖς, ἐν
κεφαλαίοις, ἀφ' ὃ ἀνυπόπτωτον, τῶν ἀσφα-
τέραν ἀπειρίαν ἀπελάσων.

λδ'. Ἀλλ' ἐπεὶ τοῖς ἀγαθοῖς ἀεὶ πολέμιος
φθόνος, ὡς τοῖς γλυκέσι μάλιστα τῶν ξύλων οἱ σκώ-
ληκες, καὶ τῇ κοσμικῇ ἀνετηρίᾳ καὶ δαιμονιώ-
τατα τὰ φαῦλα δαιμόνια, ἀφ' πονηρῶν ἀνθρώπων
223. πειρᾶται [223] τὴν τῶν ἀγαθῶν στενοχωρίαν φορᾶν. ἐκ
τούτων καὶ τούτῳ συσκευὴν ἐπιβουλῆς, μᾶλλον καὶ ἀφ' ὧν
* Πηγάης. φόνον ὁπλίζεται Συμβάτιος καὶ Γεώργιος*, μᾶλλον ἐπι-
φορᾶς ἀπροφάσων ἀνθρώπων καὶ δυσπειθῶν. οὐ συν-
χωρούσης δὲ πάντως, οὐδὲ ἀνεχομένου Θεοῦ, τὴν
κακίαν δι' ἐλαχίστου αὖθις ἀναπαλαίσαι τὴν οἰκείαν
ἴσχυν, καὶ ἀπελάσαι τοῦ βιοῦν καὶ δικαιοσύνην
ἀπὸ τῆς γῆς, κατάδηλος ἡ τούτων πονηρία

let: talisque in administratione civilium rerum & publicarum erat.

XXXII. Cumque nollet videri Ecclesiarum Dei curam negligere (omnino enim, ut quæ in mundi navigio contineantur, ipsæ quoque Imperatoris providentiæ sunt obnoxiæ; ac potissimum illius, viri scilicet religiosi, ergaque divina, veneratione cultuque longe propensi) has quoque velut in salo jactari tempestate videns atque turbari, eo quod noxam communem a decessore contraxerant, Sedeque pulsus, & a grege amotus fuerat, qui eis legitime præerat, alio in ejus locum suffecto; tranquillare studuit; communique Synodo ac conventu cunctis ex locis Dei Præsulum habito, quoad licuit, Ecclesiarum procellam sedavit; tum superiorem septimam sanctam Synodum confirmans, ac qui adhuc essent, Iconomachos anathemate feriens; tum vero legitimum Ecclesiæ sponsum, atque liberis patrem, canonice reddens, subditiumque atque intrusum, donec ipsum Dominus ad se transferret, cessare jubens. Sic itaque probe riteque res Ecclesiasticæ illi compositæ, hacque ratione studio suo ac cura, omnem ei possibilem tranquillitatem præbuit.

Basilij cura tranquillitatis Eccles.

Restituunt Ignatius Patriarcha.

XXXIII. Cum item leges civiles multum obscuras atque confusas reperisset, ob bonarum scilicet atque malarum (ut sic loquar) permixtionem; quod nempe, tum antiquatæ, tum quæ vigebant nullo delectu, ac communi uno corpore conscriptæ haberentur: has quoque convenienter, ac quoad res ferebat, commode emendavit; antiquatis, quæ jam nullius usus forent, sublatis; earum vero quæ ratæ essent, multitudine plane explicata; ac velut compendio, certis capitibus, ob faciliorem memoriam, priore illarum infinitate comprehensa.

Legum Codex reformatus.

XXXIV. Quia tamen invidia bonis semper adhæresci t, uti maxime lignis dulcibus adnascuntur vermes; malique dæmones annuorum terræ proventuum frugumque ubertati invidentes, pravorum hominum opera, bonorum feracitatem conturbare conantur. Ex horum numero ad Imperatoris vitam insidiis ferroque appetendam instructi Symbatius ac Georgius, cum hominum nefariorum ac impiorum turba. Haud tamen omnino eis licuit; non sinente Deo, ut depressa devictaque malitia, brevi quasi reparatis viribus convivisceret, exque orbe æquitatem ac justitiam pelleret; conjuratorum uno prodente, eorum in apertum deducta

Symbatius & Geor. Peganes oculis orbati.

machinatio est. Subsecutis criminis indiciis, evictaque causa, legum severitate, extremum imminebat supplicium; ut nimirum bonorum omnium proscriptione damnatis, etiam vita adimeretur. At generosi Principis clementia, una duntaxat oculorum effossione, eorum solummodo qui pravi consilij auctores extiterant, pœnam definivit; magisque ultionem moderatus esset, ni perspectum habuisset, summa in eos clementia, alios quoque ad idem scelus audendum provocatum iri, tumque adigendum se necessario ad atrociores pœnas exigendas. Idcirco, ea, quam dixi, pœna, tum illis pœnitentiæ tempus præbuit, tum malos reliquos coercuit. Studens autem majorem in modum eorum reprimere animos, qui injuste aliorum cædibus inhiant, omnemque illis spem auferre, filios natu majores Constantinum atque Leonem, Regie jam educatos ac eruditos, omnique virtute ex Imperij ratione excultos, ad Imperij dignitatem promovet; velut nimirum validiores pluresque radices in Imperio mittens, & super eo nobiles Imperij ramos sustollens.

Constantinus & Leo Imperij collegæ adlecti.

XXXV. Ad hanc porro Historiæ partem cum venerim, libet hîc quoque de reliquis ejus liberis instituto sermone, quomodo de singulis pie admodum statuerit, declarare. Velut enim olim pietate conspicuos ac beatos viros, imo & supra illos, hunc quoque Deus copiosa probaque sobole donavit. Post aliquod itaque tempus, etiam Alexandrum filiorum tertium Augusti corona impartivit: horum vero novissimum Stephanum, haud secus ac Abrahamus Isaacum, Deo offert, Deique Ecclesiæ adlegit ac consecrat. Filias totidem numero quot erant masculi, in sacro illustrissimæ Martyris Euphemiæ Monasterio devovet, ac velut munus acceptum hostiamque Deo dicat, illas tum moribus tum habitu omnique apparatu ornans, quo decorari solent, quæ pure ac incontaminate, immortali Sponso Christo, sponsæ Virgines copulantur. Hæc, licet subsecutis temporibus acta sunt, hîc tamen posita sunto; uti natura, sic & narrandi ipsa serie, fratrum quaternioni conjuncta.

Alexander ipse Augustus coronatus; Stephanus Clero adlectus.

Filiæ 4. virgines Deo consecratæ.

XXXVI. Rebus itaque sic illi domi probe, religiosoque ac Deo placito scopo, constitutis; cum ipsum ardens Reip. cura ad externa quoque bella suscipienda impelleret, quo nimirum suis ipse laboribus & fortitudine animique magnitudine Imperij fines pro-

καθίσαται, ἀφ' ἑνὸς τῶν σεμνομωτῶν. ἀκηλευθησόμενον ἢ τῶν ἐλέγχων, ἐπήρτηρο μὲν ἀπὸ τῶν νόμων αὐτοῖς ἡ ἐκάτη πμφεία· τυτέστι, μετ' ἀδικευσιν, καὶ τῶν ὄντων ἀποβύτων ἔκπτωσιν, καὶ ἡ τῆς ζωῆς αὐτῆς ἀλλοτρίωσις. ἀλλ' ἡ τῦ γλυκυτάτου Βασιλέως φιλανθρωπία, μόνῃ τῶν ὀφθαλμῶν ἐκκοπῇ τὴν τιμωρίαν ὠρίσατο τῶν πρωταιτίων τῆς πονηρᾶς συμβουλῆς· καὶ πλέον ἢ' αὐ τὴν ἐξαιρεσιν ἐμετρίασεν, εἰ μὴ τὴν εἰς τύτους ἄκρον φιλανθρωπίαν, ἐλίπωσκε καὶ ἄλλοις προτρέψασθαι πρὸς τὴν μίμησιν· καὶ τότε εἰς ἀνάγκην ὑπαχθῆναι αὐτὸν καὶ βαρυτέρας αἰτιποδόσιως. Διὸ τῦτο, τῇ λεχθείσῃ ποινῇ, τύτοις τε μετανοίας πρόφορε καιρὸν, καὶ τοὺς λοιποὺς τῶν πονηρῶν ἐσωφρόνιζε. Βουλόμενος δ' ὅπῃ μᾶλλον ἀναστεῖλαι τὰς ὁρμὰς τῶν ἀδίκως ζητούντων ἀλλότριον θάνατον, καὶ πᾶσιν αὐτῶν ἐλπίδα προεκλῦσαι, αἰδοῖ πρὸς τὸ τῆς βασιλείας ἀξίωμα τοὺς τῶν παίδων καθ' ἡλικίαν προέχοντας, ἤδη βασιλικῶς ἀναστρεφομένους καὶ παιδευομένους, καὶ εἰς πᾶσαν ἐκλαμπόντας ἀρχικὴν ἀρετὴν, Κωνσταντῖνον καὶ Λέοντα, οἱονεὶ κραταιοτέρας ῥίζας καὶ πλείονας βαλλόμενος τῇ ἀρχῇ, καὶ τοὺς ἀγενεῖς τῆς βασιλείας ὄρπηκας ὑπὲρ τύτους ὑψῶν.

λε'. Ἀλλ' ἐπεὶ κἀ τῦτο ὃ μέρος ἐλθόμεν τῆς διηγήσεως, βούλομαι κἀ περὶ τῶν λοιπῶν αὐτοῦ παίδων ἤδη διαλαβεῖν, ὅπως περὶ ἑκάστου αὐτῶν θεσπεσίως ἐβουλεύσατο. κἀ γὰ τοὺς πάλαι τῶν θεσπεσίων καὶ μακαρίων ἀνδρῶν· μᾶλλον ἢ καὶ ὑπὲρ ἐκείνους πολύπαιδα καὶ καλλίπαιδα καὶ τῦτον ἔδοξεν ὁ Θεός. μετ' χρόνον πίνυ πινὰ μεταδίδωσι τῦ φέρους καὶ Ἀλεξάνδρῳ τῷ τρίτῳ υἱῷ· τὸν ἢ τύτων νεώτατον Στέφανον, ὡς τὸν Ἰσαὰκ ὁ Ἀβραὰμ, προσάγει Θεῷ, καὶ τῇ τῦ Θεοῦ Ἐκκλησίᾳ ἐγκαταλέγει καὶ ἀφιερεῖ. τὰ δὲ θήλεα ἢ γονικὰ ἰσάριθμον οὖσαν τῇ ἄῤῥενι, ἐν ἱερῷ σημείῳ τῆς πανευφήμου μάρτυρος Εὐφημίας καθιερεῖ, καὶ ὡς δῶρον δεκτὸν καὶ αἰάθημα Θεῷ ἀναπέμπειν, καὶ σχήματι καὶ κατασολῇ κοσμήσας, ὁμοίως ταῖς καθαρῶς καὶ ἀμιάντως τῷ ἀθανάτῳ νυμφίῳ νυμφευομέναις παρθένοις Χριστῷ. Ταῦτα ἢ, εἰ καὶ τοῖς χρόνοις ὕστερα τυχὸν γέγονεν, ἀλλ' οὖν σὺν αὐτοῖς κείσθω σεσημμένα, ὥσπερ τῇ φύσῃ, οὕτω δὴ καὶ τῇ διηγήσῃ τῆς τετρακτύος τῶν ἀδελφῶν.

λς'. Ἐπεὶ οὖν τὰ οἴκοι καλῶς εἶχεν αὐτῷ καὶ κατ' σκοπὸν θεσπέσιον καὶ θαρέσαν· σκαλὴ ἢ αὐτὸν ἡ ζέουσα περὶ τὴν ὅλων φροντὶς καὶ πρὸς ὑπερορίους στρατείας, ὡς ἂν τοῖς οἰκείοις πόνοις καὶ τῇ αὐτῦ αἰδοῖᾳ καὶ γενναιότητι πλατυνῇ μᾶλλον τὰ ὅρια τῆς

ἀρχῆς, πρῤῥωτέρω ὁ στενώσῃ καὶ ἀπελάσῃ A ferret, longiusque hostem propelleret
ὁ δυσμενές, οὐδὲ τούτων ἠμέλησεν. Ἀλλὰ ac abigeret; nec hanc sibi partem ne-
πρῶτα μὲν τοὺς στρατιωτικοὺς καταλόγους gligendam putavit. Primum tamen mi-
ἐλαττωθέντας ἐκ τῆς παρεισπραττομένης litares cohortes inde imminutas, quod
δεδομένης τούτοις φιλοτιμίας καὶ ῥόγας καὶ τὰ consuetæ largitiones & stipendia Re-
βασιλικὰ σιτηρέσια, ληφθὲν νέων συλλογῆς τε giæque annonæ illis subtractæ essent,
καὶ ἐκλογῆς ἀνεπλήρωσεν· καὶ δηθὲν τῆς τῶν novo delectu conscriptoque in eam
δεόντων πρόοχῆς τε καὶ ὑποδόσεως ἐῤῥώσεν. rem milite replevit, necessariique
ἔπειτα γυμνάσας τούτοις ταῖς τακτικαῖς με- commeatus submini stratione ac elar-
λέταις, καὶ τοῖς ἐνδελεχέσι πόνοις ἐμπείρους gitione roboravit. Exinde militaribus Basilij diligentia exercendi novi militis.
τῆς πολεμικῆς ἀγωγίας πεποιηκώς, καὶ συ- operibus eos exercens, assiduisque la-
ντάξίας ὅτι μάλιστα λόγον ἔχειν ἐπέτρεψε, καὶ boribus disciplinæ castrorum expertos,
παρορμητικὸν τῆς ὑπείξοις, οὕτω μετ' αὐ- ac præ omnibus servandi ordinis soli-
τῶν ὑπὲρ τῶν φυλετῶν καὶ συμμάχων καὶ B citos reddens, Tribunisque suis atque
ὑπηκόων, καὶ Βαρβάρων ἐστράτευσεν. ἠ- Ducibus obsequendi ritu instituens;
δει γὰρ, ὡς οὐδὲ τῶν βαναύσων καὶ χυ- una cum illis, pro tribulibus & affi-
δαίων τούτων τεχνῶν οὐδεμίαν ὅστις ἐπίστα nibus atque subditis, adversus Bar-
πρὸ τοῦ μαθεῖν, οὐδ' ἔστιν ὅστις διδασκάλου baros expeditionem suscepit. Nove-
χωρὶς, οὔτε αὐτοδιδακτόφως, μήτε rat enim nullam artem, nec quidem
τῶν ἀπουδαιοτέρων τινὰ τεχνῶν κατωρθω- mechanicam ac vilem, sciri posse an-
κὼς φαίνεται. τὴν δὲ πολεμικὴν ὑπερῆμλν tequam addiscatur; nec quemquam
ἢ τέχνην, εἰ δίχα μαθήσεως καὶ ἐκμανῆς esse, qui sine magistro, vel ipsam su-
ἐμπειρίας ἀξιοῖ ἐπίστασθαι τὸν βουλόμενον, toriam (nedum aliquam nobiliorum
οὐκ ἔξεστιν ἄρα νοῦν, ἀλλ' ἐληλεγμένοι οἱ artium, ac quæ magnis sudoribus
πολλὰ περὶ τὸ μέρος τοῦτο πονήσαντες ἐν comparantur) adeptus satis videatur.
τοῖς τακτικοῖς συγγράμμασι, καὶ οἱ μέγι- Scientiam vero, seu artem militarem,
στοι τῶν Αὐτοκρατόρων καὶ Στρατηγῶν, οἱ πολ- C si absque disciplina sufficientique ex
λὰ ἀπὸ πολλῶν ἔργα συσήσαντες, ὧν rei usu peritia, cuivis volenti parare
οὐδεὶς ἐτάῤῥησε πώποτε μετ' ἀμαθοῦς καὶ liceret, haud sane mentis integræ
ἀγυμνάστου λαοῦ ἐπὶ πολεμίων παράταξιν fuissent, sed delirassent, qui plura
ἐμβαλεῖν. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν οὔτε τὸν μὴ μαθόν- circa hoc in commentariis de rebus
τα εἰδέναι, οὔτε τὸν μὴ ἀσκήσαντα καὶ γυ- bellicis diligenti opera tradiderunt,
μνασάμενον ἀγωνίζεσθαι. διὸ τοῦτον ὁ γενναῖος maximique Imperatores ac Duces
οὕτως πρότερον γυμνάσας καὶ καταρτίσας τὰ exercitus, qui multa de multis tro-
τάγματα τὰ στρατιωτικὰ, τοῖς νεοσυλλέκτοις pæa erexerunt; quorum nemo unquam
στρατιὰν ἀναμίξας τῇ παλαιᾷ, καὶ ταῖς ἁρμο- cum rudi milite nec bellicis labori-
ζούσαις χορηγίαις καὶ δωρεαῖς λιπαίνας αὐτῶν bus subacto, adversas acies tentavit.
τὰ νεῦρα ἐπώσας ταῖς δεξιαῖς, οὕτω μετ' αὐ- Atqui fieri non potest, ut is doctus
τῶν προσέβαλε τοῖς ἐχθροῖς, καὶ τὰ πολλὰ sit, qui non didicerit, vel ut certa-
ἔργα ἔστησεν, καὶ ταῖς μυρίας νίκας ἀνείλεν. mine fortiter defungatur, qui se mi-
διὸ βραχέων ἢ διηγήσομαι. nime exercuerit ac gymnasticæ ope-
ram dederit. Ideirco vir ille genero-
sus exercitatis prius instauratisque mi-
litaribus ordinibus, admixtisque ty-
ronibus veteranorum numeris, ac con-
venientibus largitionibus muneribus-
que eorum impinguatis nervis dex-
trisque roboratis, sic cum illis adver-
sus hostes congressus, multa tropæa
D erexit, & innumeras victorias repor-
tavit. Hæc vero enarrabo quam pau-
cis licebit.

224. λζ' [224] Καὶ καταστὰν πόλεως εὐθυχη- XXXVII. Tranquillo igitur Ur- Tephricensis expeditio.
χῶ τάν. ρήσας καὶ θελήσας πρόξενον, ἐάσας λάμ- bis statu, ac per ejus opportunitatem
ποντος τὰ ὅπλα ἔλεγε· καὶ μετὰ τῶν navata rebus diligenti opera, instru-
στρατιωτικῶν καταλόγων ξιφοζωπάζετο, ἡγού- ctoque exercitu, vere arma capessi-
μενος χρείαν τὸν ὡς ἀληθῶς Ἄρχοντα, vit, inter militares ipse ordines agens
τῶν οἰκείου προκινδυνεύειν λαοῦ, καὶ ὑπὲρ ac castra sequens; nempe hoc arbitra-
τῆς πόλεως ἀδεῶς διάγειν ὁ ὑποχείριον, πόνους tus, *Viro Principi pro populo suo adeunda pericula, & ut subditi omnes secure ac quiete agant, sponte suscipiendos labores ac ærumnas.* Cumque ea ætate Tephri-
καὶ παλαιστείας ἑκουσίους αὐτὸν ἀναδέχεσθαι. cæ Princeps, cui Chysochiri nomen
καὶ ἐπεὶ καὶ τοὺς χειροῦς ἐκείνους ὁ τῆς Τε-
φρικῆς ἄρχηγούμενος, ὃν Χρυσόχειρα καλοῦσι

erat, reliquis virtute præstare visus ac prudentia, Romanam ditionem ac gentem dire vastaret, quotidieque multos rusticorum captivos agens, superbe altumque saperet, ac se reliquis præferret, adversus illum ejusque Urbem Imperator exercitum ducit. Eo autem, quantavis superbia ac audacia fretus erat, non auso palam adorientis exercitus generosos conatus experiri, aut prudentiam roburque Imperatoris tentare; sed secedente, unumque hoc satagente, ut suam sibi servaret Urbem atque assereret; ibat Imperator nemine prohibente, diripiens vastansque, & exscindens incendensque pagos omnes & oppida, quæ Chrysochiris ditionis erant, immensa onustus præda, ingentemque captivorum multitudinem trahens. Sed & ipsam adortus Urbem Tephricam, eamque tumultuaria quasi pugna, non diutina obsidione conatus capere, videns & murorum firmitate & Barbarorum multitudine annonarumque copia abunde munitam, ac quæ ægre expugnari posset, quod præsertim omnis circum ager brevissimo tempore copiarum numerositate desolatus erat, ac pene exercitum necessarius commeatus defecerat, a diutina obsidione abscessit; circum vero positis præsidiis, Abara & Spatha aliisque quibusdam expilatis, illæso inde cuncto sublato exercitu, cum multis, ut dictum est, spoliis ac captivis, reversus est.

Frustra tentata Tephrica.

XXXVIII. Ingentes Tephricæ factas cædes, alia Ismaelitarum Urbs cum vidisset (Taracem vocant) missis Legatis, pacem expostulat, & in sociarum Urbium albo adscribi rogat. In his optimus Imperator, quantum erga adversarios fortitudinis robur, tantam erga subjectos moremque gerentes æquitatem ac clementiam ostendens, vinci se passus est ab oratoribus, pacemque rogantibus tribuens, exinde, pro hostibus, illos socios nactus est. Hinc cum alij non pauci, tum Curticius Armenus, Locanam tunc præsidio tenens, Romanæque ditionis fines assidue molestans, ad eum confugit, Urbemque suam & arma & populum, Imperatori subjecit, illius æquitatem ac clementiam cum pari fortitudine (ac justitiam cum virtute) admirans.

Taras Urbs in fidem recepta.

Curticius cum Urbe Locana.

XXXIX. Interim vero, intentis in eum hostium animis, serioque observantibus quam in partem ille impetum verteret, ut laboranti opem ipsi ferrent; lectam bellatorum ma-

Capta Zapetra & direpta cum Samosato.

A μαζον, ἐπ' ἀνδρείᾳ καὶ στωϊκῇ ἀφαφέρᾳ δοκῇν, σφόδρα πρελύπει τὴν Ρωμαίων χώραν καὶ τοὺς λαοὺς, καὶ πολλοὺς τῶν ἀγρώκων καθ' ἑκάστην αἰχμαλώτους ποιούμενος ἐφέρῃ σὺν ἀρᾷ καὶ κατέσκαπτε, κατ' αὐτὴν καὶ τῆς ὑπ' αὐτὸν πόλεως ἐκστρατεύῃ ὁ Βασιλεὺς τὸ μὲν σὺν ἀφροσύνῃ καὶ θράσει ἐκείνου πρὸς τὴν ἡμετέραν τόλμαν τὸ ὑπήκοον στρατεύματος, καὶ τὴν στωϊκὴν καὶ ἀνδρείαν τοῦ Αὐτοκράτορος ἐμφανῶς μὴ πολεμήσαντος ἀφεῖναι, ἀλλ' ὑποχωρήσαντος καὶ μόνην τὴν οἰκείαν πόλιν φυλάξαι καὶ κρατῆσαι δυναμένου, ἐπεὶ καὶ πολλὴν τὴν κωλύσοντος ἐρημίαν λεηλατῆσαι καὶ
B πορθῆσαι καὶ καταπέμψαι καὶ πυρπολῆσαι πάσας τὰς ὑπὸ τὸν Χρυσόχειρα χώρας καὶ κωμοπόλεις ὁ Βασιλεὺς, λείαν ἄπρακτον δὲ καὶ αἰχμαλωσίαν ἀβεβαλλόμενος πρόσβαλεν μὲν αὐτῇ τῇ ἄρᾳ Τεφρικῆς, καὶ δι' ἀκροβολισμῶν καὶ προσεδρείας οὐχὶ μακρᾶς ἔλαβε πειρᾶται, ὡς ἐώρᾳ καὶ τείχων καρτερότητι καὶ πλήθει Βαρβαρικῷ καὶ ἀφθονίᾳ χρᾴδι· κατεχρωσθέν αὐτὸ καὶ δυσάλωτον, ἐπεὶ καὶ τὰ ἐκτὸς ἄπορα δι' ἐλαχίστου χρόνου τῷ πλήθει τῆς στρατιᾶς· κατηρείπατο, καὶ τὰ ἀναλήψια σχεδὸν κατεπάλωτο, ἀπέσῃ τῆς πρὸς τὴν πολιορκίαν χρονίου διατριβῆς· τὰ μὲν οὖν αὐτοῦ φρούρια [225] τὴν Αβαραν C καὶ τὴν Σπάθην καὶ ἕτερά τινα ἐκπορθήσας, καὶ ἄρας ἀπιὼν τὸν αὐτοῦ πάντα στρατὸν, μετὰ συχνῶν, ὡς ἔφημεν, λαφύρων καὶ ἀνδραποδῶν ἐπανεχώρησεν.

* Barb. καταχρύσιον. * Barb. καταρείπατο. 225. * Barb. ἱππικ.

λη'. Τῶν δὲ τῆς Τεφρικῆς πέριξ τὸν πολιὼ φόνον ἡ ἑτέρα τῶν Ισμαηλιτῶν πόλις θασσαλάμη, [226] ἣν Ταράντα λέγουσι, πρεσβεῖς πέμψασα, εἰρήνης τε ἀξίου τυχεῖν, καὶ τῆς συμμαχίας ἐγγράφεσθαι. ὁ δὲ κράτιστος Βασιλεὺς, [227] ὅσον πρὸς τοὺς ἀνταπολεμίους ἀνδρείαν, τοσαύτην πρὸς τοὺς ὑποπολεμίους ὑπεῖκτιν ἐνδεικνύμενος, ἥττήθη τε τῆς πρεσβείας, καὶ τῆς εἰρήνης τῆς αἰτήσει μετέδωκε, καὶ συμμαχίας ἐκ πολεμίων δὲ ἀπὸ τότε ἐκέκτητο. ἐκ τούτου ἄλλοι τε οἵκ ὀλίγοι, καὶ Κουρτίκιος ὁ Αρμένιος, ὃς εἶχε τότε τὴν Λόκανον, καὶ στενοχῶς τὰς ἐσχατιὰς τῆς Ρωμαϊκῆς ἀρχῆς ἐλυμήνετο, προσέφυγε πρὸς αὐτὸν, καὶ τὴν πόλιν αὐτοῦ καὶ τὰ ὅπλα καὶ τὸν λαὸν, τῷ Αὐτοκράτορι καθυπέταξε, θαυμάσας αὐτοῦ τὸ μὲν τῆς ἀνδρείου ὑπτιάσεως, καὶ μὲν τῆς δικαιοσύνης ἄκρον.

226. 227.

λθ'. Ὡς δὲ πρὸς αὐτὸν ἔσχον τὸν τοιοῦτοι οἱ πολέμιοι, καὶ προσεσκόπουν πρὸς ὁ μέρος ῥέψῃ, ἵνα πρὸς τὸ πονοῦν καὶ αὐτοὶ συναπόσπασι, κόρον τῆ

τῆς λεγομένης Ζαπέτρας ἀπέστελεν ὁπλιτῶν πολεμικῶν, οἱ ταχυδρομικὰ τὰ κατὰ τὴν ὁδὸν διελθόντες, αὐτῇ τῇ πόλει παρεγένοντο, καὶ ταύτην ἐξ ἐφόδου λαμβάνουσι, καὶ πολλοὺς ἐν αὐτῇ κατασφάττουσιν, αἰχμαλωσίαν τε πολλὴν καὶ λείαν λαμβάνουσι, καὶ δεσμίους χρονίους ἀζάγουσι τῆς φρουρᾶς. Εἶτα ταῖς ἑφεξῆς πυρπολήσαντες χώρας, καὶ Σαμόσατον ἐκπορθήσαντες, καὶ τῇ αὐτῇ ῥύμῃ τὸν Εὐφράτην περάσαντες καὶ πολλὴν ἐρημίαν τῶν κωλυσόντων, δηλοῦ ὅτι παντελῶς ἀπεδεδήκεσαν τοὺς πολεμίους τοῦ Βασιλέως, καὶ πολλὴν λαβόντες αἰχμαλωσίαν καὶ λάφυρα, ὑπέστρεφον
228. πρὸς τὸν Αὐτικράπορα, ἔτι πρὸς τῷ[228] Ζαρνούχ ποταμῷ ὄντα ὁ Καραμίσιν ὅτι διατρίβοντα· καὶ ἔργων μὲν δεκτικῶτα, τὰ δὲ τοιαῦτα παντοίως διὰ τῶν ὑπὸ χεῖρα καταγραπτόμενον.

μέ. Ἐντεῦθεν ὁρᾶς ὁ Βασιλεὺς μετὰ παντὸς στρατοῦ, τὴν ὡς ὀπὶ Μελιτηνὴν ἀπάρουσαν διὰ ὁδόν. πρὸς δὲ ταῖς ὄχθαις τοῦ Εὐφράτου γενόμενος, ὡς εἶδεν αὐτὸν ὥρᾳ ῥοῆς πλημμυροῦντα καὶ πελαγίζοντα· ὃ δὲ παρακαθῆσθαι τῇ διαβάσει, καὶ ταπεινὸν παρεσόμενον γενέσθαι τὸν ποταμὸν ἀγνοεῖν ἐνόμισε καὶ δύαξιον τῆς ἐκεῖ αὐτὸν δυνάμεως, γεφύρᾳ τοῦτον ἔγνω διαφλακῆσαι, καὶ πάντα πρὸς ὃ ἔργον ταχυδρομικῶς ἐπέσπευσε. θέλων δὲ τὸν κόπον παραμυθήσασθαι τῶν οἰκείων στρατιωτῶν, καὶ τοὺς πόνους ῥᾳδίως ὑποφέρειν πεῖσαι· ἅμα δὲ καὶ ἑαυτὸν ἐν τοῖς ἑκουσίοις ἀποτυχεῖν πόνοις, ἵνα, εἰ δὲ ἀκούσιος πολλάκις συμβῇ, μὴ ξενοπαθῇ μηδὲ ἀήθης βοηθεῖσθαι, συνεφήπτετο τοῦ ἔργου τοῖς στρατιώταις δὲ μάλα προθύμως· καὶ τὰ μείζονα βαστάζειν τοῖς οἰκείοις ὤμοις, πρὸς τὴν γέφυραν διεκόμιζεν. Εἶδεν ἄν τις τότε ἰσομέτρους βάρος, οὗπερ ὁ Βασιλεὺς ῥᾳδίως ἐβάσταζε, τρεῖς τῶν στρατιωτῶν ὁμοῦ μόλις ἀφαιρούντας. οὕτω δὲ τὸν Εὐφράτην περαιωθείς, ὃ Φοινίκιον βοῦς ὁ Ραψάκιον λέγεται ἐξεπόρθησεν. ἰδίᾳ δὲ τοὺς Χάλδους καὶ Κολωνιάτας τὴν μεταξὺ χώραν Εὐφράτου καὶ Ἀρσίνου κελεύσας καταδραμεῖν, λείας πολλῆς καὶ ἀνδραπόδων δι' αὐ-
229. τῶν ἐκυνήγησεν· καὶ τὰ Φοινίκια, τό, τε[229] Κουρτικίου, καὶ ὃ Χαχὼν καὶ ὃ Ἀμὲρ καὶ ὃ Μουρινὶξ καλούμενον, καὶ ὃ Ἀβδελᾶ ἐξεπόρθησεν. αὐτὸς δὲ τῇ Μελιτηνῇ παρεβαλών, διαπρούσῃ τότε ἐκ πλήθος ἐγχώριον Βαρβάρων συχνὸν, οἳ παρὰ τῆς πόλεως μετὰ βαρβαρικῆς ἀλαλαγμοῦ καὶ φρυαγμάτων ἀπήντων αὐτῷ, τὴν οἰκείαν ἀρετὴν ἐπεδείξατο, ὡς μὴ μόνον τοῖς ὑπ' αὐτὸν, ἀλλὰ καὶ τοῖς πολεμίοις θαυμαστὸς ἐκπλαγῆναι ἀνδρείαν αὐ-

A num adversus Zapetram (sic dictam Urbem) misit; superatisque velociter viæ angustiis, ipsam Urbem adoriuntur, primoque impetu capiunt, ac in ea multos trucidant, ingentique præda ac spoliis potiti, qui pridem in ea vincti tenebantur, ex carcere liberant: tum vicinas terras incendunt, Samosatum diripiunt, eodemque impetu superato Euphrate, cum nullus usquam obsisteret (quod nimirum haud procul ab Imperatore hostium castra locata essent) multis captivis ac ingenti præda ditati, ad Imperatorem reversi sunt, adhuc prope Zarnuchum fluvium, ubi Caramisium est, morantem; desidis quidem similem, sed qui summa industria ac solertia per subditos talia designaret.

XL. Hinc discedens cum universo exercitu, quod ad Melitenem ducit, iter ingreditur. Ubi autem ad Euphratis ripas venit, tumescentem æstivo tempore lateque exundantem fluvium videns; degenerisque animi nec illis quas ducebat copiis dignum ratus, trajectui assidere, ac donec detumuissent aquæ humiliore alveo expectare, ponte jungendum constituit; cunctaque ad opus velociter instructa sunt. Cupiens vero militum laborem lenire, & ad ejus molestias facile ferendas inducere; seque ipsum pariter spontaneis fatigationibus divexare, ne, si quando, ut plerumque solet, inconsulto aliquid accidisset, novitate casus consternaretur, aut malis insuetus inveniretur, sociam militibus operam, & quidem strenue admodum ac alacriter, adjungebat; majoraque onera suis ipse humeris ad pontem apportabat. Vidisses tunc ejus ponderis onus Imperatorem facile ferre, cui vix tres simul milites pares essent. In hunc modum transmisso Euphrate, statim præsidium Rhapsacium expugnat. Seorsum vero Chaldos & Coloniatas, regionem quæ inter Euphratem & Arsinum effunditur, jubens excurrere, ingenti præda multisque captivis potitus est; castellaque, quod Curticij vocant, & Chachon & Amer & Murinixum & Abdela cepit ac diripuit. Ipse Melitenem irrumpens, urbem eo tempore ingenti civium multitudine fretam, affatimque Barbarorum copiis munitam, quibus in occursum cum barbarico clamore ac strepitu effusis, ipse suæ virtutis egregium specimen dedit, ut non modo ejus assecłæ, sed & hostes, illius palam fortitudi-

Melitenensis expeditio.

Junctus ponte Euphrates.

nem dexteritatemque ſtupore admirarentur. Solerter enim fortiterque hoſtibus congreſſus, manuque fortem & audacia præſtantem, fidentiſque animi virum ac interritum terribilibus præferens, primus adverſam aciem magna ſtrage fudit; tumque alij, ſibi quique adverſos objectoſque ad Urbis uſque portas cædentes perſecuti ſunt, ut exterius urbis pomerium multis cadaveribus conſterneretur, vallique muro circumducti aqua cruore miſceretur; multi etiam vivi caperentur, alij metu perciti ipſi ſponte transfugerent; reliqui denique in Urbe includerentur, omnique poſtmodum exitu penitus arcerentur. In his cogitabat Imperator machinas figere, cunctaque expugnandis Urbibus aptata inſtrumenta convehere, audaciſque ac ſtrenui animi facinora tentandis muris deſignare; ſed cum videret Urbem mœnium ambitu munitiſſimam, eaque tutantium multitudine ac robore captu difficillimam; audiſſetque a profugis, neceſſario commeatu abunde inſtructam, nec diutinam timere obſidionem, inde diſcedens, in regionem Manichæorum irrupit, exciſiſque arboribus ac ædibus igni ſuccenſis, cunctiſque obviis devaſtatis, eorum caſtellum Argaüthum, Cutaciique & Stephani & Rachatum concremans, penitus evertit. Poſtmodum ſubjecto omni milite large copioſeque muneribus accepto, ac qui ſingulari virtute fulſerant, ſingulis decenti honorario donatis, multis auctus ſpoliis ac victoriæ ſertis, in Urbem reverſus eſt; ingreſſuſque per Aureas portas, quo fere ritu veteres Imperatores in præmagnifica nobilique Roma triumphum agebant, fauſtis pro victoria populi acclamationibus ominibuſque deducentibus, in magnum Dei Sapientiæ Templum ad vota congruamque gratiarum actionem Deo perſolvendam, ſtatim ut erat ex itinere, profectus, atque a Patriarcha victoriæ corona redimitus, in Regiam receptus eſt.

Meliteneſium clades; urbs fruſtra tentata.

Manichæorum vaſtata regio: everſa præſidia & incenſa.

Ignatio feliciter.

XLI. Rurſus vero curæ eum civiles ſolicitabant, diverſarumque gentium Oratoribus ad ſe convenientibus dandis reſponſis incumbebat; paululumque cum liberis ac uxore relaxato animo, ac ſacroſanctis per Urbem, voti precumque cauſa Templis religioſe luſtratis; ex more rurſus civilibus adminiſtrationibus judiciiſque addicta opera, diligentiam ille ſuam vigilemque curam erga ſubditos oſtentabat. Nullum tamen fa-

τῆ καὶ θυμηράϊτῳ. ἐμφρόνως γὰρ ἅμα καὶ νεανικῶς προσμίξας τοῖς πολεμίοις, καὶ χεῖρα γνναίας φύσεως καὶ πάλμη διαφέρων, καὶ πρὸς δεινὰ ὁρώμενος θάρσους τε καὶ ἀκαταπλήκτου, πρῶτος τοὺς ἀντιτεταγμένους ἐτρέψατο φόνῳ πολλῷ· εἶθ' οὗτοι οἱ σὺν αὐτῷ τοὺς κατ' αὐτοὺς ἔκτοσι καὶ μέχρι τῆς ἄστεος ἀναιρουῶντες ἐδίωκον, ὡς πολλοῖς νεκροῖς τὸ πρὸ τοῦ πόλεως πεδίον καταστρωθῆναι, καὶ τὸ πρὸ τῆς τείχους ὕδωρ αἵματι κραθῆναι, πολλοὺς τε καὶ ζῶντας ἁλῶναι, καὶ ἄλλους τῷ δέει ἑκόντας αὐθομολῆσαι· τοὺς δὲ πρὸ λιπεῖς εἰς τὸ ἄστυ συγκλῃσθῆναι, καὶ τῆς λοιπῆς ἐξόδου πάντασιν εἴργεσθαι. ἔνθα διανοεῖτο μὲν ὁ Βασιλεὺς, μηχανάς τε πήγνυσθαι, καὶ ἅπαν ὄργανον πολιορκητικὸν μεταπέμπεσθαι, καὶ ἔργα πάλμης καὶ γνναιότητος πρὸς τὴν τειχομαχίαν ἀποδείξασθαι. ὡς δὲ ἑώρα τὴν πόλιν τειχῶν τε περιβολῇ καρτερᾷ, καὶ πλήθει τῶν ἀπὸ τῆς τείχους ἀμυνομένων δυσάλωτον, ἐπύθετο μὲν παρὰ τῶν αὐτομόλων καὶ ὑπηνδίων ἔχειν ἀφθονίαν πολλὴν, καὶ μὴ διδιέναι χρονίαν πολιορκίαν, ἄφνως ἐπεύθεν, τῇ Μανιχαίων προσέβαλε γῇ· δενδροτομήσας δὲ ταύτην, καὶ τὰς οἰκίας πυρὶ δοὺς, καὶ πάν ὅσα φθείρων ὅ τι ποσὶ, τὸ Αργαούθ λεγόμενον αὐτῶν φρούριον, καὶ τὸ Κουτακίου καὶ Στεφάνου καὶ Ραχατ ἐμπρήσας κατέσκαψεν. εἶτα τὸν ἀπὸ χεῖρα πάντα λαὸν πλουσίως φιλοφρονησάμενος, καὶ τῶν ἀριστευσάντων ἕκαστον ἀριστείοις τιμήσας, μετὰ πολλῶν λαφύρων καὶ νικητικῶν τροφίμων, ἐπέστρεψε πρὸς τὴν βασιλεύουσαν· καὶ διὰ τῆς Χρυσῶν πυλῶν εἰσελθών, ὡς οἱ πάλαι καὶ τὴν μεγαλόδοξον Ρώμην τῶν Αὐτοκρατόρων τοὺς θριάμβους καταγοντες, καὶ τὰς ἀπὸ τοῦ δήμου νικητικὰς ἀκροάσεις καὶ βυθημίας δεξάμενος, καὶ πρὸς τὸ μέγα τῆς τοῦ Θεοῦ Σοφίας ἀνάκτορον, ὡς τὰς εὐχὰς καὶ τὴν προσκυνουσαν εὐχαριστίαν ἀποδώσων, εὐθὺς ὡς εἶχεν ἐξ ὁδοῦ παραγενόμενος, καὶ ὑπὸ τοῦ τότε πατριάρχου τῷ τῆς νίκης στεφάνῳ παυσωθεὶς, ἀπεκατέστη εἰς τὰ βασίλεια.

μα'. Καὶ πάλιν αὐτὸν φροντίδες πολιτικαὶ διεδέχοντο, καὶ πᾶς ἀπὸ ἀφορῶν ἐθνῶν πρεσβείας τὰ πρόσφορα ἐχρημάτιζε· καὶ πρὸς ὀλίγον τοῖς τέκνοις συνθυμούμενος καὶ τῇ γυναικὶ, καὶ τοὺς κατὰ δ' ἄστυ προελθὼν ἱεροὺς καὶ θείους ναοὺς καὶ τὰς εὐχὰς ἀποδοὺς, σπουδῆς ἦν αὖθις ἐπὶ τὴν πολιτικὴν διοικήσεων καὶ τὴν κρίσεων, πρὸ πεῖ δ' ὑπήκοον κηδεμονίαν καὶ ἄγρυπνον προῄσθετο ἐπιδεικνύμενος. οὐ διελίμπανε δὲ ὅμως καθ'

καθ' ἑκάστην εἰς ὃ ἱερὸν καὶ θεῖον ναὸν εἰσιὼν, καὶ ἱκετεύων τὸν Κύριον, καὶ μεσίτας ποιούμενος πρὸς τοῦτον τόν τε Ἀρχιστράτηγον Μιχαὴλ καὶ Ἠλιοὺ τὸν προφήτην πρὸς Θεὸν προσκαλούμενος, τοῦ μὴ πρότερον τοῦ βίου ἐκπεσεῖν, πρὶν ἢ τὸν τοῦ Χειροχθοῦς ὄλεθρον ὀπτάσεσθαι, καὶ τρία βέλη τῇ αὐτοῦ κατακῆξαι μιαρᾷ κεφαλῇ, ὃ καὶ γέγονεν ὕστερον. τῷ γὰρ ὑπάτου χρόνῳ, εἰς τὰς τῶν Ρωμαίων ἐμβαλόντος χώρας ὁ προμνημονευθέντος Χρυσόχειρος καὶ τοὺς λιβελησίους, ἀποστέλλει κατ' αὐτοῦ στρατηγὸς ὁ 230. Βασιλεὺς[230] τὸν τῶν Σχολῶν ἐξκουβίτορα καὶ πάντα τὸν Ρωμαϊκὸν στρατὸν συμπαραλαβών, ἐπεὶ καὶ προσώπων ἐμφανῶς ἀνταγωνίαν πρὸς αὐτὸν ἀπεδύλία, τὰ τῶν Ρωμαίων στρατεύματα συμπαρείπετο τέως αὐτῷ ἀπό τινος διαστήματος, καὶ τοὺς μετρίους ἀνύδρους καταδρομὰς, καὶ οὐ σὺν χώρᾳ καὶ τάξει τὰς χώρας ἀδεῶς διασκίδνασθαι. ὡς οὖν τὰ μὲν δρῶν, τὰ δ' ἀπραγμόνων ὁ Βάρβαρος, ἤδη καὶ τοῦ καιροῦ καλοῦντος αὐτὸν, τὰ πρὸς τὰ οἰκεῖα ἐπανόδου ἐμνήσθη, καὶ μετὰ λείας συχνῆς πρὸς τὴν ἰδίαν χώραν ἐπανέστρεφεν, ἀφῶσιν δύο τῶν στρατηγῶν ὁ τῶν σχολῶν ἐξκουβίτωρ, τόν τε τοῦ Χαρσιανοῦ καὶ τῶν Ἀρμενίων μετὰ τῆς πρὸ αὐτοῦ δυνάμεως ἕκαστον, ὥστε συμπαρομαρτεῖν καὶ ἐφέπεσθαι τῷ Χρυσόχειρι ἄχρι τοῦ Βαθυῤῥύακος· κἀκεῖθεν εἰ μὲν ἐπαφήσοι μετὰ τῶν Ρωμαϊκῶν ὀρείων στρατὸν, δηλοῦν τοῦτο τῷ Δομεστικῷ ποιήσασθαι. εἰ δὲ πρὸς τὸν οἰκεῖον φωλεὸν ἀμεταστρεπτὶ βαδίζων εἰσδύοιτο, ἐάσαντας τοῦτον αὖθις ἐπιμελεῖσθαι πρὸς αὐτόν.

μβ'. Ἤδη οὖν τοῦ Βαρβαρικοῦ στρατεύματος γεγενότος ὑπὲρ ἑσπέρας χειρῶν καὶ τοῦ καλουμένου Βαθυῤῥύακος, ἐξ αὐλισμένου κάτω πρὸς τοῖς τοῦ ὄρους ὑποῤῥίαις· τῶν δὲ Ρωμαϊκῶν στρατηγῶν καταλαβόντων τὰ ὕψη μετεωρότερα, καὶ ὁ μέλλον ἀποσκοπούντων, ἐμπίπλῃ τις ἔρις περὶ τῶν προτείων ἐξ ἅμιλλα τοῖς τῶν δύο ταγμάτων στρατιώταις ἐξ ταξιάρχαις καὶ λοχαγοῖς[231]· τῶν μὲν τοῦ Χαρσιανοῦ ἑαυτοῖς ὑπογραφόντων ὃ προέχον τῆς κατ' ἀλκὴν ἀρετῆς· ἔμπαλιν ὑπὸ τῶν Ἀρμενιακῶν μὴ μεμεμψίμων τῆς ἐν τοῖς πολέμοις ἀνδρείας ὃ προτεῖον ἐκείνοις λαβεῖν. ὡς οὖν ὅτι πλέον τὰ τῆς φιλονεικίας αὐτοῖς ἐχώρει καὶ τὰ φθονήματα διηρέθιστο, λεχθῆναί φασι παρὰ τῶν προτευόντων τοῦ Ἀρμενιακοῦ συντάγματος, Ὡς ἵνα τί μάτην ἐν λόγοις ἔκαστοι θρασυνόμεθα καὶ αὐχοῦμεν δίκαιος, ἔξον τοῖς ἔργοις τὸν ἀμφισβήτητον ἀρετὸν ὑποδείκνυσθαι. τῶν γὰρ πολεμίων οὐ μακρὰν ἀπεχόντων, ἔξεστιν ὅτι τῶν ἔργων φανῆναι τοὺς ἀρίστους, καὶ ὃν τῆς κατὰ χεῖρα γυναίστητος χρῆναι τοὺς ὑπερέχοντας. τοὺς τοιούτους τοίνυν λόγους διακηκοότες οἱ στρατηγοὶ, καὶ τὴν πρὸς ἀνδρείαν

A ciebat finem, quotidie in ſacrum divinumque Templum ingrediendi, Deumque ſupplicibus votis exorandi, interceſſoribus ad Deum adhibitis, tum Michaele cœleſtis exercitus Principe, tum Elia Propheta, ne prius vita excederet, quam Chryſochiris interitum videret, ac tria tela impuro illius capiti infigeret; quod & poſtea contigit. Sequenti enim anno, cum is, quem dicebam Chryſochir, Romanam ditionem invaſiſſet, eamque devaſtaret, miſit ex more Imperator in eum Scholarum Domeſticum, aſſumptoque omni Romano exercitu, licet palam conferta acie cum illo pugnare non auderet, interim tamen Romanis cohortibus ex certo intervallo inſequentibus, obſtabat ne hinc inde excurrere, ac palando per loca diſpergi auderet. Cum igitur Barbarus, partim rebus ex voto cedentibus, partim fruſtrato conatu, jam etiam tempore vocante, ad ſua redire ſtatuiſſet, gravique onuſtus præda domum rediret; Scholis Præfectus, duobus Ducibus, quorum unus Charſianis, alter Armeniacis præerat, præcipit, ut cum iis, quas ducebant, cohortibus, Chryſochirem pone ſequantur uſque ad Bathyrrhyacem. Indeque, ſi quidem adverſus Romanorum fines copias immitteret, id Domeſtico ſignificarent: ſin autem recto itinere in ſuam ſe latebram reciperet, illo dimiſſo ad ipſum rurſus redirent.

Baſilij votum pro hoſtis interitu.

XLII. Jam itaque ad eum qui dictus eſt, Bathyrrhyaci locum, adveſperaſcente die Barbarorum devectus exercitus, ad pedes montis conſedit. Romanorum Duces illius ſuperiora occupant, ac quid eventurum ſit diſpiciunt. Interim inter duorum Thematum milites, & ordinum turmarumque Ductores ac Manipularios, contentio quædam & pugna de virtutis præſtantia incidit. Charſianitæ, virtutis, quæ in fortitudine eſt, primatum ſibi vendicabant; contra Armeniaci, nihil ſe illa virtute iis impares omnino obnitebantur. Augeſcente itaque rixa; & cum partium irritaretur ferocitas, ab Armeniacorum cœtus primoribus in hæc verba peroratum ferunt. *Quid fruſtra verbis ſinguli ferocimus atque jactamus, cum in promptu ſit, virtutis ſpecimen dare, qua de ambigimus? Cum enim hoſtes haud longe abſint, poſſunt qui viri præſtantes exiſtant, facinoribus editis inclareſcere, ac qui forti robore præcellat, judicio primas obtinere.* His ergo Ductores ſermonibus auditis, militumque ad impreſſionem faciendam fortem

animum atque alacrem considerantes; nec non ipsius loci opportunitatem haud leve sibi ad victoriam momentum afferre sentientes, quod e sublimi loco impetum in hostes erant facturi, qui in valle castra habebant, duas in partes copias dividunt. Selectiorem manum ad sexcentos cum ipsis Ductoribus in hostem irruere decernunt: reliqui numero non multi in sublimi starent, confertæ multitudinis speciem præferentes; data temporis tessera, ut cum illi hostem adorirentur, illico hi maximo cum plausu & tubis canentibus terribilem rugitum, una quoque reboantibus montibus ederent. Sic arma induunt, ac occulte per noctem ad hostium castra accedunt. Summo autem mane, cum necdum Sol emenso penitus subjecto nobis hemisphærio emersisset, magna voce Pæana cantantes, &, VICIT CRUX conclamantes, aggrediuntur hostem, simul reliquis de monte militarem conclamationem edentibus. At Barbari subito, re insperata, perterriti, & neque inter se coire, nec contemplandæ irruentium hostium multitudinis tempus habere, neque omnino quicquam salutare consulere posse, sed fugæ se dare; Imperatoris prorsus assidua ad Deum precatione eos perterrente, atque in interitum propellente. Romanis itaque insequentibus, absentesque Duces atque ordines, Scholisque Præfectum continue compellantibus, sicut fuerat præceptum; aucto fugientium pavore ac tumultu, ad trigesimum milliare persequuntur, interjectumque spatium cadaveribus consternunt.

Tephricentium strages.

XLIII. Inter hæc, etiam impudentem audacemque illum Chrysochirem, cum paucis suorum fugientem, Romanorum quemdam, cognomento Puladem, persecutum ferunt, qui Tephricæ quondam captivus, quod festivus esset ac lepidus, Chrysochiri innotuerat, & ab eo in familiaritatem fuerat admissus. Hunc ut vidit Barbarus furiose alacrique animo insequentem, conversus ad eum, *Quid tibi*, inquit, *mali feci, miser Pulade, quod sic insane peremptorus me persequeris?* Cui ille brevibus, *Quod nimirum munerum in me collatorum, vicem me tibi hodie redditurum, Deo bene propitio, confido, Patrone; ideoque retro te insequor.* Præibat itaque ille quasi mente captus ac attonitus, desperata salute, ac nimium pavidus: Pulades intrepide audacique animo insequebatur, donec ad altam foveam deventum est.

X. Rursus vero a Bulgaris susceptа expeditione, & cum illi adusque sanctæ Theodoræ Regias Ædes venissent, easque igni incendissent, Imperator Romanus prandio laute instructo, agminum Ductores invitavit, cum, & quem vocant, Sacticis illis comes esset. Hortatur ergo jubetque adversus hostes exire, ac pro patriæ incolumitate pugnare. Assenserunt illi, atque alacres ipsius Majestatis tuendæ causa ac Christianos ulciscendi, oppetituros se mortem in se receperunt. Postridie igitur, quem diximus, Sactices, ab Imperatore armis instructus, veram ab ipso datam fidem, ac quam jactarat fortitudinem, ostendit. Bulgaros quippe a tergo aggressus, inque eorum castra insiliens, quos ibi reperit, omnes trucidavit. Bulgari igitur ubi didicere quod ita evenerat, in castra revertuntur, consertaque acie, Sacticem paucis stipatum terga vertere cogunt. Is itaque strenue defudato prælio, factaque hostium ingenti strage, cum tantæ eorum multitudini sustinendæ par amplius non esset, laxatis habenis equum ad Sacticis virtus atque mors.

fugam impellit. In cujusdam autem amnis transitu, equo in cœno hærente, vulnus in anum & femur accipit. Verum equo ægre tandem suorum cura & industria e cœno evulso, ad Blachernas usque evasit: atque in sacra Soro (Loculum dicas) positus, cum vulnus lethale esset, e vivis excedit.

Urnæ ex S. Mamantis ad Romani Monasterium translatæ.

XI. Sub idem tempus Petronas vir clarissimus summeque venerabilis, Romani Imperatoris jussu minorem urnam unam egregie elaboratam, duasque alias nulla sculpturæ arte cælatas, ex sancti Mamantis virorum Monasterio, quod situm est ad Portam quam Xerocercem vocant, advexit; in quibus fama est, conditum fuisse Mauricium cum filiis: quæ & in Romani Monasterio (hoc est, in Myrelæo) fuerunt depositæ.

Compressa rebellio.

XII. Adrianus vero quidam Chaldus, nec non Tatzaces Armenius vir summe locuples, consiliis, hortatuque Bardæ Boelæ, qui in Chaldia Ductor militum erat, tyrannidem struunt, rebellantque adversus Romanum Imperatorem, Paiperte (sic nominato) oppido munito occupato. Horum potitus Joannes Curcuas Scholarum Domesticus, ipsos tenuit, quorum illustrioribus, publicata ipsorum substantia, oculos adimit; alios, qui pauperes essent atque obscuri, quo vellent abire jussit. Tatzaces, alia munitissima arce occupata, fideque impunitatis ab Scholarum Domestico accepta, Byzantium venit; ibique Manglabitæ dignitate auctus, in Manganorum domo sub custodia agebat. Cum vero fugam moliri deprehensus esset, oculi ei eruti sunt. Bardam Boelam, Imperatore bene ei volente atque illius miserente, Monachum detonderunt.

Capta a Bulgaris Adrianopolis & recepta.

XIII. Patricio vero (sic appellato) Moroleone, seu potius Thymoleone (velut dicas, virum leonini pectoris atque animi) Adrianopolitano Prætore, bellica fortitudine ac solertia egregie instructo, ut qui haud raro adversus Bulgaros rem strenue gesserat; Symeon Bulgarus, cum omnibus copiis Urbem obsidens, ac vallo cingens, validis ipsam armis premit. Oppidani deficiente annona, ac fame graviter afflicti, cum commeatus parandi nulla spes affulgeret, penuria pressi, se, suumque Prætorem Bulgaris dedidere. Hunc nactus Symeon, toto corpore vinctum innumerisque verberibus af-

A φυγὴν ἤλασε. ποταμὸν δέ τινα περαρρέοντα διαβάς, τῶ ἵππου αὐτὸν ἐν τῇ βύτου ἰλύϊ ἐμπαγέντος, πεζώσκοπα καὶ τὸ ἔδρας ἐκ τῶ μηροῦ. μόλις οὖν τῶ ἵππου ἐκ τῆς ἰλύος ἀναπαθέντος σωτηρίας τῆς ἐπὶ χεῖρα, ἀφικόμενος μέχρι τῶν Βλαχερνῶν· ἐκ 378 τελὴς ἐν τῇ ἁγίᾳ Σορῷ, καιρίας τῆς πληγῆς οὔσης, τῇ νυκτὶ ἐτελεύτησεν. 378.

ια'. Τὼν καιρὸν δὲ καὶ Πετρωνᾶς ἀνδρισιμώτατος πρωτοσπαθάριος Ρωμανοῦ Βασιλέως ἤγαγε λαγυνάκιον ἔνδοξον ἔν, καὶ ἕτερα δύο γλυφῆς ἀμοιρούντα, ἐκ τῆς τῶ ἁγίου Μάμαντος ἀνδρείας μονῆς, τῆς πλησίον οὔσης τῆς Ξηροκέρκου λεγομένης πόρτης, ἐν οἷς φασι σωαποκεῖσθαι Μαυρίκιον σὺν τοῖς παισίν· ἃ δὲ 379 ἀπετέθη ἐν τῇ τῶ Βασιλέως 379.
Ρωμανοῦ μονῇ, ἥτοι εἰς Τὸ Μυρέλαιον.

ιβ'. Ἀδριανὸς δέ τις Χάλδος, πρὸς δὲ Τατζάκης Ἀρμένιος πλούσιος πάνυ, τῇ ὑποθήκῃ καὶ συμβουλῇ Βαρδᾶ τῶ Βοήλα γραπηδιώτου ἐν Χαλδίᾳ, τυραννίδα τε ἀνηρσίαν κατὰ Ρωμανοῦ Βασιλέως σκυλάζουσι, Τὸ Παίπερτε λεγόμενον ὀχύρωμα καταλαμβάνουσι· οὗ ὁ τῶν ἀρχόντων Δομέστικος Ἰωάννης ὁ Κουρκούας καταπολεμήσας τε καταλαβὼν, τοὺς μὲν πρωτοφανεστέρους ἐκτυφλοῖ, τὰς οὐσίας αὐτῶν δημεύσας· 380 τοὺς δὲ 380.
πενιχροὺς τε ἀσήμους, ἀφῆκε κελεύσας ὅπῃ βούλοιντο ἀπιέναι. Τατζάκης δὲ ἐν ἑτέρῳ ὀχυρωτάτῳ καστελλίῳ φυγὼν, καὶ λόγου τῶ μή τι κακὸν παθεῖν δεξάμενος, ἐν τῇ πόλει Ἐπιπελαλούθῃ, καὶ τῇ τῶ Μαγλαβίτου ἀξίᾳ τιμηθεὶς, ἐν τῷ οἴκῳ τῶν Μαγλαβίτων διητᾶτο τηρούμενος. δρασμὸν δὲ βουλευόμενος ἀλίσκεται, τε τῶν ὀμμάτων στερεῖται. Βαρδᾶν δὲ τὸν Βοήλαν ἀπέκειρεν Μοναχὸν, τῶ Βασιλέως αὐτὸν κατοικτίσαντος φίλον τυγχάνοντα.

ιγ'. Τοῦ δὲ Πατρικίου τῶ οὕτως ἐπονομαζομένου Μωρολέοντος, ἢ μᾶλλον Εἰρηνεῖν οἰκειότερον Θυμολέοντος, Ἀδριανουπόλεως στρατηγοῦντος, κρατίστου τὰ πολεμικὰ καὶ στρατιώτου τυγχάνοντος, ὃς πολλὰς κατὰ Βουλγάρων ἀνδραγαθίας ἐπιδείξατο, ὁ Βούλγαρος Συμεὼν τὴν Εἰρηνούπολιν πόλιν σὺν πολυτρόπῳ στρατεύματι περικύκλωσεν· ἐκ χάρακα περιβαλὼν, ἰσχυρὰς τοίχοις ἐπολιόρκει. ἐπεὶ δὲ ὅ τε σῖτος τοῖς ἐν τῇ πόλει ἐπελελοίπει, ἐκ λιμὸς ὀπίσω κρατιὸς· οὐδαμόθεν γὰρ εἶχον ὑπισχνεῖσθαι· τῇ ἐνδείᾳ πιεζόμενοι, παραδεδώκασιν ἑαυτοὺς καὶ τὸν Στρατηγὸν τοῖς Βουλγάροις· ὃν χειρωσάμενος Συμεὼν, ἐκ δεσμὰ καθ' ὅλου τῶ σώματος περιβαλὼν, ἐκ μυείαις ἀρχίαις τῶν ὑμῶν σά-

μῶς, τελευταῖον ἀπέκτεινε θανάτῳ πικρῷ ἀξίᾳ τῆς ἑαυτοῦ ἀπονενοημένης καὶ ὠμοτάτης ψυχῆς. Βουλγάροις οὖν τοῖς τῆς πόλεως φυλακὴν ἐμπεποιημένοις, ἀνεχώρησεν. οἱ δὲ κατ' αὐτῶν τῶν Ρωμαίων φρατρῷ ἐφοδον ἀκηκοότες, τοῦτον καταλιπόντες ἀπῆλθον, καὶ πάλιν ὑπὸ Ρωμαίοις αὐτη ἐγένετο.

ιδ'. Λέοντος δὲ τοῦ Τριπολίτου μετὰ δυνάμεως πολλῆς καὶ νηῶν πολεμικῶν κατὰ Ρωμαίων ἐξελθόντος, καὶ ἐν τῇ νήσῳ Λήμνῳ καταλαβόντος, Ιωάννης Πατρίκιος καὶ Δρουγγάριος τῶν νηῶν ὁ Ραδινὸς καταπολεμηθεὶς ἀφνιδίως ἐπέθετο αὐτῷ· καὶ πολέμου γενομένου, Θεοῦ συνεργία οἱ ὑπ' αὐτὸν πέφευγαν Αγαρηνοί· μόλις δὲ μόνος ὁ Τριπολίτης φυγῇ ἀφανὼξεται.

ιε'. Σεπτεμβρίῳ δὲ μηνὶ, ἰνδικτιῶνος δευτέρας, Συμεὼν ἄρχων Βουλγαρίας πανστρατιᾷ κατὰ Κωνσταντινουπόλεως ἐκστρατεύει. καὶ λαίζεται μὲν Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν· ἐμπυρίζει δὲ πάντα, καὶ καταστρέφει καὶ δενδροτομεῖ. μέχρι δὲ Βλαχερνῶν ἐπιδημοῦντος, ἐπεζήτησεν ἀποσταλῆναι αὐτῷ τὸν Πατριάρχην Νικόλαον καὶ τινας τῶν μεγιστάνων, ὥστε καὶ εἰρήνης αὐτοῖς συντυχεῖν. ἔλαβον οὖν ὁμήρους πρὸς ἀλλήλων ἀμφότεροι· καὶ ἐξῆλθε πρότερον μὲν ὁ Πατριάρχης Νικόλαος, ἔπειτα ὁ Μιχαὴλ Πατρίκιος προσηγορευόμενος ὁ Στυπιώτης, καὶ Ιωάννης ὁ Μυστικὸς καὶ Παιδευταστής. ἤδη γὰρ Ιωάννης ὁ Ραίκτωρ διαβληθεὶς πρὸς τὸν Βασιλέα, ἀποδημεῖν προφασισάμενος τῆς παλατίου κατελιλύθη, καὶ ἐν τῇ αὐτοῦ μονῇ πλησίον Γαλακρίνων ἀπεκάρη. οἱ μὲν οὖν μετὰ Συμεὼν περὶ εἰρήνης διελέγοντο. ὁ δὲ, αὐτοὺς μὲν ἀπεπέμψατο, αὐτὸν δὲ τὸν Βασιλέα Ρωμαίων ἐπεζήτει θεάσασθαι. καὶ δὴ πολλῶν δὲ πεπληροφόρητο περί τε τῆς αὐτοῦ φρονήσεως, καὶ ἀνδρείας καὶ σωφροσύνης. ὁ δίκαιος Βασιλεὺς ἐπὶ δίκαιον σφόδρα ἠγαλλιάσατο· ἐπόθει γὰρ τὴν εἰρήνην, καὶ ὃ φησι τὰς γινομένας τῶν αἱμάτων ἐκχύσεις ὀσημέραι. ἀποστείλας οὖν ἐν τῷ τοῦ Κοσμιδίου αἰγιαλῷ, κατεσκεύασεν ἐν τῇ θαλάσσῃ ὀχυρωτάτην Ἀπόβασιν, ὥστε τὴν βασιλικὴν τριήρη διεκπλέουσαν ἐν αὐτῇ προσορμίζεσθαι. περιφράξας οὖν αὐτὴν πάντοθεν, διάστειγμα μέσον ἠθέλησε προστάξαι, ἔνθα ἀλλήλοις ἔμελλον ὁμιλεῖν. ἀποστείλας οὖν Συμεὼν, τὸν τῆς ὑπαπαντῆς Θεοτόκου ναὸν ἐνέπρησεν τὸν ἐν τῇ Πηγῇ, ὃν Ιουστινιανὸς ὁ Βασιλεὺς ἐδόμησαν, καὶ τὰ πέριξ αὐτοῦ σύμπαντα· δῆλος ὢν ἐντεῦθεν μὴ τῶν εἰρη-

Incerti Continuat. Romanus Lacapenus.

A fectum, ad extremum acerba morte, & quæ sævissimam & crudelissimam ipsius indolem deceret, virum sustulit. Bulgaris itaque in Urbe præsidiariis relictis, discedit. Præsidiarij vero, audito Romanorum copias in ipsos ingruere, relicta Urbe abierunt: inque hunc modum a Romanis Urbs recepta est.

XIV. Leo Tripolita cum magna classe ingentique exercitu adversus Romanos egressus, ubi Lemnum occupasset, Joannes Radinus Patricius rei navalis Drungarius, eum repente aggressus est: conseritaque pugna, Dei ope, sub eo merentes Agareni, fusi sunt atque fugati: solusque ipse Tripolita, ægre fuga salutem expediit. Tripolita a Radino victus.

XV. Mense Septembri, Indictione secunda, Symeon Bulgariæ Princeps cum omnibus copiis adversus Byzantium profectus est, ac Thraciam quidem ac Macedoniam populatur; succendit vero omnia & evertit, atque arbores succidit. Ad Blachernas usque cum admovisset, Nicolaum Patriarcham ac Procerum quosdam, quibuscum de pace tractaret, ad se mitti rogavit. Datis itaque utrinque obsidibus, exit prior Nicolaus Patriarcha, tum Michael Patricius cognomento Stypiotes & Joannes Mysticus, administrandarumque rerum Imperatori Adjutor ac Minister intimus. Jam enim Joannes Rector criminis apud Imperatorem delatus, ipse a se ægritudinem prætexens Aula discesserat, inque suo Monasterio haud procul a Galacrenis in Monachum tonsus fuerat. Legati igitur cum Symeone de pace colloquebantur. Verum Symeon illis repudiatis, ipsum Imperatorem videre, ejusque congressum expetebat: certo enim relatu de ejus prudentia & fortitudine, sapientiaque acceperat. Pergrata ea res fuit Romano; quippe qui pacis desiderio tenebatur, ac quotidianis utrinque cædibus, finem imponere studebat. Mittit itaque qui ad mare in Cosmidij littore tutissimam Exscensionem struerent, quo loco ejus Prætoria navis appellenda esset. Loco itaque undique communito, in medio jussit septum fieri, ubi erant collocuturi. Interim Symeon, suorum misso manipulo, sanctæ Dei Genitricis Templum in Pega, a Justiniano conditum, incendit, ac circum vicina omnia, igni ferroque vastavit. His igitur alienum a pace pa-

Symeonis expeditio: de pace colloquium.

Παιδευταστής.

Joan. Rector Monachus.

Pegarum Dei Genitricis Ædes succensa.

Sanctæ Mariæ Vestis religio.

lam prodebat animum, vanaque spe Imperatorem deludere, haud obscurum erat. Veniens autem Imperator cum Nicolao Patriarcha, in sacrum ingressus est Loculum, manusque in preces extendit. Tum pronus in terram procidens, sacrum ubertim solum lacrymis rigabat, omni celebrandam laude omnisque labis puram sanctam Dei Genitricem obsecrans, ut inflexum durumque Symeonis pectus emolliret, & ad pacis concordiam ineundam induceret. Sacra igitur reserata Arcula, in qua venerandum sanctæ Dei Genitricis Palliolum repositum erat, eoque Imperator sublato, velutque thorace quodam, nullis telis pervio, assumpto, ac, quam in intemeratissima Dei Genitrice collocaverat, galeæ instar, fide sibi adhibita, tutis scilicet munitus armis, Templo egreditur. Suis itaque classiariis ac comitatu clypeis armisque aliis probe instructis, in locum constitutum cum Symeone tractaturus venit. Feria quinta erat, cum hæc gesta sunt, mensis Novembris die nona, hora diei quarta. Venit quoque & Symeon cum exercitu, in multas distributo turmas atque acies. Militum alij clypeis hastisque auratis, alij argento splendidis; omnis alij coloris armis instructi atque ornati; cuncti ferro circumcincti erant. Hi medium assumptum Symeonem, ut Imperatorem ac Regem Romana lingua faustis vocibus prosequebantur. Senatus omnis muris insidentes, quicquid hujus fabulæ erat, spectabant. Res vero spectatu dignissima, Regius vere atque excelsus Imperatoris animus fuit: mira res, intritæ illa mentis constantia & præsentia ac fortitudo: quomodo tantam hostium confluentem multitudinem videns, sic placide processit, tantum non animam pretium redemptionis hostibus pro subditis tradens. Primus itaque, ad eam, quam diximus, Exscensionem veniens, Symeonem præstolabatur. Datis porro ultro citroque obsidibus, ac cum Bulgari Exscensionem diligenter lustrassent, ne quis dolus subesset aut insidiæ laterent, Symeon equo desiliens, ad Imperatorem intravit. Ibi cum se mutuo consalutassent, de pace colloqui cœperunt. Ferunt autem Romanum in hæc verba Symeonem esse allocutum. *Audivi te hominem religiosum esse Deique cultorem, ac verum Christianum: video autem opera*

Romani ad Symeonem oratio.

A ιῶ ἐθέλων, ἀλλ' ἐλπίσι μετεώροις τῶν ἐξαπατῶν. προσηλούμενος δὲ ὁ Βλαχέρναις ὁ Βασιλεὺς ἅμα Νικολάῳ Πατριάρχῃ, ἐν τῇ ἁγίᾳ Ἐισπλῆ Σορῷ, καὶ ταῖς χεῖρας ἐξέτεινεν εἰς ὕψος. Εἶτα πρηνὴς πεσών, δάκρυσι κατέῤῥεγε τὸ ἅγιον ἔδαφος, τὴν πανύμνητον καὶ ἀχραντον Θεοτόκον ἀντιβολῶν, τὴν ἀκαμπῆ καὶ ἀμείλικτον τοῦ ἱερωφάντου Συμεὼν καρδίαν μαλάξαι, καὶ πεῖσαι τὰ πρὸς εἰρήνην σωφρονῆσαι. Τὸ ἅγιον οὖν κιβώτιον διοιξάντες, ἐν ᾧ τὸ σπλὸν τῆς ἁγίας Θεοτόκου τεθησαύριστο [381] ὠμοφόριον, καὶ τοῦτο ὁ Βασι- 381.
B λεὺς ἀνελόμενος, καὶ ὥσπερ τινα θώρακα ἀδιάῤῥηκτον περιβαλλόμενος, ἐν τῇ πίστει τῇ εἰς τὴν ἱερὰν μορφὴν Θεοτόκου οἷα περικεφαλαίαν τινὰ περιθέμενος, ἐξῆλθε τοῦ ναοῦ, ὅπλοις ἀσφαλέσι φρουρούμενος. τὸν σὺν αὐτῷ λαὸν ἅπαντα τὸ καὶ ὅπλοις κατακοσμήσας, τὸν ὡρισμένον τόπον κατέλαβεν, συνομιλῆσαι τῷ Συμεών. πέμπτη δὲ ἦν ἡμέρα, ὅτε ταῦτα ἐγένετο, ἐνάτῃ τοῦ Νοεμβρίου μηνὸς, τετάρτη δὲ τῆς ἡμέρας ὥρᾳ. προῆλθε δὲ καὶ ὁ Συμεών, πλῆθος ἐπαγόμενος εἰς πολλὰς διῃρημένον τὰς παρατάξεις· τὴν μὲν χρυσασπίδων καὶ χρυσοδοράτων, τὴν δὲ ἀργυρασπίδων καὶ
C ἀργυροδοράτων, τὴν δὲ πάσῃ ὅπλων χροιᾷ κεκοσμημένων, πάντων καὶ κατακεκοσμημένων σιδήρῳ· εἰ μέσον αὐτῶν εἱλκυστοῦντες Συμεών, ὡς Βασιλέα βιῴημουν [382] τῇ τῶν Ῥωμαίων φωνῇ. 382.
πάντες δὲ τῆς Συγκλήτου βουλῆς τοῖς τείχεσιν ἐφεζῶτες κατεθεῶντο τὰ δρώμενα. ἦν οὖν ἰδεῖν τότε ψυχὴν βασιλικὴν τῷ ὄντι καὶ μεγαλόφρονα, καὶ θαυμάσαι τὸ τῆς φρονήσεως ἀκατάπληκτον καὶ τὸ τῆς αὐθρείας περιφρόνημα· ὅπως τοσαύτῃ πολεμίων βλέπων ὁπλοφορὴν οὐ κατεπλάγη, καὶ συνεσάλη καὶ ἀνεχώρησεν· ἀλλ' ὥσπερ εἰς φίλων πλῆθος χωρῶν, οὕτως ἀτρέμας ἀπῆλθε, μονονουχὶ
D τῇ ψυχῇ τοῖς πολεμίοις τὴν ἀστοκόων διδοὺς ἀπόλυσιν. περᾶτος οὖν ὁ τῆ Ἀποβάθρᾳ τῇ ῥηθείσῃ καταλαβὼν, τὸν Συμεὼν ἐξεδέχετο. ἐπεὶ δὲ ὅμηροι ἐξ ἀμφοτέρων ἐλήφθησαν τῶν μερῶν, καὶ τῇ Ἀποβάθρᾳ οἱ Βούλγαροι διερευνήσαντο ἀκριβῶς, μή που τις δόλος ἢ ἔνεδρα τυγχάνῃ, κατῆλθε Συμεὼν τοῦ ἵππου, καὶ πρὸς τὸν Βασιλέα εἰσῆλθεν. ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους, εἰρηνικοὺς λόγους ἐκίνησαν. Εἶπεῖν δὲ λέγεται τὸν Βασιλέα πρὸς Συμεών, Ἀκήκοά σε θεοσεβῆ ἄνδρα καὶ Χριστιανὸν ὑπάρχοντα ἀληθινόν· βλέπω δὲ τὰ ἔργα

τοῖς λόγοις μὴ συμβαίνοντα. ἴδιον μὲν γὰρ ἀνθρώπου θεοσεβοῦς καὶ Χριστιανοῦ, τὸ τῇ εἰρήνῃ καὶ τῇ ἀγάπην ἀσπάζεσθαι, εἴπερ ὁ Θεὸς ἀγάπη ἐστί τε καὶ λέγεται· ἀσεβοῦς δὲ καὶ ἀπίστου τὸ χαίρειν σφαγαῖς καὶ αἵμασιν ἀδίκως ἐκχυνομένων. εἰ μὲν οὖν ἀληθὴς Χριστιανὸς ὑπάρχεις, καθὼς πεπληροφορήμεθα, φησόν ποτε ταῖς ἀδίκοις σφαγαῖς, καὶ τῷ περισσῷ αἱμάτων ἀκχύσεως, καὶ ἄπεισαι μὲν ἡμῖν τῇ Χριστιανῶν εἰρήνῃ, Χριστιανὸς καὶ αὐτὸς ὢν καὶ ὀνομαζόμενος· καὶ μὴ θέλε μολύνεσθαι Χριστιανῶν δεξιὰς αἵμασιν ὁμοπίστων Χριστιανῶν. ἀνόσιος εἶ καὶ αὐτός, θάνατον προσδοκῶν καὶ λύσασιν, καὶ κρίσιν καὶ ἀνταπόδοσιν· καὶ σήμερον ὑπάρχεις, καὶ αὔριον εἰς κόνιν διαλυθήσῃ. εἷς πυρετὸς κατασβέσει σὸν φρύαγμα. τίνα οὖν λόγον δώσεις τῷ Θεῷ ἐκεῖ ἀπελθὼν ὑπὲρ τῶν ἀδίκων σφαγῶν; ποίῳ προσώπῳ τὸν φοβερὸν καὶ δικαίῳ ἀνατενίσεις Κριτῇ; εἰ πλούτου ἐρᾷς τούτων ποιεῖς, ἐγώ σε κορεσθῆναι τοῦ ὑπεθυμιωμένου ἐμπλήσω· μόνον ὑπόσχου τῇ δεξιᾷ, ἅπασαν τῇ εἰρήνῃ, ἀγάπησον τὸν ὁμόνοιαν, ἵνα καὶ αὐτὸς βίον ζήσῃς εἰρηνικὸν καὶ ἀπράγμονα, καὶ οἱ Χριστιανοὶ παύσωνταί ποτε τῆς συμφορᾶς, καὶ φήσωσιν τοῦ Χριστιανοὺς δύασθαι. οὐ θέμις γὰρ αὐτοῖς ἄρδην ὅπλα κατ' ὁμοπίστων. τοσαῦτα οὖν εἰπὼν ὁ Βασιλεύς, ἐσίγησεν. αἰδεσθεὶς οὖν Συμεὼν τὴν τούτου ταπείνωσιν καὶ τοῖς λόγοις αὐτοῦ, κατένυσεν τῇ εἰρήνῃ πεισθῆναι. ἀσπασάμενοι οὖν ἀλλήλους, διεχωρίσθησαν δώροις μεγαλοπρεπέσι τοῦ Βασιλέως δεξιωσαμένου τὸν Συμεών.

ιϛ'. Ὃ δὲ τότε συμβέβηκεν διηγήσομαι τερατῶδές τι, καὶ τοῖς ταῦτα εἰδόσι συγκρίναι παράδοξον. δύο φασὶν ἀετοὺς τῶν Βασιλέων ὁμιλούντων, ἄνωθεν αὐτῶν ὑποπτῆναι, κλάγξαι τε, καὶ πρὸς ἀλλήλους συμμίξαι, καὶ πρωτίστην ἀναζωπύρησιν ἀλλήλοις. καὶ τὸν μὲν ἐπὶ τὴν πόλιν ἐλθεῖν, τὸν δὲ πρὸς Θρᾴκην ἀναπτῆναι. τοῦτο οἱ ἀκριβοῦς ζητοῦντες, εὐ καλὸν ἔκριναν οἰωνόν· ἀσυμβάτους γὰρ ὑπὸ τῆς εἰρήνης ἀμφοτέρους ἀναλυθήσεσθαι ἔφησαν. Συμεὼν δὲ ὁ εἰς τραπέζαν καταλαβών, τοῖς ἑαυτοῦ μεγιστᾶσι τὴν τοῦ Βασιλέως ἀπήγγελε σωφροσύνην καὶ ταπείνωσιν. ἐξεπλάγησαν δὲ αὐτοῦ τό, τε εἶδος, τὴν τε ῥώμην καὶ ὃ ἀκαπλήκτων τοῦ φρονήματος.

ιζ'. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ κε'. ἔτει ϛϠ Ρωμανὸς τοὺς υἱοὺς αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, Στέφανόν τε καὶ Κωνσταντῖνον· ἀλλὰ καὶ Θεοφύλακτον υἱὸν αὐτοῦ ὁ Πατριάρχης Νικό-

A non satis verbis consentanea esse. Proprium enim est hominis religiosi Deique cultoris ac Christiani, ut pacem & charitatem colat, quandoquidem Deus 1. Joan. 4. 16.
Charitas est ac nuncupatur: impij autem, & irreligiosi & infidelis, ut cædibus injusteque fusis cruoribus gaudeat. Si quidem ergo verus Christianus existis, qualem te certo existimamus, tandem aliquando siste injustas cædes, finemque facito fundendi innoxij sanguinis, ac pacem nobiscum Christianis compone, qui ipse Christianus sis & dicaris, nec Christianorum dexteras, Christianorum itidem ac eandem colentium fidem, cruoribus pollui sinas. Ipse tu quoque homo es,
B qui mortem & resurrectionem & judicium & retributionem expectes. Hodie in vivis es, & cras in pulverem dissolvêris. Febris una, superbiam omnem extinguet. Quam ergo rationem, ante tribunal Dei constitutus, pro injustis cædibus Deo redditurus es? Quo vultu in tremendum justumque Judicem oculos intendes? Si te divitiarum cupido ad ejusmodi facinora impellit, ego te illis ad satietatem explebo; modo contine dexteram; pacem amplectere, dilige concordiam, ut & ipse vitam tranquillam agas ac incruentam, nihilque sollicitam, ac tandem Christianorum mala finem accipiant, atque alij alios Christianos necare desinant. Nefas enim Fideles in se
C mutuo arma sumere. Hæc itaque locutus Imperator, conticuit. Bulgarus igitur illius humilitatem ac sermones cum veneratione miratus, pacem fieri annuit. Cum se itaque invicem osculati essent, discesserunt, Imperatore magnificis donis Symeonem prosecuto. Sens.

XVI. Quod vero tunc accidit, referam; rem sane portentosam, atque illis qui horum noverunt indicia, novam & insolitam. Aiunt enim colloquentibus ambobus Regibus, duas Aquilas super eos volitasse, & cum clangore coivisse; moxque divulsas, alteram ad Urbem, alteram in Thraciam avolasse. Rerum ejusmodi curiosi indagatores, inauspicatum omen arbitrati sunt; Fore nimirum, ut infecta pace illi disjungerentur. Symeon ad suos reversus, Imperatoris solertiam modestiamque suis Proceribus narrat; virique speciem & robur infractumque animum immensis laudibus celebrat. Portentum Aquilarum.

XVII. Mensis Decembris die vigesima-quinta Romanus filios suos Stephanum & Constantinum coronat in Magna Ecclesia: sed & Theophylactum ejus filium, Nicolaus Pa- Coronati duo Romani filij. Novissimus Syncellus factus.

triarcha detondet Clericum, & Subdiaconum ordinat; ac tandem promovet Syncellum, cum is prius in Subdiaconorum gradu in Sancta processisset.

XVIII. Mensis Aprilis die decima-nona, Romanus Joannem Mysticum rerumque gerendarum Administrum ac Subadjuvam, Patricia ac Proconsulari dignitate ornavit: ita sane ut hinc illi conflata invidia, & illatum a quibusdam crimen sit.

XIX. Maij mensis die quintadecima, Indictione tertia-decima, moritur Nicolaus Patriarcha, cum a secunda provectione annos tredecim throno potitus esset. Ejus corpus in Monasterio, quod ille condiderat, ac Galacrenas vocant, conditum est. Mense Augusto Patriarcha sufficitur Stephanus Amasex Metropolita, eunuchus. Mense Octobri Joannes Mysticus ac Imperatori rerum gerendarum Adjutor, affectati Imperij defertur, in rem inducente Cosma Patricio ac Cursus publici Logotheta, qui filiam ei uxorem locaverat. Eam ob rem, ejectus ille quidem Aula est: permissum tamen Imperatorem adire, eique * ministrare, ac cum eo, communicatis consiliis, quod operæpretium videretur, tractare. Ingens quippe in eum Imperatoris vis amoris erat, quod Mysticus in omnibus ei blande assentaretur, nec ut a se penitus ablegaret, in animum inducere poterat. Accusatoribus tamen Imperatorem urgentibus, veraque esse crimina objecta ostendentibus: ille rem perscrutatus, cum non aliter se habere deprehendisset, quam illi retulerant, capiendum Mysticum statuit, ac quæstionibus subjiciendum. Hoc ille ubi præsensit, fuga se ad Monocastanorum Monasterium recipiens, ibi Monachi ritu comam posuit. Fugit vero & Constantinus Boilæ filius, Mensæ Præfectus; timens scilicet, ut qui & ipse Mysticæ symmysta esset ejusque secretorum conscius; inque Olympum discedens, Monachum induit. Patricium Cosmam ad Palatij Horologium verberibus subactum, Imperator officio movit. Joannis Mystici loco Theophanes Protovestiarius Subadjuva rerumque gerendarum Imperatori Adjutor promovetur. Sub idem tempus, horrendus in Thracensium themate extitit terræmotus, ingensque ac stupendus hiatus, ita ut plura prædia & Ecclesiæ cum hominibus voragine absorpta sint.

Nicolai Patriarchæ mors; Stephani Amasteni provectio.

Joannis Mystici ejectio.

* *reverentiam cultumque adhibere.*

Theophanes Mystici loco Subadjuva.

Terræmotus.

λαος ἀπέκειρεν Κληεικὸν, [383] χειροτονήσας Ὑποδιάκονον, Σύγκελλόν τε προχειρισάμενος, διελθόντα πρότερον ἐν τῷ τῆς Ὑποδιακόνων τάγματι εἰς τὰ Ἅγια. 383.

ιη'. Ἀπριλλίῳ δὲ μηνὶ, ιθ'. τοῦ μηνὸς ἐπέμψεν Ρωμανὸς Ἰωάννῃ Μυστικὸν ἐπὶ Παραδυναστεύοντα Πατρίκιον καὶ Λογοθέτην, ὅστε ἐπ' αὐτὸ τοῦτο φθόνον κινδύνων αὐτῷ, καὶ κατηγορημάτων ἀπό τινων.

ιθ'. Μαΐῳ δὲ μηνὶ ιε'. [384] ἰνδικτιῶνος ιγ'. τελευτᾷ ὁ Πατριάρχης Νικόλαος, κρατήσας ἐν τῇ δευτέρᾳ αἱρέσει τοῦ Πατριαρχείου ἔτη τρισκαίδεκα. καὶ ἀπετέθη ὁ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ ἰδίᾳ αὐτοῦ κτιστῇ μονῇ τῆς Γαλακρηνῶν. Αὐγούστῳ δὲ μηνὶ Πατριάρχης καθίσταται Στέφανος ὁ Ἀμασείας Μητροπολίτης, εὐνοῦχος ὑπάρχων. Ὀκτωβρίῳ μηνὶ κατηγορήθη ὁ Μυστικὸς Ἰωάννης καὶ Παραδυναστεύων, ὡς τῆς βασιλείας ἐφιέμενος, ὑπόθηκη τοῦ Πατρικίου Κοσμᾶ καὶ Λογοθέτου, διδόντος εἰς γυναῖκα τὴν θυγατέρα αὐτοῦ. Τούτου ἕνεκεν καταβιβάζεται μὲν τοῦ παλατίου· συγχωρεῖται δὲ εἰσέρχεσθαι, καὶ τῷ Βασιλεῖ ὑπηρετεῖν, καὶ συνεῖναι τὰ αἰτήματα δίκαια. συγχωρεῖ γὰρ ὅτι πλείστην ἐκέκτητο πρὸς αὐτὸν ὁ Βασιλεὺς Ρωμανὸς, ὡς ἐν πᾶσιν αὐτὸν πρωτεύειν δυνάμενον, καὶ τελέως τοῦτον ἀπώσασθαι οὐκ ἠβούλετο. τῶν κατηγόρων οὖν κατεπειγόντων τὸν Βασιλέα, καὶ σαφῆ ἀποδεικνύντων τὰ κατηγορούμενα, ἐρωτήσας ὁ Βασιλεὺς εἰ ἀληθῆ ταῦτα εἶναι αἰσθάνοιτο, ἔμελλεν τοῦτον καταισχύνειν ἐξετάζων. ὁ δὲ τοῦτο προγνοὺς ἔφυγε, καὶ τὸ Μονοκάστανον καταλαβών, ἀποκείρεται Μοναχός. πέφυγε δὲ καὶ Κωνσταντῖνος τοῦ Βοΐλα, ὁ τῆς τραπέζης, οἰκεῖος καὶ φίλος ὢν αὐτῷ· καὶ τὸν Ὄλυμπον καταλαβών, τὸ μοναχικὸν σχῆμα ἐνδύεται. ἐδεδοίκει γὰρ καὶ αὐτὸς, ἅτε συμμύστης ὑπάρχων τοῦ Μυστικοῦ, καὶ τῶν ἀπορρήτων αὐτοῦ κοινωνός. τὸν δὲ Πατρίκιον Κοσμᾶν ἐν τῷ Ὡρολογίῳ τοῦ παλατίου τύπτας ὁ Βασιλεὺς, διεδέξατο. προσβάλλεται δὲ αὐτὶ τοῦ Μυστικοῦ Ἰωάννου Θεοφάνῃ Πρωτοβεστιάριον Παραδυναστεύοντα. ἐγένετο δὲ καὶ τηνικαῦτα σεισμὸς φοβερὸς ἐν τῷ θέματι τῶν Θρακησίων, καὶ χάσμα γῆς μέγα καὶ καταπληκτικὸν· ὥστε πολλὰ χωρία καὶ ἐκκλησίας αὐτοῦθορους καταποθῆναι.

* Scylitz. & Cedr. σεσωκῶν.

κ'. Μαΐῳ δὲ μηνὶ ἑβδόμῃ, ἰν- A δικτιῶνος ιέ. Συμεὼν ἄρχων Βουλγαρίας κατὰ Χρωβάτων ἐκίνησε στράτευμα, καὶ συμβαλὼν μετ' αὐτῶν πόλεμον, ἡττηθεὶς τοῖς ἀπ' αὐτὸν ἅπασιν ἀβόλως ἀπώλεσεν.

XX. Maij Menſis vigeſima-ſeptima, Indictione quinta-decima, Symeon Bulgarorum Princeps adverſus Chrobatos expeditione ſuſcepta, conſertaque cum illis pugna, victus ipſe, ſuas omnes penitus copias amiſit. Symeonis Bulgari clades.

κα'. Τὸν δὲ Βασιλέα Ρωμαίων * Ἰωάννης Ἀστρονόμος θεασάμενος, οὕτως ἐλάλησεν. Δέσποτα, ἡ φλὴξ ἡ ἰσταμένη εἰς τὸν καμάραν ἐπάνω τοῦ Ξηρολόφου, ὅπου δυσμὰς βλέπουσα, τοῦ Συμεὼν ὅστις καὶ εἰ τούτου τοῦ κεφαλαίου ἐκκόψῃς, τῇ αὐτῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν τελευτᾷ. ὁ δὲ Βασιλεὺς Ρωμαίων ἀποστείλας, τῇ νυκτὶ τὸν κεφαλαίον τῆς φλογὸς ἐξέκοψεν. Ἐν αὐτῇ τῇ ὥρᾳ ὁ Συμεὼν εἰς Βουλγαρίαν ἐτελεύτησεν, * αἰσίᾳ συμβολῇ καὶ νόσῳ καταπαρδίᾳ ἁλοὺς, διέφθαρτο, ἀνομήσας θεσμοῖς, Πέτρον υἱὸν αὐτοῦ πρεσβυτέρου ἄρχοντα, ὃν ἐκ τῆς δευτέρας αὐτοῦ γυναικὸς ἔσχεν, τῆς ἀδελφῆς Γεωργίου Σουρσουβούλη, ὃν καὶ ἐπίτροπον τοῖς ἑαυτοῦ παισὶν ὁ Συμεὼν καταλέλοιπεν. Μιχαὴλ δὲ τὸν ἐκ τῆς πρώτης αὐτοῦ γυναικὸς γεγόμενον, ἀπέκειρεν Μοναχόν· Ἰωάννης δὲ καὶ Βενιαμὶν οἱ τοῦ Πέτρου ἀδελφοὶ, * ἔτι νῦν κοσμοῦνται Βουλγαρικῇ.

* deeſt ἀλύοντα, ut infrà, vel quid ſimile.

Vi magica extinctus.

* *maſſam.*

Petrus Bulgarorum Princeps.

* *e Bulgaria attulerunt epiſtolam.* Num fratris ſic provecti nuntium?

*Logoth. ἀπεστάλη ἀπεμίσθη τοῖς Βουλγαρικοῖς.

κβ'. Τὰ κύκλῳ οὖν ἔθνη τοῦ Συμεὼν μαθόντα τελευτὴν, οἵ τε Χρωβάτοι, οἱ Τοῦρκοι, καὶ οἱ λοιποὶ, ἐκστρατεύειν κατὰ Βουλγάρων ἐβουλεύοντο. 385. λιμοῦ δὲ μείζονος τηνικαῦτα ὃ Βουλγαρικὸν ἔθνος ἰσχυρὰς ἐκπιέζοντος, ἐδεδίεσαν μὴ καὶ τῶν ἄλλων ἐθνῶν ἔφοδον· ἐδεδίεσαν δὲ πολέον καὶ τὴν τῶν Ρωμαίων ἐπέλευσιν. βουλὴν οὖν ποιησάμενοι κατὰ Ρωμαίων ἐκστρατεύσειν, καὶ εἰς Μακεδονίαν καταλαμβάνοισιν· φόβον, ὡς εἰκὸς τοῖς Ρωμαίοις ἐμποιήσοντες. ἔπειτα μαθόντες ὅτι μέλλει κατ' αὐτῶν ὁ Βασιλεὺς Ρωμαίων 386. ἐκστρατεύειν, ἀποστέλλουσι τε Πέτρος τε καὶ Γεώργιος κρυφίως τινὰ Μοναχὸν Καλοκύρην ὀνομαζόμενον, τὴν χρυσοβούλλιον ἐπιφερόμενον. διηρθρωτο δὲ τὰ ἐν αὐτῇ, Ὡς τοῦ μὲν Ρωμαίων βασιλέως ἀπαλλάττονται, καὶ προθύμως τούτου σπουδάσαι εἰσὶν· οὐ μόνον δὲ, ἀλλ' εἴγε βούλονται, καὶ γαμικὸν ποιῆσαι σπουδάλλαγμα. τὸν τοιοῦτον οὖν Μοναχὸν ὁ Βασιλεὺς ἀσμενέστατα ἀποδεξάμενος, πρωΐθεν ἀπέστειλε μετὰ δρόμωνος τὸν Μοναχὸν Θεοδόσιον τὸν Ἀβούκην, καὶ Κωνσταντῖνον Βασιλικὸν Κληρικὸν τὸν Ῥόδιον πρὸς εἰρήνην συλλαλήσαι τοῖς Βουλγάροις περὶ Μεσημβρίας. ἡ πρὶν μὲν Μεσεμβρία καλουμένη, ἀπὸ Μένου Θρᾳκὸς τοῦ τούτου οἰκίσματος, καὶ Βρία ἡ τοῦ πα- B C D

XXI. Joannes Porro Aſtronomus Romanum Imperatorem cernens, ſic cum affatus eſt. *Quæ in fornice ſupra Xerolophum, Domine, ſtatua conſtituta eſt, ſpectans ad Occidentem, ſignum Symeonis eſt. Hujus caput ſi abſtuleris, ipſa hora Symeon morietur.* Miſit itaque Imperator, ac ſtatuæ caput noctu abſtulit: eademque hora Symeon in Bulgaria fatis concedit; ingentique captus angore, ac cordis morbo elanguens, percituſque, interiit; fruſtra leges juraque tranſgreſſus, relicto ex teſtamenti tabulis Principatu Petro filio ex ſecunda uxore, Georgij Surſubulij ſorore: quem & liberorum ſuorum tutorem conſtituit: Michaelem ex priore conjuge ſuſceptum, Monachum detondit; Joannes vero & Benjamin Petri fratres, * Bulgarica adhuc ſtola ornabantur atque habitu.

XXII. Circumvicinæ igitur gentes, Chrobati, Turci ac reliqui, audita Symeonis morte, Bulgaros bello inceſſere ſtatuebant. Fame vero Bulgarorum gentem cum locuſtarum ingenti copia graviter premente, cum aliarum gentium irruptionem formidabant, tum præcipue Romanorum in ſe impetum metuebant. Re itaque in conſilium vocata, adverſus Romanos copias educunt, ac Macedoniam petunt; hoc nempe ſatagentes, ut Romanis metum incuterent. Audito vero Romanum Imperatorem adverſus eos exercitum parare, una Petrus Georgiuſque, Monachum quendam Calocyrim nomine, genere Armenium, Auream bullam ferentem occulte mittunt. Bullæ tenor hic erat. *Pacem ſe cupere cum Romanis, & ut illam componant, promptis animis eſſe: neque id modo, ſed & nuptiarum fœdera, dum illis adlubeat, cum Romanis ſe eſſe inituros.* Acceptis literis, earumque latore humaniſſime ſuſcepto, confeſtim Imperator cum celoce Theodoſium Abucem Monachum & Conſtantinum Rhodium Palatinum Clericum, cum Bulgaris in Meſembria de pace collocuturos emiſit. Oppidum hoc, dictum olim Menembria, a Meno viro Thracio ejus conditore, & Bria, ejus nominis apud

Bulgarorum de pace legatio.

Meſembriæ origines.

quosdam Thraces, vico: mollioris vero pronuntiationis causa, Mesembriæ nomen accepit. Quo in colloquio cum res commode tractata esset, Legati per continentem in Urbem redierunt, cum eis Stephanus Bulgarus comes esset. Post hos subsecuti Georgius Sursubulus & Symeon Calutercanus & Usampsus: Symeon item alterius illius Bulgariæ Principis ex uxore frater. Ad hæc illius affinis Stephanus; Magotinus quoque & Cronus & Menicus, Petri ad Romanum Imperatorem legationem fulserunt. Conspectaque Christophori Imperatoris filia Maria, ac ejus plurimum specie recreati, dictisque prius pacis fœderibus, missis literis Petrum sine mora venire jusserunt. Missus vero obviam Nicetas Magister Romani Imperatoris affinis, eumque in Urbem inducturus. Cum itaque venisset Petrus Bulgarus, conscensa Romanus Imperator trireme, Blachernas petit, ibique ad se venientem Petrum & vidit, & osculo salutavit. Inter se vero, uti par erat, collocutis, subscriptionibus munita rataque habita pacis pariter nuptiarumque fœdera; Protovestiario Theophane in omnibus quasi sequestro, ac solerter Romanos inter Bulgarosque negotium dirigente.

Pax cum Bulgaris; Petri Principis in Urbem receptio atque nuptiæ.

Nuptiarum solennia & gaudia.

XXIII. Octobris mensis die octavo, egressus Patriarcha Stephanus cum Theophane Protovestiario, & Maria Christophori Imperatoris filia universoque Senatu, ad sanctissimæ Deiparæ ad Pegas, Petrum & Mariam benedixit, eorumque capitibus nuptiales corollas imposuit; sponsam comitantibus Theophane Protovestiario & Georgio Sursubulo. Mensa vero sumptuosa ac magnificentissima instructa, cunctisque ad nuptiarum solennia spectantibus rite splendideque peractis, Theophanes Protovestiarius una cum Maria Imperatoris filia in Urbem reversus est. Tertio autem a nuptiis celebratis die, Romanus Imperator, in Pegarum Excensione magnificum paravit convivium, sericis aulæis convestita machina, & ad ipsam Prætoria ipsa celoce constituta. Eo loco epulatus Romanus cum Petro Bulgaro & Constantino genero ac filio Christophoro, Bulgarisque etiam atque etiam enitentibus ut prior Christophorus, tumque Constantinus faustis acclamationibus Imperatorum more exciperentur, eorum Romanus flagitationibus annuit, sicque il-

Constantinus tertio loco Imperator dejectus.

Θρᾴκῃ πόλισμα λεγόμενον· πρὸς ἣ δὲ διάφερον μέσημβρια ὀνομάζεται. οἱ δὲ πρόκριτοι, καὶ τὰ εἰκότα συλλαλήσαντες, ἐξῆλθον ἅμα Στεφάνῳ Βουλγάρῳ ἀφ' ἧς ἔχρην· καὶ ὅπισθεν αὐτῶν κατέλαβον καὶ Γεώργιος ὁ Σουρσουβοῦλης, καὶ Συμεὼν ὁ Καλουτερκάνος καὶ Οὔσαμψος, καὶ Συμεὼν τοῦ ἀρχηγοῦ Βουλγαρείας ἀδελφὸς πρὸς γυναῖκα· πρὸς δὲ τούτοις, ὁ ἀλιτήριος αὐτοῦ Στέφανος· καὶ μὴν καὶ Μαγοτῖνος, Κρόνος τε καὶ Μένικος διεκρατεύσαντο πρὸς τὸν ἄνακτα Ρωμαίων. πασάμενοι δὲ τὴν θυγατέρα Βασιλέως Χριστοφόρου Μαρίαν, καὶ μεγάλως ἐπ' αὐτῇ ἀγαλλιάσαντες, ἔγραψαν τῷ Πέτρῳ ἀφ' ἅπερ πρόκριτα ἐβεβαιώθησαν, σύμφωνα ποιήσαντες πρότερον περὶ τῆς γαμετῆς Εἰρήνης· ἀπεστάλη δὲ Νικήτας ὁ Μάγιστρος ὁ συμπενθερὸς Ρωμανοῦ Βασιλέως ὑπαντήσας, καὶ ἀγαγεῖν Πέτρον μέχρι τῆς πόλεως. τοῦ Βουλγάρου οὖν Πέτρου καταλαβόντος, τριήρη ὁ Βασιλεὺς Ρωμαίων ἐπιβὰς, ἐν Βλαχέρναις προσῆλθεν, καὶ τὸν Πέτρον ὡς αὐτὸν ἀφικνούμενον ἐθεάσατό τε καὶ κατησπάσατο. ἐπεὶ δὲ ἀλλήλοις εἰκότα σεσωμίληνται, ὑπογράφονται τά τε σύμβολα τῆς Εἰρήνης [387] καὶ τὰ γαμικὰ 387.
σπαλλάγματα, μεταλαβοιῶντες ἐν τούτοις καὶ νομίμως διαθήσονται μεταξὺ Ρωμαίων τε καὶ Βουλγάρων. Πρωτοβεστιαρίου Θεοφάνους.

C

Nuptiarum solennia & gaudia.

κγ'. Ὀγδόῃ δὲ τοῦ Ὀκτωβρίου μηνὸς, ἐξῆλθεν ὁ Πατριάρχης Στέφανος ἅμα Θεοφανεῖ Πρωτοβεστιαρίῳ, καὶ Μαρίᾳ τῇ τοῦ Βασιλέως Χριστοφόρου θυγατρὶ, καὶ πάσῃ τῇ Συγκλήτῳ εἰς τὸν ναὸν τῆς Ὑπαπαντῆς Θεοτόκου, τῆς Πηγῆς· καὶ εὐλόγησεν Πέτρον τε καὶ Μαρίαν, καὶ τοὺς νυμφικοὺς στεφάνους ταῖς αὐτῶν ἐπέθηκε κεφαλαῖς· παρενυμφεύοντων Θεοφανοῦς Πρωτοβεστιαρίου καὶ Γεωργίου Σουρσουβοῦλη. λαμπρῶς δὲ καὶ πολυτελεῖς γενομένας τραπέζης, καὶ πάντων τῶν εἰθισμένων τοῖς γάμοις φαιδρῶς ὑποτελεσθέντων, εἰσῆλθεν Θεοφάνης Πρωτοβεστιάριος ἅμα Μαρίᾳ τῇ θυγατρὶ τοῦ Βασιλέως ἐν τῇ πόλει. τῇ τρίτῃ δὲ τοῦ γάμου ἡμέρᾳ ἐποίησεν ὁ Βασιλεὺς Ρωμαίοις θαλασσίαν λαμπρὰν ἐν τῇ τῶν Πηγῶν Ἀποβάθρᾳ, σκευασάμενος αὐτῷ ὑφάσμασι σκευὴν [388] πρὸ αὐτῇ τῇ Ἀποβάθρᾳ τοῦ Βασιλικοῦ 388.
δρόμωνος ἐφήκης· ἔνθα * στὰς Ρωμανὸς Γέ- * σταθεὶς Cedr.
τῳ Βουλγάρῳ ἅμα Κωνσταντίνῳ γαμβρῷ καὶ Χριστοφόρῳ υἱῷ τοῦ δὲ Βουλγάρου ἔκστασιν οὐ μικρὰν ποιησαμένου πρότερον διφημισθῆναι Χριστοφόρῳ, εἶθ' οὕτω τὸν Κωνσταντῖνον· ὑπεξέστη τῇ ἐκστάσῃ τούτων Ρωμανὸς ὁ Βασιλεὺς, καὶ γέγο-

νῶ

νεν ὅσῳ ἡτήσαντο. ἐπεὶ δὲ πάντα τὰ ἐν γά-
μοις σὺν ἐτελέσθησαν, ἔμελλε δὲ ἡ Μαρία
ἤδη σὺν τῷ ἀνδρὶ Βουλγαρίαν σὺν τῷ ἀνδρὶ
Πέτρῳ ὁδεύειν, οἱ τούτης γονῆς μέχρι τῆς
Ἑβδόμου συνεξῆλθον αὐτῇ ἅμα Θεοφάνῃ
Πρωτοβεστιαρίῳ. ἐπειδὴ ἀπαίρειν ἔμελλεν,
περιχυθέντες τῇ θυγατρὶ, καὶ πυκνὰ κα-
ταλείποντες δάκρυα, καὶ ὅσα εἰκὸς ὑπὸ γε-
ρόντων ἀπαλλάττου περιποθήτου, τόν τε αὐ-
τῶν γαμβρὸν ἀσπασάμενοι, καὶ τοῦτον τοῖς
τούτου χερσὶν παραδόμενοι, ἐν τοῖς βασι-
λείοις ὑπέστρεφον. Μαρία δὲ Βουλγαρι-
κοῖς παραδοθεῖσα χερσὶ, πρὸ ὑπὸ Βουλγα-
ρίαν ἀπῄει, χαίρουσά τε ἅμα καὶ λυ-
πουμένη. λυπουμένη μὲν ἐν οἷς γονέων φιλ-
τάτων ἐτέρπετο, καὶ βασιλείων οἴκων, καὶ συνη-
θείας τῆς ἐνθένδε παρουσιάσεως· χαίρουσα δ', ἐν
οἷς Βασιλεῖ παρώρμητο ἀνδρὶ, καὶ διάπυστα
Βουλγάρων παρωνομάζετο. ἀπῄει δοίνων πλου-
τοῦσα κομιζομένη πάντοθεν ἁπανταχοῦ, καὶ ἀποσκευαῖς ἀναει-
σμένη.

κδ'. Τότε δὲ καὶ Ἰωάννης Μάγιστρος
καὶ Δομέστιχος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας, κα-
λῶς διῳκεῖτο τὸν Ῥωμαϊκὸν στρατὸν ἐνδὸν
ἀπὸ τῆς ἀναῤῥήσεως Ῥωμανοῦ Βασιλέως, καὶ
καταπολεμῶν καθ' ἑκάστην τοὺς Ἀσσυρίους,
καὶ πόλεις καὶ κάστρα, καὶ κώμας καὶ
χώρας αὐτῶν πορθήσας, καὶ ἀχμαλώτους ποιή-
σας, μεθ' ὧν καὶ ὃ ὀπίσημον καὶ ὀξύ-
κουστον καὶ πάνυ ὀχυρὸν καὶ δυνατὸν κάστρον
τῆς Συρίας, Μελιτηνὴν ὀνομαζόμενον, ἀμφό-
τερα καταπολεμήσας καὶ παραδούσας, καὶ εἰς
φροῦδον ἀπωλείας τοῦτο ποιήσας, καὶ ἄλ-
λας κώμας καὶ χώρας πυρικαύστους ἐργασάμε-
νος· αὐτὸ δὲ ἀκρότατον καὶ ἀμφίχυτον κάστρον παρα-
καθίσας, καὶ ἑλεπόλεις μηχανικὰς στήσας, καὶ εἰς
πάντελῆ ἀπορίαν καὶ ἀμηχανίαν ἐμβαλὼν
αὐτοὺς ὅ, τι παράξαιεν, καὶ ἅπαξ καὶ πολλά-
κις πρέσβεις παρὰ τὸν Δομέστιχον στελλόντων,
καὶ λόγον αἰτιωμένων, ὁ σωτὴρ καὶ ἐλέ-
φρων Ἰωάννης ὁ Δομέστιχος τῶν σχολῶν ὁ Κουρ-
κούας, τὰ τῶν δακρύων καὶ ἐλεεινολογιῶν, καὶ
τὰ τῆς τύχης σκυπήσας, οἷα τὰ ἀνθρώ-
πινα, ἐπάγει, καὶ λόγον δοὺς αὐτοῖς, ὁ
Ἀπόχαψ ὁ τοῦ Ἀμὲρ ἔκγονος Ἀμηρᾶς ὢν
Μελιτηνῆς, καὶ ὁ Ἀποσαλὰθ Στρατηγὸς δυνατώ-
τατος ὢν καὶ πλούσιος ἐν Μελιτηνῇ, παρεγένοντο.
ἀποδεξάμενοι οὖν παρὰ τοῦ Δομεστίκου τῶν
σχολῶν Ἰωάννου, πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα
τούτους ἀπέστειλεν· καὶ σύμφωνα εἰρήνης ποιή-
σαντες, ἐπανέστρεψαν πρὸς τὰ ἴδια. ἐκ

Incerti Continuat. Romanus Lacapenus.

A lis res ex voto cessit. Tunc vero omnibus nuptiarum expletis solenniis ac gaudiis, & cum jam Maria cum Petro viro suo in Bulgariam esset profectura, ad Hebdomum usque a parentibus una cum Theophane Protovestiario deducitur. In ipso discessus procinctu, puellæ circumfusi, copiosas fundunt lacrymas, quantas par est fundere, qui mox charissimo pignore privandi erant, generumque suum exosculati, atque ejus manibus deposita filia, in Regiam revertuntur. Maria viri Bulgari manibus tradita, gaudio mixta & tristitia, in Bulgariam iter contendit. Tristitiam
B faciebat, quod amantissimis parentibus, quod Regiis ædibus, quod necessariorum affiniumque consuetudine deficiebatur: rursusque gaudij seges erat, quod viro Regi locata, Bulgarorum Domina esset consalutata. Ibat itaque omnigenas conferens opes, innumeraque suppellectili opulenter instructa.

XXIV. Tunc quoque Joannes Magister ac Scholarum Domesticus Curcuas, qui Romanas præclare copias regebat, quo fere ex tempore Romanus Imperator salutatus est, Assyriosque quotidie expugnabat, urbesque & oppida munita & vicos
C ac loca evertebat, captivosque ducebat; atque in iis etiam insignem nominatissimamque, ac plane munitam potentissimamque Syriæ Urbem arcemque, Melitinem dictam, varie tentaverat, prædatusque fuerat ac penitus vastaverat; circumque posita oppida, vicosque & prædia igni succenderat: ipsa invicta inexpugnabilique Arce obsessa, adhibitisque illi tormentis ac machinis obsidionalibus, oppidanisque in extremas angustias consiliique inopiam conjectis, ac cum illi semel sæpiusque missis ad Domesticum Legatis, fidem ac securitatem exposcerent; vir
D prudens cordatusque Joannes Curcuas Scholarum Domesticus, miserorum lacrymas supplicumque luctuosos clamores, ac pro humanarum rerum ratione, fortunæ incerta considerans, eorum votis animum inflexit: ad quem, accepta fide Apochaps Ameris nepos Melitines ipse Ameras existens, Aposalathque Dux apud Melitinem strenuissimus, nobilissimusque ac locupletissimus, venere. Hos Scholarum Domesticus Joannes omni humanitate susceptos, ad Imperatorem misit: ictoque pacis fœdere, domum reversi sunt. Inde-

Melitine ad deditionem sociaque fœdera, a Curcua coacta.

que ſociis adlecti ac fœderati, adverſus tribules ſuos Agarenos cum Romanis ad bellum proficiſcebantur, ac triumphi ſpecie cum iiſdem captivos ſuos ducentes (mirando ſane ſpectaculo & inaudito, impiorumque Saracenorum afflictarum rerum indicio) Urbem ingrediebantur. Mortuo autem Apochapſo viro prudente ac ſapiente, Melitinenſes pacem diſſolverunt. Iterum igitur adverſus eos proficiſcuntur, Scholarum Domeſticus Joannes Curcuas cum cohortibus ac legionibus, Meliaſque Armeniis præfectus. Hi multas quotidie agentes prædas, aſſiduiſque excurſionibus totam late regionem diripientes, atque incolas ſubigentes, in tantas Melitinem coegerunt anguſtias, ut breviſſimo tempore ipſam expugnaverint, ac ſolo tenus æquaverint. Nec eam modo, ſed & vicinas Urbes atque oppida & regiones feraciſſimas opimaſque, ac quæ multos proventus afferrent. Hanc igitur Melitinem Imperator in Curatoriam (alij *Proviſiciam* dixerint) redigens, multa inde auri argentique millia tributo annuo fiſco inferenda indixit.

Eadem capta & in provinciam redacta.

Nicetas ejectus civitate, & factus Monachus.

XXV. Cæterum Nicetas Magiſter ac Chriſtophori Imperatoris ſocer, accuſatus eſt, quod rebellandi adverſus patrem, eumque ſolio deturbandi, auctor illi fuiſſet. Quocirca Urbe ejectum in Monachum detondent, inque ſuburbano ſuo exulem agere cogunt.

Stephanus Patriarcha mortuus.

XXVI. Menſis Julij quinta-decima, Indictione ſexta moritur Stephanus Patriarcha, cum ei muneri præfuiſſet annos duos, menſes undecim. Menſis autem Decembris quarta-decima, Tryphonem adducunt in Opſicio profitentem Monachum, virum religioſis moribus ac ſanctitate probatum; ordinantque Patriarcham ad certum tempus, donec ſcilicet Theophylactus Romani filius maturæ ætatis annos attingeret, quem Patriarcham Conſtantinopolitanum ordinaturi erant.

Trypho Patriarcha ad tempus.

Frigoris & gelu immenſa vis.

XXVII. Ejuſdem menſis die vigeſima-quinta graviſſimum fuit frigus, adeo ut dies CXX. terra gelu concreta obriguerit. Hoc gelu ſubſecuta fames, quanta ante nunquam extiterat: exque illa crebræ adeo mortes, ut nec efferendis mortuis vivi ſufficerent. Porro Romanus tantam illam vim mali conſiderans, pro benigna ſua teneraque in miſeros indole, convenientem eis curam

A τοτε δὲ συνεξεστράτευον τοῖς Ρωμαίοις καὶ τῶν ὁμοφύλων Αγαρίωνων, ἔν τε τοῖς ὀπτικίοις συνεφοίτων τοῖς Ρωμαίοις ἐν τῇ πόλει αἰχμαλώτους ἄγοντες Αγαρίωνας, ὅπερ ἐμοὶ θαυμαστὸν καὶ παράδοξον, καὶ δεῖγμα τῆς ἀθέων Σαρακηνῶν δυσχολίας. τελευτήσαντος δὲ τοῦ Απόχαψ ἀνδρὸς φρονίμου καὶ συνετοῦ, διέλυσαν τὴν εἰρήνην οἱ τὴν Μελιτηνὴν κατοικοῦντες. ἐκστρατεύουσιν οὖν κατ' αὐτῶν πάλιν, ὅ, τε Δομέστικος τῶν σχολῶν ὁ Κουρκούας Ιωάννης μετὰ τῶν ταγμάτων καὶ ταγμάτων, καὶ ὁ Μελίας μετὰ τῶν Αρμενίων· καὶ πολλὰς ληΐσμας καὶ σφαγὰς καθ' ἑκάστην ποιούμενοι, καὶ τοῖς συνεχέσιν ὑπαδρομαῖς αἰχμαλωτίζοντες τοὺς καὶ λεηλατοῦντες, εἰς τοσαύτην ἔνωσιν τὴν Μελιτηνὴν ἤγαγον, ὥστε αὐτὴν συντριμμάτων ἐκπορθῆσαι, καὶ ἕως ἐδάφους καταστρέψαι· οὐ μόνον δὲ ταύτην, ἀλλὰ καὶ τὰς ὁμόρους αὐτῇ πόλεις καὶ χώρας πολυφόρους τε καὶ πιοτάτας οὔσας, καὶ οἵας πολλὰς παρέχειν εὐετηρίας. ταύτην οὖν τὴν Μελιτηνὴν εἰς χειροήθειαν ἀποκαταστήσας ὁ Βασιλεὺς, πολλὰς χιλιάδας χρυσίου καὶ ἀργυρίου ἐκεῖθεν δασμοφορεῖσθαι ἐτησίως πεποίηκεν.

B

κε'. Κατηγορήθη δὲ Νικήτας ὁ Μάγιστρος καὶ πενθερὸς Χειροφόρου Βασιλέως, ὡς ἐπαναστάσεως αὐτῷ κατὰ τοῦ ἰδίου γαμβροῦ παρὸς, καὶ τῆς βασιλείας αὐτὸν ἐξελάσαι. τοῦτον οὖν ἐξαγαγόντες τῆς πόλεως ἀπέκειραν Μοναχὸν, ὑποθεμένοις τῷ ἑαυτοῦ προσηκόντι.

C

κς'. Μηνὶ δὲ τῷ Ιουλίῳ ιε'. ἰνδικτιῶνος ς'. τελευτᾷ Στέφανος Πατριάρχης, πατριαρχεύσας ἔτη δύο μῆνας ἕνδεκα. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ τῇ τεσσαρεσκαιδεκάτῃ ἄρασι Τρύφωνα Μοναχὸν ἐν τῷ Οψικίῳ μοναζοντα, ἐπ' εὐλαβείᾳ καὶ ἀληθείᾳ μαρτυρούμενον· ὃν καὶ προστησάμενοι Πατριάρχην ἕως χρόνου ῥητοῦ, μέχρις ἂν εἰς μέτρον ἡλικίας φθάσῃ Θεοφύλακτος ὁ τοῦ Ρωμανοῦ υἱὸς, ὃν ἔμελλον Πατριάρχην προστησῆ Κωνσταντινουπόλεως.

D

κζ'. Εἰκάδι δὲ πέμπτῃ τοῦ αὐτοῦ μηνὸς, χιὼν ἀφόρητος γέγονε, ὥστε χρυσαλλωθῆναι τὸν χιῶ ὅτι ἡμέρας ρκ'. ὅθεν καὶ γέγονεν ὁ μέγας λιμὸς, ὃν εἰς πώποτε γενομένους ὑπερβαλλόμενος· καὶ θάνατος ἐν τοῦτο πολὺς, ὡς μὴ δύνασθαι τοὺς ζῶντας ἐκκομίζειν τοὺς τεθνεῶτας. ὁ δὲ Βασιλεὺς Ρωμανὸς τὸν ἀφόρητον ἐκεῖνον βίαν καταθυμούμενος, ἀξίαν τῆς ἑαυτοῦ συμπαθοῦς καὶ ἐλεήμονος φύσεως παρέσχετο

391. ἐποιήσατο, [191] πολλαῖς ἐλεημοσυνώαις τὸν ἐκ A τῦ λιμοῦ θαμυθησάμενος ἔνδειαν· αἰέφεγξέν τε ἡυείσι καὶ σωιδώμασι τὰς τῶν ἐμβόλων στοάς, ὡς μὴ τὸν χιόνα καὶ ὁ ψύχος ἐκεῖθεν ἐπεισέναι τοῖς πένησι. τότε δὲ

392. [192] τὰς λεγομένας Αρκλας ἐν πᾶσι κατεσκεύασε τοῖς ἐμβόλοις· ἀργύρεά τε καὶ μίσσα τοῖς ἐν ταύταις κατακειμένοις πένησι δίδο-

393. σθαι διετάξατο· καὶ τὰ [193] μίσσια τρισσὰ ἐν ταῖς ἐκκλησίαις τοῖς πένησι διαγέμεσθαι, ὡς ἕνεκα τὰ δίδόμενα τοῖς τε ἐν ταῖς Αρκλαις πτωχοῖς καὶ τοῖς ἐν ταῖς ἐκκλησίαις, ἀργύρου ἐγκεχαραγμένου χιλιάδας δώδεκα. οὐ μόνον δὲ ταῦτα ἡ συμπαθὴς αὐτῦ ψυχὴ B διετύπωσεν τῦ πενήτων προνοουμένη, ἀλλὰ καὶ καθ' ἡμέραν αὐτῦ πρὸς σιτεῖσθαι πένητας διετάξατο, οἱ αἰεὶ ἐν ἐλάμβανον νόμισμα. τετράδι δὲ καὶ παρασκευῇ πρὸς πένητας Μοναχοὺς τούτῳ σιτεῖσθαι, ὃ τετυπωμένον ἕκαστοι λαμβάνοντες νόμισμα. ὅσαν δὲ ἐν τοῖς μοναστηρίοις ἔθος ἦν γίνεσθαι, ἐν τῷ καιρῷ αἰεὶ τῆς ἑστιάσεως, τοῦτο αὐτὸς ἐποίει· διπλοῦν ἑαυτῷ καὶ τοῖς δαιτυμόσι τὸν τράπεζαν παρατιθείς· ὥστε ὁ μὲν σῶμα τρέφεσθαι τῇ συνήθει τροφῇ, τῇ δὲ ψυχῇ καταπλήλῳ τῦ λόγων ἐπιτηρυφᾶν ἡδονῇ· οἷς ἐκεῖνος ὑπομελὴς προσέχων τὸν νοῦν, κατέτηκε τὸν ψυχὸν, καὶ πολλὰς δακρύων

394. ὑφίει πηγάς. [194] τὸν δὲ πίστιν ὅσην ἐκέκτητο πρὸς πάντας μὲν Μοναχοὺς, μάλιστα δὲ τοὺς ἐπ' ἀγιοσυνῇ διαφοίτους καὶ βιλαβείᾳ, τίς ἂν διηγήσαιτο; οὐκ ἐθάσατο γάρ ποτε Μοναχὸν ἀρετῆς αἰτεχόμενον, ᾧ τινι τὰς ἑαυτῦ προσέξεις σὺν πολλοῖς δάκρισιν οὐκ ἐξηγόρευε. πιστότατος δὲ ὢν καὶ ὀρθοδοξότατος, πάσας τὰς τῆς πόλεως ἐκκλησίας πέπλοις ἁγιοφανέσι, καὶ φωταγωγίαις λαμπρῶς κατεκόσμει καὶ κατεφαίδρυνεν. ἀλλὰ δὴ τοῖς ἐν ὄρεσι Μο-

395. ναχοῖς, τῷ τε Ολύμπῳ, [195] καὶ τῷ Κομι- D νᾷ, καὶ τῇ Χρυσῇ καλουμαζομένῃ Πέτρᾳ, καὶ τῦ Βαραχάου ὄρει οὐ διέλιπεν ἐτησίους ῥόγας ἐξαπορέλλων, καὶ φροντίζων τούτων δὴ προνοούμενος, καὶ τοῖς ὀνομαστοὶ ὑπὸ προσέξει καὶ ἀσκήσει μεταπαλούμενος ὡς αὐτὸν, καὶ τῶν εὐχῶν αὐτῶν τὰς εὐλογίας τευχῶν. οὐ μόνον δὲ, ἀλλὰ καὶ τοῖς ἔνδοθεν ἐγκλείστοις, καὶ στενοτάτοις οἰκίσκοις καθείρξασι, καὶ πᾶσι τοῖς μοναστηρίοις τὰς ἐτησίους ῥόγας, ἃς διετύπωσεν, οὐ διέλιπεν ὑπουργῶν. ταῦτα ὡς ἐκ πολλῶν ὀλίγα, τῆ αὐτῦ κατορθωμάτων καὶ ἐλεημοσυνῶν διεξελθόμεν.

Incerti Continuat. Romanus Lacapenus.

adhibuit, seduloque prospexit, larga eleemosynarum præbitione famis indigentiam solans. Porticuum quoque spatia fenestris ac tabulatis obstruxit, ne per ea nix frigusque in pauperes grassarentur. Tum quoque eas, quas Arculas vocant, in cunctis porticibus constituxit; nummumque argenteum jacentibus illic egenis quot mensibus erogari præcepit: menstrua quoque trimissia per Ecclesias pauperibus jussit distribui: adeo ut, quæ per Arculas & Ecclesias erogabantur argenti cusi numismata, ad duodecim millia numerarentur. Neque hæc solum misericordia pronus ejus animus pauperumque liberalis provisor, sibi ipse constituit; sed abunde tres quotidie pauperes secum comedere voluit, quibus singulis eleemosynæ titulo nummus cederet. Quarta autem Feria ac Parasceve, tres egenos Monachos mensæ socios adhibebat, quibus singulis constitutum nummum erogabat. Quodque in Monasteriis observari solet, ut inter comedendum lectio habeatur, hoc ille præstabat, sibi ipse ac convivis duplicem apponens mensam; ut tum corpus consueto cibo aleretur, tum anima doctrinarum voluptate oblectaretur. C Quibus ille diligenter attendens animum, compungebatur, ac lacrymarum large fontes emittebat. Ejus vero fidem erga Monachos, quos præsertim sanctitas & religio claros reddiderat, quanta fuerit, quis possit enarrare? Eorum nemo in conspectum veniebat, sedulus virtutis cultor, cui actus suos cum multis lacrymis non exponeret. Cum autem fide devotissimus ac summe orthodoxus esset, Urbis omnes Ecclesias sumptuosis aulæis, cereorumque & lampadum copia præclare exornavit. Sed & Monachis in montibus, tum nempe Olympo, tum Cymina, & quem vocant Petram Auream, & Barachæo, nunquam destitit annua stipendia mittere, eorumque res curare ac eis providere; quique inter illos actionis cultu ac contemplationis spectabiles essent, ad se accersere eorumque precum suffragia percipere. Nec id modo, sed & religiosa exercitatione Inclusis, & qui se angustissimis tuguriolis velut carcere abdidissent; cunctis denique Monasteriis statutas annonas subministrare non cessabat. Hæc velut ex multis paucas Viri virtutes eleemosynasque percurrimus.

Romani in egenos sedula opera.

Lectio in mensâ Monasteriorum more.

Monachorum observantissimus.

Ornandis Ecclesiis munificentia.

Joannes frater eri frater compreſſus.

XXVIII. Petro Bulgarorum Principi, Joannes frater cum aliis Symeonis Proceribus, ſtruxit inſidias. Deprehenſis illis, Joannes quidem flagris emendatus, in carcere includitur: reliqui acerbis ſuppliciis ſubacti ſunt. Horum Romanus Imperator a Petro certior factus, Joannem Monachum (eum qui Rector exiterat) mittit, prætextu quidem redimendi captivos; re ipſa vero ut Joannem caperet & Byzantium duceret: quod & ita contigit. Una quippe cum Joanne navim ingreſſus, a Meſembria in Urbem delatus eſt. Nec multo poſt projecto Monachi habitu, cum uxoris amplexus quæreret, Imperator illi ædes aſſignavit, multaque omnino prædia contulit, exque ſua ipſius Armeniacorum patria conjugem ei locavit, atque in Cæſaris domo prægnificas nuptias fecit, ductoribus ſponſæ Chriſtophoro Imperatore, ac Joanne Monacho, qui Rector exiterat.

Excuſſo Monacho nuptiis copulatus.

Michaelis Petri fratris defectio.

XXIX. Quin & Michael Monachus, ipſe Petri frater, Bulgarici Imperij cupidus, ſeorſum in Bulgariæ quadam arce rebellavit; multoſque Scythas, qui a Petri principatu deſciverant, ad ſe pertraxit. Hi, Michaele vivis exempto, Romanæ ditionis fines invaſerunt; ſic nimirum ut a Macetide per Strymonem ad Atticam Nicopolimque pregreſſi, cuncta ibi populati ſint. Nicopolis vero dicta eſt a victoria, quam Auguſtus retulit de Antonio & Cleopatra; tunc ſcilicet cum Romanis faſcibus Ægyptum ſubjecit.

Nicopolis origines.

XXX. Menſis Martij die ſecunda, qui in Foro, columnis illic ordine erectis, Coſmetes impoſitus erat, decidit, ac ſex viros occidit. Magnum quoque ac formidabile contigit incendium in Fori porticu, haud procul ab Æde ſanctiſſimæ Deiparæ; adeo ut pars illa Fori quam Cerarij & quam Pellitiarij artifices occupant, ad Pſichas uſque igni abſumpta ſit.

Incendium.

Chriſtophori mors.

XXXI. Chriſtophorus vero Imperator mortuus eſt menſe Auguſto, Indict. 4. Romano patre illius funus ingenti luctu ac planctu proſequente, ſupra quam etiam Ægyptiorum moribus receptum ſit; eo quod vergente jam ipſius ætate, ejus liberi adhuc pueri ac minores eſſent. Depoſitum illius cadaver in patris ſui Monaſterio, cujus in ſuperioribus meminimus.

Myrelæi, ſcilicet.

κη'. Πέτρῳ δὲ τῷ Βουλγάρῳ ἐπέστη Ἰωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτοῦ, μεθ' ἑτέρων μεγιστάνων τοῦ Συμεών· καὶ φωραθέντων αὐτῶν, ὁ μὲν Ἰωάννης τύπτεται, καὶ ἐγκλείεται φυλακῇ· οἱ δὲ λοιποὶ ζημιωσίας οὐ παῖς τυχούσαις ὑποβάλλονται. Ταῦτα δὲ δῆλα Πέτρου ποιήσαντος τῷ Βασιλεῖ Ρωμανῷ, ἀπέστελεν ὁ Βασιλεὺς τὸν Μοναχὸν Ἰωάννην, ὃς ἐπεχώρει Ῥαίκτωρ, προφάσει μὲν τοῦ ποιῆσαι τὸ ἀλλάγιον τῶν χριστουμένων αἰχμαλώτων· τῇ ἀληθείᾳ δὲ Ἰωάννου καθαρεῖν, καὶ ὑπὸ Κωνσταντινούπολιν ἀγαγεῖν· ὃ δὴ καὶ γέγονεν. Ἐπισπόμενος γὰρ ἅμα Ἰωάννῃ εἰς πλοῖον, ἀπὸ Μεσημβρείας ἦλθεν ὑπὸ τὴν πόλιν. καὶ μετ' οὐ πολὺ πύστει ὁ μοναχικὸν ἅμα ἀπορρίψαντος καὶ γυναῖκα διαζευχθέντος, δέδωκεν αὐτῷ ὁ Βασιλεὺς οἶκον καὶ κτήματα πάμπολλα, καὶ γυναῖκα ἐκ τῆς ἑαυτοῦ πατρίδος τῆς τῶν Ἀρμενιακῶν ὁρμωμένην, γάμων τε λαμπρῶν ἐν τῇ τοῦ Καί- 396.
σαρος οἰκίᾳ πεποίηκεν, Χριστοφόρου Βασιλέως καὶ Ἰωάννου Μοναχοῦ τοῦ γεγονότος Ῥαίκτορος 397.
συναμφιβαλλόντων.

κθ'. Ἀλλὰ καὶ Μιχαὴλ Μοναχὸς, αὐτὸς ὁ ἀδελφὸς Πέτρου, καὶ αὐθαδῶς ἔχων τῆς Βουλγαρικῆς ἐξουσίας ἐπιλαβέσθαι, ἰδιοποιήσασθαι ἐπὶ τῇ Βουλγαρικῷ κράτει καὶ ἑαυτῷ προσπορίσασθαι οἱ τῆς Πέτρου ἀρχῆς διεκπεσόντες Σκύθαι. οὓς μετ' ὀλίγον τοῦ βίου καταστροφὴν, ἐπῆλθον οὗτοι παῖς Ῥωμαϊκαῖς χώραις, ὥστε συμβῆναι τούτους ἀπὸ 398.
Μακεδόνος μέχρι Στρυμόνος προελθεῖν εἰς Ἑλλάδα καὶ ὀλίγου Νικόπολιν προσχωρῆσαι, καὶ τὰ ἐκεῖσε πάντα λῃσασθαι. Νικόπολις δὲ ἐπωνόμασται ἀπὸ τὸ ἐπώνυμον τῆς νίκης, ἣν Αὔγουστος Σεβαστὸς ἀπὸ Ἀντωνίου καὶ Κλεοπάτρας εἰργάσατο, καὶ τῶν Αἰγυπτίων ἀρχὴν τοῖς Ῥωμαίοις ἐπέκλινεν.

λ'. Μαρτίῳ δὲ μηνὶ δευτέρᾳ ἡμέρᾳ 399. συμπτῶσι ἔπεσον ἐν τῷ Φόρῳ ἐν ᾗ ἐν τοῖς στοὰν ἑπτὰ μηνοῖς ἑπτὰ κειμένοις, καὶ ἀπέκτειναν ἄνδρας ἓξ. γέγονε δὲ καὶ ἐμπρησμὸς μέγας καὶ φοβερὸς εἰς τὸν τοῦ Φόρου ἔμβολον, πλησίον τοῦ ναοῦ τῆς Ὑπαπαντῆς Θεοτόκου, ὥστε κατακαῦσαι τά τε κηροπώλια καὶ τὰ γειτνιάσια τοῦ Φόρου μέχρι τῶν Ψιχῶν. *ἑξήκοντα, Scylitz. & Cedr.

λα'. Ἐτελεύτησε δὲ Χριστοφόρος Βασιλεὺς μηνὶ Αὐγούστῳ ἰνδικτιῶνος τετάρτης, πολλὰ κοπετοῦ καὶ θρηνήσεως αὐτὸν τοῦ παῖδος, μεῖζον ἢ κατ' Αἰγυπτίους, ὡς ἤδη εἰς γῆρας αὐτοῦ ἐληλακότος, καὶ τῶν υἱῶν αὐτοῦ ἔτι νηπίων ὄντων. καὶ ἐτάφη ὃ λείψανον αὐτοῦ ἐν τῇ ῥηθείσῃ μονῇ τοῦ παῖδος αὐτοῦ.

400. λβ'. Κατήγαγον [400] δὲ καὶ Τρύφωνα Πατριάρχην Αὐγούστῳ μηνὶ ἰνδικτιῶνος * τρίτης, τὸν ῥητὸν χρόνον τελέσαντα· καὶ ἀπελθὼν ἐν τῇ ἰδίᾳ μονῇ τελευτᾷ, χηρεύσης ἐκκλησίας χρόνον ἕνα καὶ μῆνας ε'. Ἀφ' ὧν τῆς ἡλικίας ἀτελὲς Θεοφυλάκτου ἔτι τοῦ Ῥωμανοῦ Βασιλέως. αὐτὸν γὰρ ἔμελλεν, ὡς ἤδη εἴρηται, Πατριάρχην καθιστᾶν.

* πάρτις.

A

XXXII. Sed & Tryphonem Patriarcham menſe Auguſto, Indictione tertia, cum tempus conſtitutum expleſſet, officio moverunt: qui abiens, in Monaſterio ſuo e vivis excedit; Eccleſia paſtore vidua annum unum, menſes quinque; quod Theophylactus nondum matura ſatis ætate eſſet. Ipſum enim Romanus conſtituerat Patriarcham præficere, uti jam dictum eſt.

Tryphonis ejectio & mors.

IV. Cæterum Romanus Imperator videt in somnis duos Cubicularios candido amictu, qui manibus arreptum, ut erat toto corpore nudus, in Tricymbalum (sic dictum Palatij locum) traherent. Porro Sphæristerium igne plenum erat; unaque tartarei multi satellites (Atzupadi) torribus igneque aspergebant. Videt vero venientem Deiparam, ejus eleemosynarum gratia Cubicularios alloquentem; quæ & induens illum, in Tropicam (sic dictum Palatij locum) induxit. Interim transeunt, Domnus Constantinus, qui necatus fuerat, nec non Anastasius Heracleæ Metropolita, quos tartarei satellites trahebant, tradideruntque illos, & in ignem illum miserunt. Qua vero nocte Imperator insomnium vidit, ambo hi in vivis esse desierunt. Missis itaque ille in Monasteria omnia Laurasque nuntiis, perindeque in Sanctam civitatem Romamque, sanctos Monachos trecentos numero ascivit: Magnaque quinta Feria exuens tunicam, ac quam gerebat vestem, in oculis omnium in Ecclesia stans, cum Sacerdos divinum sanctumque Panem levaturus esset, scripta in libello sua omnia peccata, cunctis audientibus evulgavit atque traduxit. Monachis vero clamantibus, *Domine miserere*, ac lacrymis diffluentibus, unicuique devote caput inclinans, veniam flagitabat. Cunctisque Monachis condonantibus, ac communionem consecutus, illis ad mensam accedentibus, Puero flagellum e funibus lorumque tradidit, qui ejus pedes cruraque cæderet, in hæc verba loquens, *Ingredere ad mensam Cacogere*; cunctisque sedentibus, sedit Imperator lugens ac gemens. Libellum vero, quo illius peccata conscripta erant, bulla obsignatum, ad Calogeros (seniores præsertim Monachos) misit, quorum eo conventu desiderata præsentia: similiter quoque ad sanctum Dermocaitem, missis etiam duobus centenariis ad Monachos in Olympo exercentes, ut pro ejus animæ salute preces ad Deum funderent. Dermocaites accepto tum libello, tum pecuniæ summa, cunctos Monachos duas septimanas jejunare jubet, ac pro illius peccatis preces fundere. Cumque Dermocaites una nocte staret, ac ad Deum preces funderet, vox ad eum invisibili ratione facta est, *Vicit*

Romani Imperatoris visio.

Constantinus ejus filius & Heracleæ Metropolita in ignem abrepti.

Publica pœnitentia & confessio.

Imperatoris vapulatio.

Dermocaites Archimandrita montis Olympi.

Miraculose deleta Romani peccata.

* δάζους, δαλοὺς λάμπους. Hesych.

Dei clementia ac humanitas. Jamque tertio audita voce, sumens libellum ac solvens, mundum invenit, ita ut nec unum elementum in eo exaratum extaret. Accitis itaque omnibus Monachis, ostensoque libello, omnes Deum laudaverunt; scriptumque veniæ libellum cuncti componentes, ad Romanum Imperatorem miserunt; eæque literæ cum eo sepultæ sunt.

A ἡ φιλανθρωπία τοῦ Θεοῦ. Ταύτης δὲ φωνῆς ἐκ τρίτου ἀκούσας, ὃ χαρτίον λαβὼν ἐλύσας, εὗρεν αὐτὸν καθαρὸν μὴ ἔχον γράμμα ἓν ᾧ μόνον. προσκαλεσάμενος δὲ πάντας τοὺς Μοναχοὺς, καὶ ἐπιδείξας αὐτὸ ἐδόξασαν τὸν Θεὸν πάντες. πτήσαντες ἀφέσιμον πάντες οἱ Μοναχοὶ, ἀπέστειλαν αὐτὸ πρὸς τὸν Βασιλέα Ρωμανὸν, καὶ συνετάφη μετ' αὐτοῦ. 422.

Insidiæ Romani compressæ.

V. Interim autem versante Romano in Insula, consilium inierunt Theophylactus Patriarcha & Theophanes Patricius ac sacri Cubiculi Præfectus (Accubitorem vocant) eum iterum in Palatium reducendi: eoque cum Romano communicato, ac ipso demum in eandem sententiam pertracto, commodum tempus observabant, quo huic finem molitioni imponerent. Prodita autem machinatione, ac Constantino Imperatori denuntiata, in ejus auctores animadvertit. Ac Theophanem quidem Patricium in exilium egit: Georgium vero Protospatharium ac Pincernam, nec non Thomam Primicerium virgis subactos detonsosque pariter relegavit.

ε'. Οντος δὲ τοῦ Βασιλέως Ρωμανοῦ ἐν τῇ νήσῳ, ὁ Πατριάρχης Θεοφύλακτος καὶ Θεοφάνης Πατρίκιος καὶ Παρακοιμώμενος βουλὴν ἐβουλεύσαντο, ὡς τοῦτον πάλιν ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν· ἰδὼν καὶ αὐτῷ μυηνσάμενοι, καὶ συμπείσαντες τοῦτον, ἐπαρεσκόπουν πότε ὁ πέρας τῇ τοιαύτῃ βουλῇ ἐπιθήσουσιν. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βουλῆς ἐφωράθη, καὶ κατεμηνύθη τῷ Βασιλεῖ Κωνσταντίνῳ, τοὺς συνεργοὺς αὐτῆς ἠμύναντο. τὸν μὲν γὰρ Πατρίκιον Θεοφάνην ἐξώρισεν· τὸν δὲ Πρωτοσπαθάριον Γεώργιον καὶ Πιγκέρνην, καὶ Θωμᾶν Πεμμικήριον δείρας καὶ κουρεύσας, οὕτως ἐξορίαν παρέπεμψεν.

Stephani compressa rebellio.

VI. Mense Decembri, Indictione sexta, insidias quidam moliti sunt adversus Constantinum Imperatorem; ut nempe Stephanum Imperatorem ex Insula, in qua exul agebat, in Palatium reducerent. Insidiarum accepto nuntio, delatore Michaele Diabolino sic nuncupato, captisque auctoribus, aliis nares auresque Constantinus abscidit, alios intolerando verberum cruciatu examinatos, afinisque impositos, ac per mediam Urbem ignominiose traductos, exilio relegavit.

ς'. Δεκεμβρίῳ δὲ μηνὶ ἰνδικτιῶνος ς'. ἐπιβουλήν τινες κατὰ τοῦ Βασιλέως Κωνσταντίνου ἐμελέτησαν, βουλόμενοι τὸν Βασιλέα Στέφανον ἐν τῇ νήσῳ ὄντα ἐν τῷ παλατίῳ ἀγαγεῖν. ζητήσας οὖν μηνυτήσας Κωνσταντίνῳ ᾧ Μιχαὴλ τῷ Διαβολίνου λεγομένου, τοὺς ἐπιβούλους κρατήσας ὁ Βασιλεὺς, τοῖς μὲν ῥῖνας καὶ τὰ ὦτα ἀπέτεμεν, τοὺς δὲ διὰ μέσης τῆς πόλεως ἐξηριάμβευσεν, καὶ ἐξορίαν παρέπεμψεν.

Romani mors.

VII. Quinta-decima Junij mensis Indictione sexta moritur Romanus Imperator, in Insula, quam Proten vocant. Ejus cadaver in Urbem relatum, in illius Monasterio depositum est.

ζ'. Πεντεκαιδεκάτῃ δὲ Ἰουνίου μηνὸς ἰνδικτιῶνος ἕκτης Ρωμανὸς ὁ Βασιλεὺς ἐν τῇ νήσῳ τῇ ἐπονομαζομένῃ Πρώτῃ τελευτᾷ· καὶ τὸ σῶμα αὐτοῦ ἐν τῇ πόλει ἐπεκομίσθη, ἐν τῇ αὐτοῦ ἀπετέθη μονῇ.

Terræ hiatus; eo direptæ facultates Virorum principum.

VIII. Magnum quidpiam ac admirandum, gesta percurrentem, me fere præteriit; nempe quo tempore Stephanus & Constantinus Imperatores Aula ejecti sunt Constantini Porphyrogenneti jussu, contigit gravi hiatu terram dehiscere in domo Magistri & Scholarum Exdomestici Joannis Curcuæ, inque domo Magistri Romani Saronitæ; nec non in aliis, iisque diversis domibus;

η'. Διήγημα δὲ μέγα καὶ θαυμαστὸν παρέδραμεν τὴν λεχθεῖσαν. Στεφάνου καὶ Κωνσταντίνου τοῦ Βασιλέων καταπεχθέντων ἀπὸ τοῦ παλατίου προστάξει Κωνσταντίνου τοῦ Πορφυρογεννήτου, χωνευθαρίασμὸς γέγονεν ἐν τῷ οἴκῳ τοῦ Μαγίστρου Ἰωάννου τοῦ Κουρκούα τοῦ Ἀποδυτίχου τοῦ θρλᾶ, καὶ εἰς τὸν τοῦ Μαγίστρου Ρωμανοῦ Σαρωνίτου, καὶ εἰς ἑτέρους καὶ διαφόρους οἴκους, 423

καὶ ἁρπαγὴν, καὶ πλουτισμὸν αὐτοῖς παρεξέκοπτον. ὁ δὲ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος καρδιακτύπος, ὃ ὀξαφνης καὶ ἀθρόως ὁρᾶσθαι αὐτοὺς πένητας, διωρίσατο τῷ Ἐπάρχῳ Θεοφίλῳ ταῦτα σωρεύσαι καὶ ἀποδοῦναι. ὁ δὲ Πρωτοκαγκελλαρίῳ αὐτοῦ, σὺν τῷ λεγομένῳ Ζωναρᾷ παρεισδυομένος, ὃς ἄτε βύρσης κλέπτης καὶ μοχθηρὸς, καὶ κατέχων τὰ τούτων οἰκήματα, καὶ πολλὴν ἀσυδίαν καταβαλὼν, πάντα ἐσφετερίσατο, καὶ τῆς ἀπλήστου αὐτοῦ γνώμης ἐνέφορήσατο, καὶ μόλις τὴν δεκάτην μοῖραν αὐτοῖς ἀπέδωκεν. καὶ τίς τὴν πολλὴν καὶ ἄπειρον δολιότητα καὶ κακίαν τοῦ δολίου ἀνδρὸς διηγήσεται· ὃς λύμη καὶ νόσος τῇ πολιτείᾳ Ρωμαίων γέγονεν; ἢ ἐν ποίῳ κακῷ παρέπεσε ὁ ἀνὴρ οὐχ εὑρέσκετο; τῇ πανουργίᾳ καὶ τοῖς ὅρκοις βεβαιῶν, ὡς ἄτε πιστὸν καὶ ὀρθὸν ἕξιν πᾶσι. ὡς δὲ λόγος ἄδεται, οὗτος βοηθείας δαιμόνων παρασκαλούμενος ἐν πᾶσιν εὐδοκίμει, ὡς καὶ αὐτὸν τὸν Βασιλέα Κωνσταντῖνον βουληθέντα διαφόρως ἀπελάσαι τοῦτον, οὐκ ἴσχυσεν· ἀλλὰ μᾶλλον εὐποιΐαις καὶ δωρεαῖς παρεξέκοπεν. ἐκ δὲ τῆς τούτου γαστρὸς καὶ κολακείας καὶ πολλῆς ἀναιδείας, καὶ τῶν ἄπιστον ὄψεσιν καὶ τῶν μοχθηρῶν καὶ αἰσχίστων αὐτοῦ πλεονεξιῶν, πλατύτερόν τε καὶ ἐπεξεργαστικώτερον ἐν τῇ παρούσῃ ἐπεξηγήσῃ ἐκθήσομαι.

θ'. Μετὰ δὲ τὸν μόνον καταλιφθῆναι Αὐτοκράτορα Κωνσταντῖνον, παρελάβετο Βασίλιον τὸν Πρωτοβεστιαρίου αὐτοῦ, τὸν ἀπὸ παλλακῆς φυσικὸν υἱὸν Ρωμανοῦ τοῦ παρὰ αὐτοῦ Βασιλέως, Πατρίκιον καὶ Παρακοιμώμενον, [424] καὶ Παραδυναστεύοντα τῆς Συγκλήτου. οὗτος δὲ ἦν ἐγχώριος καὶ λόγιος, καὶ παρὰ Βασιλεῖ ἐν πᾶσιν ὑπηρέτει αἰσίως καὶ φρονίμως. ὁ δὲ φιλάνθρωπος Κωνσταντῖνος διενοήθη [425] ἀλλάξιον ποιῆσαι μετὰ τῶν Ταρσέων, καὶ τοὺς ἐν αἰχμαλωσίᾳ Ρωμαίους ὑπὸ τῶν ἀρνητῶν τοῦ Χριστοῦ ἀπαρρύσασθαι, ἅτε δὴ ὄντας πολλοῖς χρόνοις κακουχεῖσθαι αὐτοὺς ἐν δεσμοῖς καὶ θλίψεσι. καὶ ἀποστείλας τὸν παρεμπεμπόμενον Μάγιστρον, καὶ γενόμενον Δομέστικον τῶν σχολῶν Ἰωάννην τὸν λεγόμενον Κουρκούαν, ἄνδρα σοφὸν καὶ εὔβουλον καὶ πεπειραμένον πρὸς τὰ πολιτικὰ διοικήσεις

A ex quo & factum est, ut ij direptis ipsorum facultatibus, in pauperiem redigerentur. Misertus itaque Constantinus Imperator, dolensque eorum dilapsas opes, ac repente exhaustam substantiam, Theophilo Urbis Præfecto hæc acervare jubet, iisque reddere. Is, Protocancellario suo, una cum Zonara, sic nuncupato, rei summa concredita, ut erat pravus latro, eorum occupans ædes, multamque diligentiam adhibens, cuncta sibi usurpavit, insatiabilique animo suo concessit, ac vix decimam illis partem restituit. Quis enimvero multam immensamque viri dolis B consuti fraudulentiam ac nequitiam enarrare sufficiat, qui lues ac pernicies Imperij Romani extiterit? Quodnam vitij malique genus, in quo non facile primas tulerit? Cum nimirum verbis ad suadendum compositis ac jurejurando firmatis, cunctis fidelem animum rectique tenacem præ se ferret. Verum, ut vulgo de illo jactatur, iuvocata dæmonum ope, cuncta illi ex voto cedebant; ut nec Constantinus, cum sæpenumero eum gradu movere cogitasset, rem præstare valuerit; quin potius beneficiis ac muneribus eum prosecutus sit. Porro de hominis adu- Non extat illa Historia.
C latoriis moribus multaque illius impudentia, ejus item infido animo, pravoque, ac quam nulla quis conjectura satis assequi possit, avaritia ac rapacitate fusius operosiusque in propria exque instituto ejus rei narratione, exponam.

Theophili Urbis Præfecti, scelestissimi mores.

IX. Rerum summam solus adeptus Constantinus, Basilium Protovestiarium suum, Romanique decessoris Imperatoris naturalem ex pellice filium, Patricium provexit ac sacri Cubiculi Præfectum, Senatusque primis ab Imperatore partibus Principem, fecit. Erat vir animo prudens & eruditus, inque omnibus solerti consi- Dlio, & ut decebat, Imperatoris obsequio sedulus ministrabat. Humanissimus porro Constantinus in animum induxit, ut pactis cum Agarenis Tarsensibus induciis, qui apud infidelem eam gentem detinerentur, Romanos captivos liberaret; ea scilicet ratione, quod a multis jam annis in vinculis atque ærumnis afflictari eos sciret. Misit itaque, cujus non semel in superioribus meminimus, Magistrum & Scholarum Exdomesticum Joannem Curcuam nuncupatum, virum prudentem civiliumque rerum administrationis con-

Basilius Romani nothus, Accubitor & Princeps Senatus.

Captivorum redemptio.

sultissimum ; Cosmam item Magi- A stirum & Legisperitum, summumque Urbanorum tribunalium Præsidem; & ad fluvium Lamon, nullo adverso casu aut dolo, sincera utrinque fide, dato pretio captivos receperunt. Peractoque negotio reversos, Constantinus Porphyrogennetus peramanter accepit.

μητα, καὶ Κοσμᾶν Μάγιστρον σοφὸν καὶ νομομαθῆ, τῆς πολιτικῆς κριτηρίων προέστησεν· καὶ εἰς τὸν ποταμὸν τὸν Λάμον ὃ ἀλλάγιον ἐποιήσατο, μὴ συμβαῖή τι ἐνδυτὸν ἢ δολερόν. καὶ τοῦτο ποιήσαντες ἐπανέστρεψαν, φιλαγάθως παρὰ τοῦ Πορφυρογεννήτου Κωνσταντίνου ἀποδεξάμενοι.

X. Constantinus, cujus etiamnum auribus insonarent, quas injurias damnaque ab exercitus Ductoribus & Protonotariis, nec non utriusque ordinis militibus, miseri ac calamitosi pauperes, Romano socero suo Imperatore passi essent, recentique hæc memoria teneret, viros misit B virtutis laude ac pietate insignes, grave onus levaturos importunarum pro tempore exactionum, quibus ærumnosi pauperes atque miseri opprimebantur; ad Orientale thema, Magistrum Romanum Saronitam; ad Opsicium, Romanum Musele Magistrum; ad Thracesium, Photium Patricium; ad Armeniacum, Leonem Agelastum, & sic de reliquis Thematibus seu Provinciis. Hi, Imperatoris mandato obsecuti, induciarum aliquid pauperibus tribuerunt. Atque hoc a Deo adjuti eoque protectore tuti ac gerenda Rep. seduli, Imperatoris facinus, ejusque C hæc recte facta ac munera. Haud secus enim ac Aquila nidum obumbrat, sic ille subditos procurabat atque fovebat. Nulli enim unquam Procerum, nulli mediæ sortis civium, nulli e vili plebecula iratus est; quanquam non paucos in Remp. ejusque ipsius rem privatam atque personam, gravius deliquisse inveniisset: sed magis Christum imitatus, eos ipsos beneficiis ac muneribus 1. Petr. 2. 23. prosequebatur, ac judicanti juste retribuebat. Theophilum Urbis Præfectum, virum eruditum, jurisque civilis peritia probe instructum, Pa- D tricij dignitate condecoravit, ac Quæstorem præfecit; ejusque loco Constantinum Protospatharium, tunc Mysticum ac Scholæ Philosophorum Ducem ac Præceptorem, virum doctrina moribusque plane laudabilem, ut nullus Senatorum ejus scientiæ sapientiæque modum attingeret, Præfectum constituit: quo in munere æqua legum administratione ac justitia fulsit.

Levata provincialium tributa & onera.

Theophilus Quæstor; Constantinus Urbis Præfectus.

Ἰ. Ὁ δὲ Βασιλεὺς ἔσωλον ἔχων τὴν ἀδικίαν καὶ ζημίαν, ὧν ἐπάσχετο οἱ ἐλεεινοὶ καὶ ἄθλιοι πένητες ἀπὸ τῶν Στρατηγῶν καὶ Πρωτονοταρίων καὶ στρατιωτῶν καὶ ἱππικῶν ὅτι τῇ πενίᾳ αὐτῶν Ρωμανοῦ, ἀνδρὸς δικαίου καὶ ἐπιεικοῦς ἀπέχλε πρὸς τὸ κουφίσαι τὸ πολὺ βαρὸς τῆς καὶ καιρὸν ἀναίρων ἀπαιτήσεων τῶν ταλαιπώρων πολιτῶν. καὶ εἰς μὲν τὸν Ἀνατολικὸν, Ρωμανὸν Μάγιστρον τὸν Σαρωνίτην· εἰς δὲ τὸ Ὀψίκιον, τὸν Μουσιλὲ Ρωμανὸν Μάγιστρον· εἰς δὲ τὸν Θρακήσιον, Φώτιον Πατρίκιον· εἰς δὲ τὸν Ἀρμενιακὸν, Λέοντα τὸν Ἀγέλαστον, καὶ εἰς τὰ λοιπὰ ἐφεξῆς θέματα· οἵτινες τῇ προθυμίᾳ τοῦ Αὐτοκράτορος, μικρὸν ἀνακωχὴν τοῖς πένησιν ἐδωρήσαντο· καὶ τοῦτο ἄθλον καὶ προστρήματα τοῦ Θεοῦ συνεργοῦντος τῷ Ἀνακλῆτι. οὕτως γὰρ προΐστατο ὁ Βασιλεὺς, ὡς ἀετὸς σκέπων τὴν αὐτοῦ. 426 Οὐδένι γὰρ τῶν ἀρχόντων, 426. ἢ τῶν μέσων, ἢ τῶν χυδαίων ὠργίσθη πώποτε, καίτοι μεγάλας ἀτοπίας ὕβρει πολλοὺς εἰς ὃ χρεὼν καὶ εἰς αὐτὸν ἁμαρτήσαντας· ἀλλὰ Χριστομίμητος ὢν μᾶλλον εὐποιίαις καὶ δωρεαῖς ἀπέκλυδν, καὶ 427 τῷ χρέοντι 427. δικαίως ἀπεδίδου. τὸν δὲ Ἔπαρχον τῆς πόλεως Θεόφιλον ἄνδρα λόγιον, καὶ πρὸς τοῖς πολιτικοῖς νόμοις ἰκμὸν, Πατρίκιον προεχείρισε καὶ ἐτίμησεν, καὶ Κοιαίστωρα προεβάλλετο· καὶ αὖτ' αὐτῷ προσεχείσατο Ἔπαρχον Κωνσταντῖνον Πρωτοσπαθάριον, τὸν τηνικαῦτα Μυστικὸν καὶ Καθηγητὴν τῶν Φιλοσόφων, λόγῳ καὶ ἔργῳ ἀξιέπαινον, ὡς μὴ ἕτερον τῆς γνώσεως καὶ σοφίας τοῦ ἀνδρὸς εἶναί τινα τῆς Συγκλήτου· καὶ οὕτως τὴν Ἐπαρχίαν εὐνομίᾳ καὶ δικαιοσύνῃ διέφερεν.

Extincto Theophylacto, Patriarcha Polyeuctus vir egregius.

XI. Theophylactus Patriarcha ægra affectus valetudine, jamque morti vicinus, cum paululum convaluisset, nihil de priori morositate re-

ια'. Ὁ δὲ Πατριάρχης Θεοφύλακτος ἀρρωστήσας, καὶ πρὸς ὀλίγον ἐγήσας, καὶ μικρὸν ῥωσθείς, 428 οὐκ ἐπέδωκεν ἑαυτὸν τῇ πονηρᾷ 428.

μοχθηρείας, καὶ τῷ μὴ δύρων χλεσ- A misit animique pravitate, & ut mu-
πιφῆν τοὺς Ἀρχιερεῖς, καὶ ἐπιμελεῖσθαι neribus Episcopos ordinaret, curan-
τῶν ἵππων καὶ βλακείαν. καὶ αὖ- disque equis & mollitiei ac luxuriæ
θις ὑπὸ τῆς νόσου κωλυθεὶς, τε- studium omne operamque insume-
λεῖ τὸν βίου χρᾶται, πατριαρχεύσας ret; inque eum modum morbo rur-
χρόνους ἔτεσι καὶ τέσσαρσι. χλεσ- sus invalescente, illo oppressus, viven-
πιφῆται δὲ ἀντ' αὐτοῦ Πολύευκτος Μοα- di finem facit, Patriarchatu functus
χὸς ἀσκητικὸν βίον λαμπρὸν, καὶ annos quatuor supra viginti. Ejus
μονάσας ἐκ παίδων ὀνύχων, καὶ loco suffectus Polyeuctus Monachus,
διαφέρων ἐν πᾶσι ἀρετῇ καὶ ὀρθῷ monasticæ exercitationis palæstra
δόγματι· ᾧ ὡς ἄλλος Ἰωάννης Χρυ- clarus, ac qui sanctioris vitæ insti-
σόστομος πολλοὶ ἐγωμείζετο, καὶ tutum a teneris unguiculis conse-
ἐλέγετο· καὶ οὐκ ἐλέγετο μόνον, ἀλ- ctatus, omni virtute sanaque do-
429. λὰ καὶ ἐφαίνετο. 429 τοῦτον ὁρᾶν ὁ B ctrina excelluisset: quem velut alte-
φιλόκαλος Κωνσταντῖνος ἔχαιρε καὶ ἠγαλλιᾶτο, rum Joannem Chrysostomum pleri- Polyeuctus, alter Joan. Chrysosto-
ὡς ζηλωτὸν ἄνδρα ὑπάρχοντα ἐπὶ τῆς que nossent ac dicerent: neque id mus.
ἡμερῶν αὐτοῦ. nomine tenus, sed ita ut vere talis
videretur. Hujus conspectu honesti
amans Constantinus gaudebat ani-
moque gestiebat, ut qui virum talem
in diebus suis nactus esset.

ιβ'. Ὁ δὲ φιλόθεος καὶ φιλό- XII. Dei porro honestique amans Josephi Præ-
καλος Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος, ὁμοί- Constantinus Imperator (vir scilicet positi summa apud Con-
ως θῦρων Ἰωσὴφ Πατρίκιον καὶ religiosus ac studiosus) virum na- stantinum auctoritas.
Πραιπόσιτον, καὶ πρὸς τὰς πολιτι- ctus pari secum morum honestate or-
κὰς λειτουργίας ἐκφέρουτα, καὶ πρὸς natum, Josephum Patricium &
ταχύτερον, Σακελλάριον προχειρίζε- Præpositum (civilium utique rerum
ται, ἔπειτα Δρουγγάριον πλοίμου· καὶ administratione solertem ac volucre
πάσην τὴν ἐξουσίαν αὐτοῦ πρὸς αὐτὸν ἀνα- celeriorem) Sacellarium præficit, tum-
τέθεικεν. que rei navalis Drungarium, suamque
omnem in eum potestatem contulit.

ιγ'. Τῶν δὲ τοῦ Πορφυρογεννήτου C XIII. Constantini porro Porphy- Constantini
Κωνσταντίνου φιλοκαλίαν καὶ καλιερ- rogenneti, honesti rectique studium, elogia.
γίαν, καὶ τὴν πρὸς πᾶσι διόρ- resque præclare gestas; cuncta deni-
θωσιν καὶ βελτίωσιν μέλλων διηγεῖ- que meliore statu composita ac re-
σθαι, καὶ ὅπως εὐσεβὴς καὶ δικαίως stituta, & ut pie justeque subdito-
ὁ ἐπιτήκοον ποιήσοιτο, καὶ ὃ κατ' rum saluti prospexerit, narratione
ἀξίαν τοῦ ἀνδρὸς μὴ δύνωμαι, ἐπαινέ- prosequuturus, cum pro viri digni-
σαι διδοικὼς, σιγῆσαι μᾶλλον ἄξιον· πλὴν tate impar muneri existam, laudare
οὐκ ἐν πολλοῖς ἀποκρύπτω ἄξιον εἰ- veritus, libentius silentium ample-
πεῖν. ctar. Ex multis tamen aliqua spar-
sim delibanda sunt.

ιδ'. Οὗτος πάντα ἐφορῶν εἰς ἀκρό- XIV. Cum itaque omnia pene
τητα καὶ ἀμέλειαν, * καὶ τῶν ἐπιτη- labefactata, nulliusque frugis effecta
δείων ἀνδρῶν χυδαιωθέντων καὶ καταφρονηθέν- atque neglecta offendisset, virosque
των, ὡς φιλόθεος καὶ φιλόκαλος προέκρινεν D virtute fulgentes vili sorte haberi at-
430. 430 τῶν δήλων καὶ ἀνάνδρων τοὺς βουλομένους καὶ que contemni, tanquam in Deum
ἀνδρείους, καὶ τύπτειν τὸν Μαγίστρον καὶ religiosus honestique cultu strenuus,
Δομεστίκον τῶν σχολῶν Βαρδᾶν τὸν Φω- ignavis muliebrique animo viris, au-
κᾶν ἀνθαδοῦς, νίκην τῇ Ῥωμαϊκῇ ἀρ- daces fortique animo ac robore præ-
χῇ προεξένησεν. πολλῶν δὲ ἐν τῇ πο- ditos anteponens, atque illis Barda Bardas Pho-
λιτείᾳ ἡμῶν καλῶν καὶ ἀξιεπαινέτων Phoca Patricio, Domestico præpo- cas Domes-
γνώσεις, καὶ λογικὰ τέχνας καὶ ἐπι- sito, Imperio Romano auctor victo- ticus.
στήμας, τούτων οὐκ οἶδ' ὅπως ἀμελη- riæ fuit. Cum autem in Rom. Rep.
θέντων καὶ προεμένων, ἢ σοφίζεται ὁ Φι- plures honestæ ac laude dignæ disci-
λοσοφώτατος ἐκεῖνος νοῦς. ἐπεὶ γὰρ ἤπίστατο, plinæ vigerent, artesque liberales
πρᾶξιν καὶ θεωρίαν πρὸς Θεὸν ἡμᾶς ac scientiæ in ea extarent; ac (qua
ex causa, nescio) illæ neglectæ es-
sent & in contemptum veniissent; Instaurata
quidnam mens illa Philosophicis ra- Constantino
tionibus summe exculta, comminis- liberalium
citur? Cum enim eum non lateret, artium studia.
inire nos actionis cultu & contem-

* deest vox τοιούτους, aut καταπίπτοντας.

plationis, cum Deo necessitudinem; ac quidem actionem, civilibus rebus gerendis congruere; contemplationem vero iis, qui ratione regantur, appositam esse, alteram alteri suppetias fore statuit; eos qui operam Reip. navent, Rhetorica arte excoli curans; qui vero studeant contemplationi, præceptis Philosophicis ac naturali rerum consideratione. Porro Magistros præstantissimos delegit: ex quibus Constantinum Protospatharium Mysticum tum munere fungentem, Philosophorum ludo præfecit: Rhetorum, Alexandrum Nicææ Metropolitam; Geometriæ, Nicephorum Patricium Theophili Præfecti Erotici generum; Astronomiæ, Gregorium A secretis. Multam autem Imperator discipulis diligentiam curamque adhibebat, quos quotidie contubernales mensæque socios adhiberet, pecuniisque demereretur, ac blandis colloquiis deliniret. Nec longe tempus processit, cum iis delinimentis, eaque foventis Imperatoris prudentia adultis ingeniis, magnas illi scientias artesque plene didicerunt: ex quorum censu delectos Imperator, Judicum ac Senatorum, Secretariorumque & Metropolitarum honore sublimavit; Romanamque Remp. sapientia exornavit atque ditavit.

Magistri iis præfecti.

Viri eruditi Magistratus creati.

XV. Sed & Augustales vestes quæ longioris temporis usu detritæ erant, exesaque stemmata ac diademata, nova instauravit. Bucoleonem, statuis, variis ex locis convectis, magnifice ornavit; inque eo piscinam construxit. Captivos cum urbanos, tum prouinciales carcere detentos, diligenter pervestigabat ac invisebat, exque vinculis absolvebat; sic nimirum, ut omnes optimo Christique imitatione mitissimo ac clementi Imperatori Constantino acceptam salutem referentes, faustis illi acclamationibus comprecarentur. Virtuti ac scientiæ majorem supra decessores omnes Augustos, honorem habuit. Si quem nactus esset virum eruditum, legumque scientiæ ex indole comparatum ac idoneum, honore promovebat, ac sublimiori eum sede collocabat. Vidisses æqui justique rationem in omnibus vigentem, ut cujus cultu Porphyrogennetus philosopharetur, ac quam amplexaretur. Legem quoque edidit Imperator. Videns enim insatiabilium hominum nequitia injuriam alienique usurpationem longe diffu-

Constantini œconomica.

In captivos sedulitas.

Divites prædiis recens acquisitis depulsi.

οἰκειοῦται, καὶ τὴν μὲν πρᾶξιν πολιτικοῖς προσχρημάζουσιν πράγμασιν, τὴν θεωρίαν δὲ τοῖς λογικοῖς, ἀλλήλοις δ' ἀμφοτέρων βοηθεῖ· ὁ μὲν πρακτικὸν, ἀφ' ῥητορικῆς τέχνης ἀσκεῖσθαι παρασκευάζων· ὁ δὲ θεωρητικὸν, ἀφὰ φιλοσοφίας καὶ φυσικῆς τῶν ὄντων ἀφηγήσεως. παιδεύσας δὲ ἄριστος προέκρινεν· εἰς Κωνσταντῖνον Πρωτοσπαθάριον τὸν τηνικαῦτα Μυστικὸν, τῶν Φιλοσόφων παιδοτρίβην ἔδωκεν· εἰς δὲ τὸν τῶν Ρητόρων, Ἀλέξανδρον Μητροπολίτην Νικαίας· εἰς δὲ τὸν τῆς Γεωμετρίας, Νικηφόρον Πατρίκιον τὸν γαμβρὸν Θεοφίλου Ἐπῳήγου τῆς Ἐρωτικοῦ· εἰς δὲ τὸν τῶν Ἀστρονόμων, Γρηγόριον Ἀσηκρῆτιν· καὶ πολλὴν ἐπιμέλειαν καὶ σπουδὴν εἰς τοὺς φοιτητὰς ὁ Αὐτοκράτωρ ἐποιεῖτο, ὁμοδιαίτους καὶ ὁμοτραπέζους τούτους καθ' ἑκάστην ποιῶν, καὶ ἀργύρια πρέχων, καὶ ὁμιλίας μετ' αὐτῶν προσηνεῖς ποιούμενος. καὶ οὐ πολὺς χρόνος διελθὼν, τὰς μεγάλας ἐπιστήμας καὶ τέχνας τῇ θαυμασίᾳ καὶ σοφῇ τοῦ Αὐτοκράτορος κατορθώσεσιν, καὶ 431 431.
Κελτὰς καὶ Ἀνηγραφῆς ἐκ Μητροπόλεως ἐξ αὐτῶν ἐκλεξάμενος τετίμηκεν, καὶ τὴν πολιτείαν Ρωμαίων τῇ σοφίᾳ κατεκόσμησεν καὶ κατεπλούτισεν.

ιε'. Ἀλλὰ καὶ τὰς Βασιλικὰς στολὰς, καὶ τὰ ἐκπαλαι στέμματα καὶ διαδήματα φθαρέντα εἰς ἀνακαίνισιν δωρήσασθαι· καὶ τὸν Βουκολέοντα, ζωδίοις, ἐκ διαφόρων τόπων ἀγαγὼν, ἐκαλλώπισεν· καὶ ἐκεῖσε ἰχθυοτρόφιον ἐποίησεν. ἀλλὰ καὶ τὸν ἐν τῇ Φυλακῇ, τὸν ἐν τῇ πόλει καὶ τὸν ἔξωθεν δεσμάτων κατεχομένων δεσμῶν ἠρθύνησε καὶ ἐπεσκέψατο, καὶ τῶν δεσμῶν ἐλυτρώσατο, ὡς πᾶσαν σωτηρίαν Θεοφιλῶ τὸν ἀγαθὸν καὶ Χειρομίμητον Ἀνακτα Κωνσταντῖνον. τὴν δὲ ἀρετὴν καὶ τὴν γνῶσιν οὕτως ἐτίμησεν, ὡς ἄλλος οὐδεὶς τῶν βασιλευόντων· καὶ ὅν τινα γνῶσιν ἔχοντα, καὶ πρὸς τοὺς νόμους φύσιν καὶ ὀξυτηδειότητα εὑρηκὼς ἐν, προήγαγεν, καὶ εἰς ὑψηλότερον ἀξίωμα ἀπεκατέστησεν. καὶ ἐν ἰδίᾳ δικαιοδοσίᾳ καὶ οἰκονομίαν ἐν πᾶσιν, ὡς τῷ Πορφυρογεννήτου τοῦτον φιλοσοφοῦντος καὶ καταπαιζομένου. καὶ νόμον ὁ Αὐτοκράτωρ ἐξέθετο· ἰδιῶν γὰρ πολὺ πλεονεκτικὸν τῶν ἀπορέων ἐκκυ-

ἦν, καὶ τῶν ἐν μέσῳ τῶν ἐπαρχιῶν καὶ χωρίων ὑποφυλλόντων ἀρχόντων, καὶ τῶν ἀλαμπόρως πένητας καταδυναστευόντων, καὶ καθ' ἁρπαγὴν τῶν δυνατῶν προάστια προσκτησαμένων ἀφ' ποικίλης τῆς μεθόδου αἰτίας, ἔγνωσιν πεισθαι τὴν τούτων ἀφαίρεσιν. τί ποιῆ ὁ σοφὸς ἐν πᾶσιν; συναγαγὼν τῇ ὑπὸ χεῖρα βουλευτικῇ ποιῆται μεθόδῳ, ὅτι ἀπὸ τῆς αἰφνιδίου αὐτῶν ὑποφυλλόγας πλουσίους, καὶ ὀξωνησαμένους ἢ δωρησαμένους καὶ κατακρατήσαντας τόπια ἢ ἀγροὺς εἰς χωρία, αἰφνιδίως ἐκδιώκεσθαι, καὶ μικρὸν τῆς λώβης καὶ τῆς πλεονεξίας τῶν ἀκορέστων ἀπέρραπισεν.

* Non satis hæc expedita.

A

B

ιϛ'. Ὁ δὲ ὀπτικὸς καὶ γαλεωτὸς Δεσπότης, οὐδὲ ἦς τῶν προσώπων ἀμφισβητήσεως καὶ δικαιολογίας καὶ κάσεως ἀπέγραφεν, τῷ δικάζειν δι' ἑαυτοῦ· ἀλλὰ καὶ τοῖς δικασταῖς συνδικάζειν οὐκ ἀνέβαλλεν, παρεισαμένων τοῦ ἐκείνου βήματι τῶν τε δικαζόντων, τῶν τε συνηγορούντων τῶν δικαζομένων. ἀπεκρούετο ἦς τούτων δικαιολογίας, καὶ ἦς ἀπάτας αὐτῶν· οὐδὲν γὰρ τοῦ ἀληθοῦς αὐτῷ διέφυγεν, οὐ ψεύδος ἀληθείᾳ συγκείμενον, οὐ τὸ πιθανὸν τῇ διηγήσει συγκεραννύμενον, οὐ παιέργοι συγγραφαὶ καὶ κρύδδην συντεθειμέναι· αἵ τινες καὶ ποτὲ ἄγαν δραστηρίοις διέλαθον τὸ ἀληθείας περαπεπάσμαι. ὁπότεδεν τοῦ φόβου περὶ τῆς κρίσεως παιδαγωγηθέντες, δικασταὶ δι' ἑαυτῶν ἔκαστος τῆς δίκης τοῦ ἠδικηκότι ἐγίνετο.

C

ιζ'. Χρὴ οὖν καὶ κοινῶν φροντίδων τὸν Ἀνακτα, καὶ τῶν ἀπείρων διορθωμάτων καὶ ἁμαρτημάτων αὐτοῦ ἐξάπτειν. τῶν ἀπόντων γὰρ Στρατηγῶν, καὶ Βασιλικῶν Γραμματείων, καὶ τῶν ἐν κώμαις, ἐπαρχίαις τε καὶ πόλεσιν, ἐπὶ μιᾶ καὶ εἰς ἀρχηγοὺ ἐθνῶν ἀποστελλομένων γραμμάτων, καὶ τούτων πρὸ αὐτοῦ ἀναγινωσκομένων, οὗτος ὁ Φρόντισμα αὐτῶν διωρίζετο· τί μὲν δέον καὶ τῶν ἐξ Ἀναπλῆς γεγονέναι· τί δὲ καὶ τῶν ἀφ' Ἑσπέρας, καὶ ποτὲ μὲν ὡς τὰ πολλὰ ὥσπερ ὠκεανὸς διήρχετο, προσοδείας δεχόμενος, ἀρχόντων ὑποστελλόντων, ἃς προπετῶς γεγονυίας μεταβολὰς ἐπανορθούμενος. ὁ αὐτὸς Κωνσταντῖνος Βουλευτὴς, Φροντιστὴς, Στρατηγὸς, Στρατιώτης, Στραταρχης, Ἡγεμὼν ἀνεφαίνετο. Ὃ τίς ἂν τὰ ζιζύπου προστερήματα ἐξείποι ἢ φράσῃ.

D

XVI. Mitis vero sereniſſimuſque Princeps, ne eorum quidem qui ad ipſum adirent controverſias liteſque ac diſceptationes judicio finire detrectabat: quinetiam lubens in Judicum ipſe conſeſſu ſedebat; adſtantibus pro tribunali tum actoribus, tum eorum patronis, qui in jus vocabantur. Advocatorum defenſiones eorumque fraudes amoliebatur. Quod enim illius ſagacitatem lateret, nihil erat; non mendacium veritati hærens, non probabilis fucus narrationi admixtus, non ſuperfluæ ſcripturæ libellique clanculum conſcripti, qui vel ſolertiſſimos ſummeque perſpicaces, ſub mentita veritatis larva facile valeant decipere. Hinc fiebat, ut & ante judicium timore caſtigati, a ſe ſponte, qui feciſſent injuriam in ſe ipſi judices eſſent, ac ſententiam ferrent.

Judiciorum ſagacitas piaque aſſiduitas.

XVII. Igitur neceſſe eſt, ut de publicis Imperatoris curis, deque innumeris illius cenſura emendatis, ac de ipſius adminiſtrationibus ſermonem texamus. Cum enim Duces ac Prætores ubique gentium conſtituti, Palatinique Protonotarij, & qui in oppidis, regionibuſque & Urbibus, Magiſtratus erant (quin & gentium Principes) ad eum ſcriberent, eorum ſtatim ſcopum diſcernebat; quid de Aſiaticis, quid de Occiduis ſtatuendum; nec raro illis voluctris in modum præſentiam adhibebat, legationes ſuſcipiens, Magiſtratibus ſcribens, perperamque ac temere mutata corrigens. Idem ipſe Conſtantinus Senator, Curator, Dux exercitus ac Prætor, Miles, Tribunus, Præſes erat, unus omnium muniis defungens. Ec quis vero Viri talis tantique præſtantes dotes narrare, ſatiſque verbis explicare ac diſſerere ſufficiat?

Reip. ſolicitudo.

Amplificatum publicum Nosocomium.

XVIII. Igitur operæpretium sit, A ut & de publico Ubis Nosocomio (ægrotorum scilicet domo) sermonem texam. Videns itaque Imperator Constantinus illud peranguſtum, ſtructuris maximis auxit, ut omnes ejuſmodi morbo laborantes illic cogerentur, & ad illorum perungendas carnes, indeficientes ſumptus, ad poſterorum perennem memoriam, reliquit.

Novum Gerocomium excitatum.

XIX. Dicendum quoque de ſtabulo in Gerocomium (domum ſcilicet ſenum) commutato. Pone enim eque vicino perquam mirandæ Majoris Eccleſiæ ſtabulum erat equorum equarumque Theophylacti Patriarchæ. Hoc videns optimus Imperator, indignumque ducens, in religioſam convertit domum, ac Gerocomium (fovendis ſcilicet ſenibus hoſpitium) ædificavit; illicque conſtitutos cenſu annuo quibus alantur ac induantur, accipere ſanxit.

Novemdecim Accubituum Triclinium

XX. Dicendum & de Novemdecim-Accubituum tecto. Videns enim computruiſſe ac ruinam minari, valdeque deformatum eſſe, ipſum inſtaurat. Cùm enim deauratum ejus lacunar lapſu temporis diffluxiſſet, eo ipſe prius ſubmoto, aſpectu novum ſplendidumque effecit. Sinus enim octangulos componens, eoſque foraminibus variiſque ſculptis figuris exornans, in vitium malleolos foliaque atque arborum genera figuratos, aurique ſtillis aſperſos, tanto decore cumulavit, ut qui oculos animumque ſpectaculo adhibeant, mente excedant.

Romani Pueri Imp. ædes.

XXI. Romano Imperatori filio ſuo majora extruxit Palatia, quam ſuperioris ævi Imperatorum extiterant; magnificas ædes a fundamentis excitans: quarum multiplex variaque figuratio, inque multa animum cogitationemque cum ſtupore dividens, admirationem facit. In Apoſtoli Pauli Tetrachonco (quatuor nempe fornicibus fulta Ædes D ſacra) varias efformavit imagines: & ut vetuſta abolita ſpecie, novus decor accederet, multas in ea aureas figuras imagineſque collocavit.

Apoſtoli Pauli Tetraconchum.

Conſtantinus pictura excellens ac reliqua mechanica.

XXII. Pingendi artem ſic accurate Imperator callebat, ut nemo puto ſuperioris ævi, autve eum ſecuti, ejus peritia eum æquaverit. Multos enim Pictorum emendabat, optimuſque Magiſter videbatur; nec ſolum videbatur, ſed & cunctis admirationi erat. Ingens illud videntibus miraculum, pernoſſe eum, quæ nullo Magiſtro didicerat. Quot

ιη'. Χρὴ οὖν καὶ περὶ τοῦ νοσοκομείου 432.
* τοῦ ὁσίου ἐξειπεῖν· ὁ Βασιλεὺς Κωνσταντῖνος πα- * αἰνῶ τὸ δι-
σάμενος αὐτὸ σμικρότατον, οἰκοδομῇς μεγαπρε- μοσίου. ut
πεσι κατασκευάζει, ὡς ὑπισχνεῖσθαι πόλεις Demoſth.
ἔχειν τοιαῦτα νόσῳ κυριευομένους, καὶ ἀλείμμασι Iſocr. &c.
ταῖς σάρξας αὐτῶν περιεργίαν, χορηγίας ἀνελλιπεῖς αὐτοῖς παρέχων, εἰς αἰωνίζουσαν μνήμην τοῖς μετ' ἡμᾶς κατέλιπεν.

ιθ'. Δεῖ δὲ λέγειν καὶ περὶ τοῦ μετασκευασθέντος σταβλου εἰς γηροκομεῖον. ὅπισθεν γὰρ καὶ πλησίον τῆς περιβαυμάστου ἐκκλησίας τῆς μεγάλης, 433 σταβλος ἦν τοῦ ἱππασείων τῶ 433.
Πατριάρχου Θεοφυλάκτου· καὶ τοῦτον ἰδὼν
B ὁ ἀγαθὸς, οὐ δίκαιον κρίνας οἰκητήριον μετεποιήσατο, καὶ γηροκομεῖον τοῦτο κατεσκεύασεν· καὶ πρὸς χορηγίαν ἔφοδα καὶ περιβολαίων τοῖς σκῆπτ ἐτύπωσιν ἐτησίους λαμβάνειν.

κ'. Δεῖ οὖν καὶ περὶ τῆς στεγῆς τῶν Δεκανικεία ἀκουσίτων διηγήσασθαι ὁρῶν γὰρ ταύτην σεσαθρημένην καὶ καταπίπτουσαν, καὶ εἰς ἀκοσμίαν πολλὴν οὖσαν, ταύτην ἀναχρίζει. τῆς γὰρ κεχρυσωμένης αὐτῆς ὀροφῆς τῷ χρόνῳ διερρύκειας, αὐτὸς ταύτην περιελὼν, νεοφανῆ καὶ λαμπρὰν ἀνέδειξεν. κοιλότητας γὰρ ὀκταγώνους συντέθεικεν, καὶ ταύτας ὑπαῖς καὶ ἀνάγλυφοις ποικίλοις ἀστραγλύφοις κεκοσμηκὼς, εἰς ἀμπέλων ἕλικας καὶ φύλλα καὶ δένδρων ἰδέας ἀναπεπλασμένας, καὶ ταύτας χρυσῷ περιφαντίσας, ποσοῦτον θαυμασίως παρέχων, ὡς ἐξίστασθαι πρὸς τοῦτο θεωμένους ὁρῶντας.

κα'. Τῷ δὲ Βασιλεῖ Ρωμανῷ τῷ υἱῷ αὐτοῦ παλάτια κατεσκεύασεν πλείονα τῶν παλαιῶν Βασιλέων, οἴκοις ἐν βάθρων ἐγείρας· ὧν πίνων δόμων ὃ πολυαναθέτων, καὶ εἰς πολλὰ τὸν νοῦν καὶ τὴν ἀφοιδὴν ἐκπλῆττον καὶ ἀφομοιάζον, θαῦμα τοῖς βλέπουσιν ἀνάπλησιν. τὸν δὲ Τετράκοιλον τοῦ Ἀποστόλου Παύλου εἰκονίσματα διάφορα ἐζετύπωσεν, καὶ τὴν παλαιὰν καλλονὴν ἀποβεβληκέναι, νέαν δὲ ἐγκαινίσασθαι, πολλὰ ἐν αὐτῇ ἀπὸ χρυσοῦ ἀνάγλυφα καὶ εἰκονίσματα ἐζέθετο.

κβ'. Τὴν δὲ τῆς ζωγραφίας τέχνην ποσοῦτον ἀκριβῶς ὁ ἀνὴρ ἠπίστατο, ὡς οὐκ οἶμαι τῶν πρὸ αὐτοῦ, ἢ τῶν μετ' αὐτὸν. πολλοὺς γὰρ τῶν περὶ αὐτῆς ποιουμένων ἐπανώρθωσε, καὶ διδάσκαλος ἄριστος ἀνεφαίνετο· καὶ οὐκ ἐφαίνετο μόνον, ἀλλὰ παρὰ πᾶσιν ἐθαυμάζετο· καὶ θάμβος μέγας τοῖς ὁρῶσιν, ὧν οὐ μεμάθηκεν, ἐκρημάτιζεν. τῶν δὲ

δὲ τεχνιτῶν διπλοιορθώσεις τῷ Πορφυρογεννήτου τις ἐξείποι ; λιθοξόους καὶ τεκτόνας καὶ χρυσοτείκτας καὶ ἀργυροκόπους καὶ σιδηροκόπους ἐπεμώρθου, καὶ πάντα ὡς πᾶσιν ἄριστος ὁ Ἀναξ ἐπιφαίνετο. A

κγ'. Τὰς δὲ Ἀργυρᾶς πύλας τοῦ Χρυσοτρικλίνου ὁ φιλόκαλος Κωνσταντῖνος ἐδείματο, καὶ πάπιζαν Ἀργυρᾶν ἡ ἐκείνου φιλοπονία ποιεῖ πρὸς ὑποδοχὴν τῶν δαιτυμόνων καὶ καλλωπισμὸν τοῦ ἀριστηρίου κατεσκεύασεν, πολυχρόοις ὕλαις καὶ πλαξὶ καὶ ἀϋφοῦς χροιᾶς καλλιώνας, πλείονα τῆς ἐκ τῆς τῶν βρωμάτων γλυκύτητος τοῖς κεκλημένοις τὸν τέρψιν B πρέχουσαν.

κδ'. Καὶ πορφυρᾶν φυλακὴν ἐμπροσθεν τοῦ κοιτῶνος αὐτοῦ ἐδείματο, δοχεῖον τῶν ὑδάτων δημιουργήσας, ᾧ στήλαις μαρμαρίοις περικύκλωσεν λεότητος αὐγαῖς ὑπαυγαζούσης. τί οὖν ὁ μεγαλόφρων ψυχή ; ἀετὸν ἐξ ἀργύρου τῇ τῶν ὕδατος ἐφίζησιν αὐλῷ, οὐκ ὀρθὸν βλέποντα, ἀλλ' ἀπεστραμμένον καταπλάγιον ὑφαυχενοῦντα καὶ σπαρῦόμενον ὡς ἀπό τινος θήρας, ὄφιν δὲ τοῖς ποσὶ περιελιγέντα καὶ πνίγοντα. καὶ μουσείκτων εἰκόνων ὑπερόχων τῶν ἐκ χρωμάτων ὑλῶν καὶ μορφῶν ὃ διαφόρων ἐκ τοῦ περιπυλαίου C τοῦ Βασιλικοῦ κοιτῶνος ἐδείματο.

κε'. Ἀλλ' οὐδὲ ναυπηγίας ἄπειρος ἦν ὁ Αὐτοκράτωρ. διωρίζετο γὰρ πολεμικῶν νεῶν κατασκευὴν, καὶ οἷς ξύλοις ἁρμόζει καὶ κλείσης αὐτῶν καὶ ἁρμονίας, καὶ ὅπως πρὸς ἄλληλα ἔχουσι.

κς'. Περὶ δὲ τῶν παλατίων τῶν Ἠρίας ἀναλογίζομαι τῇ διανοίᾳ, οἷς ὁ Πορφυρογέννητος ἐδείματο πάσι καὶ πρασίοις, πρότερον οὖσαν τοῖς Χαλκηδονίοις εἰς τάφον, νῦν δὲ τέτρασιν ἀψῖσιν ὑποβεβηκυῖα, καὶ τοῖς πύργων γωνίαις ἑτέρας Βασιλικὰς οἰκίας ἀποτελοῦσα, ταῖς τῶν θερινῶν αὐρῶν καὶ πνευμάτων περικυκλουμένων πνοιαῖς, οὐκ ἔστιν εἰπεῖν εἰς πόσην ἡμερίδα καὶ χαρὰν ἐμβάλλῃ τὸν ἐκεῖσε ἀναπαυόμενον. D

κζ'. Τί δὲ εἴποι τις περὶ τῶν ἐτέρων τόπων τῶν βασιλίδων οἰκοδομῆς ; καὶ ταῦτα γὰρ τῆς Ἠρίας τοῦ ἤθους καὶ τῆς φιλοκαλίας τοῦ ὑπερβάλλοντι καὶ ὑπερείλουτι, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ἐδάφους πέρυσιν ἀναδιδομένης εὐωδίας, ἀφ' ὧν * ἐπιμορφοῖ αὐτῶν καλλος, ὃ καὶ πολὺ ἀφαιρεῖται καὶ ὑπερχεῖται, οἷος ὁ τῶν Ἀποστόλων πλησίον νεουργὴς ναὸς, καλὸς μὲν ἰδεῖν, ὡραῖος

* Leg. ἐπιμορφοῖ τῶν.

Incerti Continuat. Constant. Porphyrog.

Constantinus artifices emendarit, quis dicendo referre queat ? Lapicidas & fabros & auro linientes ac interpungentes & argentarios & ferri fabros meliora docebat, omniaque in omnibus optimus Imperator elucebat.

XXIII. Aurei Triclinij portas Argenteas præclaræ indolis pulchrique ac honesti amans Constantinus fabricatus est; mensamque Argenteam ad convivas excipiendos ornandumque cœnaculum industria sua laboreque conflavit, varij coloris lignis tabulisque ac nativo ipso colore exornans; ipso sui aspectu majore invitatos voluptate afficientem, quam ciborum dulcedine lautoque apparatu. Triclinij Aurei portæ & mensa.

XXIV. Purpuream quoque custodiam pro Imperialis cubiculi vestibulo extruxit; aquarum conceptaculum fabricatus, quod columnis marmoreis per ambitum cinxit levore subfulgidis. Quid igitur magnificus animus ? Aquilam argento conflatam aquæ fistulæ imponit, non recta aspicientem, sed averso vultu obliquè erecto collo, ac velut capta præda ferocientem, pedibusque serpentem intorquentem ac suffocantem. Sed & musivo opere, artefactarum Imaginum comportatis materiis & coloribus, varium conspectum pro Imperialis Cubiculi vestibulo idem construxit. Alia pro sacri Cubiculi vestibulo ornamenta.

XXV. At neque navium fabricæ Imperator rudis erat. Designabat enim quo pacto bellicæ naves essent construendæ; quibus ex lignis earum tum claustra componenda, tum commissuræ; ac quam illa inter se proportionem rationemque habeant. Navium structura.

XXVI. Ad Eriæ Palatia quod spectat, mente cogito quam ad delicias jucundoque aspectu a Constantino in Porphyra nato extructa ac fabrefacta. Prius in sepulchrum Chalcedonis civibus cedebat Eria; nunc vero quadruplici nixa apside, harumque angulos novas domos Regias constituens, dici non potest æstivorum ventorum circunquaque flantium benignioribus auris, quanta jucunditate ac voluptate, quietem ibi captantium ac reficientium animos afficiat. Eriæ Palatia ad Chalcedonem.

XXVII. Quidnam quis dicat de Regiarum Ædium alio loco structura ? Nam hæ quoque Eriam figuræ cultusque & structuræ excellentia atque nitore; nec non se ab imo solo diffundentis jucunditatis fragrantia, efflorente in eis decore, longe etiam superant præcelluntque; cujusmodi Apostolorum haud procul novæ fabricæ Templum, pulchrum sane aspectu, ac Ædes aliæ Regiæ. Apostolorum Templum.

quod admiratione pro eo quo præstat decore, merito habeatur. Quanquam enim molis granditate a veteri Æde deficiat, interioris tamen ambitus splendore atque ornatu longe præcellit.

Theodorus Belona Patricius.

Quid vero fidelis Imperator? Theodorum Belonam, quod præelegantis ac præmagnifici Templi structuræ illi adjutor extiterat, Patricij dignitate ornavit.

Constantini in S. Sophiæ donaria.

XXVIII. Sacras vestes & stragula, quanta in communis Propitiatorij (magni illius prorsusque mirabilis) ornatum & cultum contulit, quis enarrare possit? Quotiescunque enim eo pedem inferret, haud committendum putabat, ut coram Deo vacuus

Exod. 23. 15.

appareret; sed ut magnis donariis, vestibusque auro, margaritis reliquisque lapillis contextis, Numen demereri, eique vicem reddere studeret. Vestes hæ ac stragula, etiamnum Sancta sanctorum magnifice ornant, eximiumq; loco decorem conciliant; ac Constantinum, qua magnificentia ea obtulit, prædicant.

Basilij Cibyræotarum Ducis de Saracenis victoria.

XXIX. Basilij Hexamelitæ Patricij ac Cibyræotarum Ducis expeditio narranda est. Basilius hic Patricius Cibyræotarum Dux cum esset, vir ætate juvenis, at sensu canus, majoremque quam pro annorum ratione experientiam prodens, armatam classem Tarso profectam, inque ea illustrem plane Agarenorum militantem manum, Romanis littoribus orisque applicantem videns, quasi Romanæ ditionis, haud secus ac nidi potituros se illi arbitrarentur; subjectas ipse naves tantæ hostium classi opponit. Ac quamvis paucæ erant, nec tanto illi pares cuneo, pro Ducis tamen magnitudine animi ac proposito, robustiores quam pro ea hostium classe, audaciaque prudentiæ juncta, multis bello sociis fortiores, ambæ concurrunt acies, pugnaque conseritur; ac per eam ingenti utrinque sublato ululatu, collidebantur hinc inde naves; donec Dux ipse Basilius in medium Infidelium impetu irrumpens, in Prætoriam invasit; quo facto, ac cum ignis Græcus totam circum hostium classem incesseret, illi mox partim victi cæsique sunt, partim sub jugum missi; ipsi cum primis Duces atque Proceres Caïtique vivi capti. Hos Basilius ad felicem ac fortunatum Constantinum Imperatorem in Urbem misit; qui & triumphi specie eos in Circo traduxit.

Bellum Italicum.

XXX. Constantinus porro Imperator, militari manu adversus Longobardos ac Neapolitanos expedita, Ducem

A δὲ θαυμάτων. Εἰ γὰρ καὶ τῷ μεγέθει τῆς παλαιότητος ἀποδεῖ, ἀλλά γε τῆς ἔνδον φαιδρότητος πόρρω καθέστηκε. τί δὲ ὁ πιστὸς Βασιλεύς; Πατρίκιον τὸν Βελωναῖ Θεόδωρον, ὡς στωερὸν τῷ λαμπρῷ καὶ κατηγλαϊσμένου ναοῦ ἐποίησεν.

κή. Τῶν δὲ ἱερῶν καὶ πέπλων ὧν παρῆν εἰς ὃ κοινὸν ἱλαστήριον ὃ μέγα καὶ πολυθαύμαστον, τίς ἐξείποι; ὁσάκις ἀφίκετο, οὐκ ἔδοξεν ἐνδυτὸν Θεοῦ ὀφθῆναι κενός· ἀλλ' ἀναθήμασι μεγάλοις καὶ χρυσοστεύκτοις καὶ μαργαρίταις καὶ λίθοις καὶ ὑφάσμασι ἐδεξιοῦτο καὶ ἀντημείβετο. ἃ καὶ τὰ τῶν ἁγίων ἅγια κατακοσμοῦσι καὶ καταγλαΐζουσι, καὶ τῷ θεοστεφεῖ Κωνσταντίνῳ κηρύττεται.

κθ'. Τοῦ δὲ Πατρικίου Βασιλείου Ἑξαμηλίτου καὶ Στρατηγοῦ τῶν Κιβυραιωτῶν, παξείδιον χρὴ διηγήσασθαι. οὗτος ὁ Πατρίκιος Βασίλειος Στρατηγὸς ὢν τῶν Κιβυραιωτῶν, νέος τῷ σώματι, πολιὸς τῇ φρονήσει, καὶ μείζων τῆς ἡλικίας τὸν πολυπειρίᾳ ἐνδεδυκὼς μῦθον, πολεμικὴν καραβίων ἀπὸ Ταρσοῦ ἐξωρμημένων, καὶ Ἀγαρηνῶν ἐν αὐτοῖς ὄντων θεαφανῶς, ἐπειδὴ αὐτοῖς ὁ Στρατηγὸς ἐώρα θεοὺς τοὺς Ῥωμαϊκοὺς χώρας θεοσεβάλλοντας, λογιζομένους ὡς ἀοπλεὶ πελάσουσιν αὐτούς· ὁ Στρατηγὸς τοὺς * οὔ- * Fort. τως αὐτῷ νῆας αἰτιαρραπεξάλμους καὶ ταύ- ἐπ' αὐτ. τας ὁλκηρεῖς οὔσας, καὶ θεοὺς πεποιθὼς οὐκ ὀρκούσας ὃ πλῆθος· ἀλλ' ἐπειδὴ τῷ γνώμῃ καὶ τῷ θεοαίρεσιν εἶχεν τὸ πλῆθος τῶν πολεμικῶν καραβίων κραταιότερον, καὶ τῷ μὴ θεοσέβειαν πολλῶν συμμάχων ἰσχυροτέραν, συνέκειντο ἄμφω, καὶ συμβολὴ τῶν καραβίων ἀνέφαινεν, καὶ περὶ ἀλλήλων πόλεμος ἀνεκρούετο, καὶ βίαιός τις ἀλαλαγμὸς καὶ ὠθισμὸς ἐξ ἀμφοτέρων τῶν καραβίων ἐκρούετο, ἕως αὐτὸς ὁ Στρατηγὸς Βασίλειος μέσον τῶν Ἀρπτῶν τὸν Χριστοῦ ἠμύνατο, ἔνδον * εἰσπηδήσας, οὗ γε- * εἰσπέδη- νομένου, καὶ πυρὸς ἐνύγρου πάντοθεν τῶν σεν. Ἀρπτῶν τὸν Χριστοῦ θεοκυκλώσαντος, αὐτὴν κατέφλεγεν καὶ κατεσφάττοντο, καὶ δέσμιοι εἰς δουλείαν συνελαμβάνοντο, αὐτῶν τε καὶ πάντων τῶν Ἡγεμόνων [414] καὶ Ἀρχόντων καὶ Καϊτῶν ζω- 434. γρηθέντων. καὶ τούτους ὑπὸ τῆς Πόλεως τοὺς τὸν εὐτυχῆ Βασιλέα Κωνσταντῖνον ἐξαπέστειλεν, καὶ ἐν τῷ ἱππικῷ ἐθριάμβευσεν.

λ'. Ὁ δὲ Αὐτοκράτωρ Κωνσταντῖνος στρατιωτικὴν δύναμιν κατὰ τῶν Λογγιβαρδῶν καὶ Νεαπολιτῶν ὠθίσας, καὶ Ἀρχηγὸν

αὐτῶν τὸν Παπείκιον Μαριάμην ἀποστέλλας, ἀφ' ὧ στασάσης τὰ Ἑσπέρια καὶ τῆς Ρωμαϊκῆς ζυγὸν τοὺς δεσμοὺς ἀφερρήξαν. καὶ γὰρ κατεθρασύνθημεν ὅσοι τῶν Λαγοβαρδίαν ἐκληρώσαμεν χώραν εἰς κατοικίαν, καὶ ὅσοι τὴν Καλαβρείαν, τοῦτο θαρροῦντες ἀφ' ὧ πόρρω καὶ μακρὰν εἶναι τῆς βασιλίδος. ἀφ' οὗ συνεχῶς ταῖς ἀποστασίαις ποιούμενοι, εἰς τοσοῦτον αὐθοπαξίας ἔφθασαν, ὡς καὶ τοῖς Ἀγαρηνοῖς πάκτα δοῦναι, καὶ ταῖς πόλεις καὶ κάστρα καὶ κώμας ταῖς πλησιαζούσας μαχαίρᾳ καὶ ξίφει ἀνελεῖν. ἀλλὰ καὶ οἱ Νεαπολῖται τῆς ὑποταγῆς τοῦ Χριστοῦ * ἀποστρέψαντες, τὰ δοῦλα ἀφέντες ὡμολόγησαν, τοῖς Φωμαίων ἀποστάσιν πρασσόντες. ἵν' οὖν μήτε ὁ στασιάσας πλῆθος ὑπερηφανώσῃ τὸ ἀλαζονικὸν, ὡς τὰ ὑπήκοα Ρωμαίων ἔθνη δουλωσάμενος, οὐκ εὐεξικὼν ὁ Πορφυρογέννητος, στρατεύμασι Θρᾳκικοῖς καὶ Μακεδονικοῖς πύστεις ἀμείψατο, καὶ ναυσὶ πολεμικαῖς μετ' ὀργοῦ πρὸς τὸν πύργον ἀναχέλλῃ αὐτάδελφον καὶ μισέλλην· καὶ ἀπὸ γῆς καὶ θαλάσσης τὸν Νεάπολιν ὁ Παπείκιος Μαριάμης ὁ Ἀργυρὸς ὑπερησπίσατο μετὰ τῶν Ρωμαϊκῶν στρατῶν, ὅσα μὲν πρὸς τὸν γῆν πάντα κατέκαυσαν· ὅσας δὲ σκολοπὰς ἀπὸ τῆς θαλάσσης ἠσφαλίσαντο, καὶ πάντοθεν αὐτοὺς περικυκλώσαντες, τῷ λιμῷ καὶ τῇ αἰχμαλωσίᾳ πιέζοντες καὶ ταπεινοῦντες, πρὸς δεήσεις καὶ ἱκεσίας τῷ Ἀνακλητῷ Κωνσταντίνῳ ἐπέμψαν, ὑποδουλούμενοι ὡς ἐξ ὁρκῶν. τοῦτο καὶ οἱ Λογγίβαρδοι καὶ οἱ Καλαβροὶ ἐποιοῦντο δὲ καὶ οἱ Βάρβαροι τῆς Σικελίας σύμφωνα εἰρηνικὰ ἐπετέλουν.

λα. Καὶ δεῖ θαυμάσαι τὸν πρὸς τῷ Ἀφρικῷ πόλεμον, αὐτίκα συνεπλέκοντο καὶ συνερρήγνυντο, καὶ τῶν ἰσῶν πρὸς ἄλληλα συμπλοκήν· καὶ δὴ αὔρημου βιαίου πνεύσαντος, ἡμῖν μὲν συμμαχοῦντος καὶ βοηθοῦντος, τοῖς δὲ Βαρβάροις πολεμοῦντος καὶ ἀντιστομοῦντος, τὴν ἧτταν εἶχον ἀκόλουθον, σὺν τοῖς αὐτῶν ὅπλοις καὶ τοῖς ναυσὶ τῷ βυθῷ παραδιδόμενοι. καὶ δὴ ὁ Ἀμηρᾶς αὐτῶν, αὐτονδὰς εἰρηνικὰς τῷ Βασιλεῖ ἐξελιπαρεῖ. καὶ οὐ μόνον οὗτοι, ἀλλὰ δούλωσιν πρὸς τὸν Βασιλέα ὡμολόγησαν, ἀλλὰ καὶ οἱ τὰς Γαλλίας οἰκοῦντες πάμπολλοι Βάρβαροι, πέμψαν πρὸς τὸν Πορφυρογέννητον Ἀνακλητὸν τὸν θυγατροποιόν, καὶ δώρεις μεγαλοφρενεῖσι πρὸς τὸν Αὐτοκράτορα μετ' ὄψιδας αὐτῶν ἔστελλον· καὶ πάντας εἰς ὑποταγὴν ἡ τύχη τοῦ Πορφυρογέννητου εἰς δουλείαν καὶ ζυγὸν ἤγαγε.

Incerti Continuat. Conſtant. Porphyrog.

illi Marianum Patricium præfecit; quod ſcilicet Heſperiæ partes verſæ in tumultum eſſent, ac Romani jugi vincula perrupiſſent. Etenim in rebellionem proruperant quotquot Longobardiam ac Calabriam ſedes nacti erant, inde rebellandi orta fiducia, quod ab Auguſta procul Urbe diſſiti erant. Idcirco cum novis aſſidue rebus ſtuderent, aliique alias deficerent, eo contumaciæ evaſerant, ut & cum Agarenis fœdus percuterent, Urbeſque & arces & oppida, ferro ignique vaſtarent. Quin & Neapolitani a Chriſti delapſi ſervitute, quæ ſervorum ſunt opera, facturos ſe polliciti, in apertam verſi defectionem erant. Ne ergo plebs in ſeditionem acta atque rebellis, majorem in modum arrogantia inſoleſceret, tanquam gentium potita, quæ Romanæ ditionis eſſent; haud ferens Porphyrogennetus; ex Thracia ac Macedonia conductis copiis, illorum ultor accedit; armataque claſſe cum igne Græco, horum temeritatem ac inſaniam comprimit. Terra namque marique Marianus Patricius Argyrus cum Romano exercitu Neapolim adorſus, quæ quidem ad terram poſita erant, cuncta igni ſuccendit; quotquot autem exitus erant verſus mare, occluſit; hinc adeo undique obſepti oppidani, fameque & captivitate preſſi, atque humili ſenſu effecti, ſupplicationis ergo ad Conſtantinum Imperatorem mittentes, qualem prius Romanis faſcibus ſubjectionem fecerunt. Idipſum & Longobardi ac Calabri præſtiterunt. Quaombrem etiam Barbari Siculi, pacis fœdera inierunt.

Itali Saracenis bello ſocij.

Neapolis ad deditionem coacta.

XXXI. Sed & bellum Africanum mirari ſubit. Mox conſerta acie, & ubi ad manus ventum eſſet, concurrente utrinque claſſe; exorto vento valido, qui quidem nobis quaſi ſocius ac belli adjutor flaret, hoſtibus vero obſiſteret eiſque compugnaret; victi Barbari ſunt, ac cum navibus & armis omnique apparatu maris profundo merſi. Ac vero illis præfectus Ameras, pacis fœdera cum Imperatore poſcebat. Neque hi ſolum ſubjectionem Imperatori profitebantur, ſed & Galliam incolentes, cum omni familia, Barbari, benevolos ſe erga Imperatorem in Porphyra natum exhibebant, doniſque magnificis ambitioſi, ad Imperatorem Legatos cum obſidibus mittebant; cunctoſque Porphyrogenneti fortuna, ad ſervitutem præſtandam jugumque ſubeundum, cogebat.

Belli Africani felix exitus.

Galli Conſtantino amici & fœderati.

Pax cum Saracenis Orientalibus.

XXXII. Ægypti autem Ameras audita Romanorum ingenti victoria ac navali pugna, Infideliumque strage, amicarum statim literarum officio pugnandi ardore cohibito, fœdus pollicetur. Perfidis autem Ameras, quo varie in Romanas acies incurrens, diversis congressibus atque præliis victus fuerat ac profligatus, instaurato caritatis vinculo Imperatori conciliatur. Ad quem etiam Imperator obsides mittit; qui, cum ad Cyri terram illam venissent, Apostoli Thomæ sepulchrum venerati sunt ac exosculati, missasque ab Imperatore Regia munificentia lampadas, ad illud accenderunt, pretiosorumque lapidum ac margaritarum mercatura facta, redierunt. Tanta enim cum aliis magnis dotibus ac virtutibus Imperator gratia pollebat, ut semper alia ex aliis colligeret & acervaret, inque augustiorem ipse cultum, amore digna & admiratione, transferret.

Apostoli Thomæ sepulchrum Edessæ, ejusque cultus.

Triclinium Aureum.

XXXIII. Igitur operæpretium est, ut & de Triclinio Aureo differamus. Hoc nempe industriosissimus Princeps multis floribus varium suaveque olens rosetum reddidit; cum varij coloris flores subtilissimique operis tessellatum opus, recens enatorum florum colores totos refunderet. Hi porro medij inter sinuosos plexus conclusi, ipsaque compositione efformati, incomparabilem præferunt venustatem. Triclinium argento coronavit; inque orbis canthique morem illo circumducto ambiens, insatiabiles ex aspectu delicias videntibus facit.

Civium amor.

XXXIV. Cives Imperator ut ipsa sua charissima pignora, iisque amplius diligebat, longeque eos pluris faciebat. Ex illis, eorum qui ingenui essent atque nobiles delectum habebat; atque alios quidem dignitatum titulis ornabat, alios magnifice donabat, sibique contubernales ac domesticos adlegebat; tantæque illius benevolentiæ lenocinio, majorem illis amoris sui flammam excitabat: quos adeo, ingenti satellitum custodumque ac servatorum agmini præhabebat; velut scilicet fideles herique ac domini amantes, quique suæ ipsorum saluti Imperatoris incolumitatem præferrent.

Brumalij celebratio.

XXXV. Brumalij autem Porphyrogenneti convivium atque epulas, operæpretium ut exponamus. Quod enim veterum jam Imperatorum moribus receptum erat, etiam Porphyrogennetus opere implevit. Diem enim cui nominis ejus initialis litera K addicta est, celeberrimæ festivitatis sibi

λβ'. Ὁ δὲ Ἀμηρᾶς Αἰγύπτου τῷ μεγάλῳ νίκην τῶν Ῥωμαίων ἀκηκοὼς, καὶ τῷ πολεμικῷ ναυμαχίᾳ, καὶ πάσῃ τῶν Ἀρπῶν τοῦ Χριστοῦ, γράμμασιν αὐτίκα φιλικοῖς ὁ μάχιμος αὐτῷ ἀποβάλλεται, καὶ συντίθησι εἰς εἰρήνην. ὁ δὲ τῆς Περσίδος Ἀμηρᾶς, ὅπερ διαφόρως τοῖς Ῥωμαϊκοῖς ἐτύγχανε στρατεύμασι, καὶ στασιάσεσι καὶ πολέμοις διαφόροις πάλαι, ἀγάπης δεσμῷ καταλλάσσεται πρὸς τὸν Βασιλέα. καὶ ὁ Αὐτοκράτωρ [435] ἔμβασας πρὸς αὐτὸν ἐκπέμπει οἵ τινες πρὸς τὸ * Καταζηθῆναι χῶν ἐκείνων ἀφικόμενοι, τὸ Ἀποστόλου Θωμᾶ τὸν τάφον προσκυνήσαντες καὶ καπασασάμενοι, καὶ τὰς βασιλικὰς καταστολὰς λαμπάδας ἀπανάψαντες, καὶ ἐμπορθυσάμενοι λίθων τιμίων καὶ μαργαριτῶν. εἰς τοσοῦτον γὰρ μετὰ τῶν ἄλλων μεγάλων καταρτωμάτων ὁ Αὐτοκράτωρ κεχάρισται, ὡς ἄλλα ἐξ ἄλλων συλλέγων καὶ σωρεύων, καὶ πρὸς τὸ ἀξιέραστον μεταφέρων. 435. * Lego κατὰ κῦσιν.

λγ'. Χρὴ δῶν καὶ περὶ τοῦ Χρυσοτεμενίου διηγήσασθαι· ὃ μεγαλικώτατος Ἀναξ πολυτελῶς τινα καὶ θεοδμον ῥοδωνιὰν εἰργάσατο, τῶν πολυχρόων ἀνθῶν καὶ λεπτοτάτων διαφόρων φυτίδων αὐτῶν ἀρτίφυλλα χρόαις μεμυημένων· οἱ μέσοι τῶν ἑλικοειδῶν συμπλοκῶν περικλείοντες, καὶ τῇ συνθέσει διαμορφούμενοι, τὸ ἀσύγκριτον ἀποφέρονται. ἀργύρῳ τὸν ἐπιφάνωσε, καὶ δίκην αὐτυγος τὸν περιλαβών, τοῖς ὁρῶσιν ἀκόρεστον ὑπηργάσατο τὸν τέρψιν.

λδ'. Ὁ δὲ Αὐτοκράτωρ τοὺς πολίτας ἠγάπησεν, ὡς οἰκεῖα αὐτοῦ ἔκγονα, καὶ πλέον· καὶ αὐτοὺς περὶ πολλοῦ ἐποιήσατο· καὶ τοὺς ἐξ εὐγενοῦς φυτείας ἐκλογὴν ἐποιήσατο. καὶ τοὺς μὲν ἀξιωμάτων καταλαμπρυνῇ τιμῇς· τοὺς δὲ μεγαλοπρεπέσι φιλοτιμείαις δωρεαῖς, καὶ συνεδρίοις καὶ ὁμοδιαίτοις ποιήσατο, καὶ ὃ φίλτερον μᾶλλον ἐπηύξησε τῆς ἰδίου οὐσίας· καὶ ἀντὶ πολλῶν σωματοφυλάκων καὶ φρουρῶν καὶ σωτήρων τύπους μᾶλλον προσέκρινεν, ὡς πιστοὺς καὶ φιλοδεσπότας, καὶ τῆς οἰκείας σωτηρίας προκρίνων τὸν Ἀναξ.

λε'. Τῷ δὲ [436] δεκάτῳ τοῦ Βρουμαλίου τοῦ Πορφυρογεννήτου δεῖ ἐξειπεῖν. ἔθος γὰρ τοῖς πάλαι Βασιλεῦσι τελούμενον, καὶ ὁ Πορφυρογέννητος εἰς ἔργον τοῦτο ἐξεπόνησεν. τῷ γὰρ ἡμέραν ἐν ᾗ ὁ τῆς κλήσεως αὐτοῦ στοιχεῖον Κάππα ἀποκεκλήρωται, λαμπροπρεπεῖ ἑορτάζων 436.

πεμήγυεν, πολυανθρωπον τοῦτον δέ- A loco ducens, ingenti celebrandam con-
κνυέ. ἡ τοῖς γὰρ πολυτελέσι καὶ πολυ- ventu indicebat. Lautissimis enim lar-
ψοις ὀκείναις τραπέζαις τὸν Σύγκλητον gissimisque dapibus Senatum omnem
ἅπασαν δεξιούμενος, χορηγίαις ἐνεργεπι- excipiens, beneficentiæ majoris mune-
κωτέραις τὸ φαιδρὸν τῆς ἑορτῆς ἐπολ- ribus, festivitatis lætitiam ac splen-
λαπλασίαζεν, σηρικῶν τε ἐλουλαίων ὑπο- dorem multis partibus cumulabat: se-
δίδων, ἀργυρίων πολλῶν καὶ ἀπείρων, ricarum vestium ac prætextarum abun-
437. [437] ἐνθημάτων ἀλουργῶν ξύλων Ἰνδικῶν βύω- de largitione; vis magnæ pecuniæ & in-
δίας, ἃ οὔ τις ἀκήκοει, ἢ μεμύσπα τε- numerabilis; purpurissarumque vestium
θήπαμ. ac trabearum; Indicarum arborum
(quas nemo audierat unquam aut vi-
derat) fragrantia recreans.

λϛ'. Τὴν Μουσικὴν οἶδεν πᾶς τις XXXVI. Musicam norunt om- Constantinus Musicæ studiosus.
ὡς θεῖον τί ὄντι εὕρημα, καὶ τῇ αὐ- nes divinum esse inventum, exque ho-
θεπτίνῃ φύσει συντελοῦν. τί οὖν ὁ βα- minis genio ac illi conducens. Quid
σιλεὺς καὶ μεγαλοφρονέσπατος Ἀναξ. τού- igitur religiosus & magnificentissimus
τῆς αἰτιπποίητο, καὶ δι' αὐτῆς ὑμνῆν τὸ B Constantinus? Hanc colebat, nec per
Θεῖον οὐκ ἔλειπεν. ὁπηνίκα πανηγύρεις eam divinum Numen canticis celebra-
φαιδραὶ κατεφαιδρύνοντο, καὶ τῶν Μαρ- re cessabat. Inde læti conventus splen-
τύρων ἑορταὶ κατελάμποντο· Ποιμένων ἱε- dorem habebant, Martyrumque so-
ρέων καὶ Διδασκάλων μνήμαι τοσούτων lennia illustriora erant; sanctorum de-
ἔλαμπρυνον. τοσοῦτον γὰρ ὁ ἀνὴρ ἐχαριτώθη, nique Pastorum Doctorumque memo-
ὡς χορεῖς ὑμνῳδῶν συγκροτεῖν καὶ ἀρχη- riæ, novo velut fulgore radiabant.
γοὺς τούτοις ὑπεῖναι, αὐτὸς πρὸ πάν- Tantis enim Vir gratiis plenus erat,
των τούτοις σοφὸς, καὶ τῶν ψαλλομένων ut Cantorum choros cogeret, eisque
ἐπαρχοῦσιος, καὶ τῷ ψυχῷ ἡδυνόμενος Duces adscisceret; ipse prior omnibus
X. His Imperator auditis, nihil jam animum continere potuit. Instructo igitur, solitoque munere donato exercitu; contraditisque Magistro in belli sumptus pecuniis, cum Michaele Cubiculario Præside ac Curatore ire jussit, mense Julio, Indictione quinta. Naves erant igne Græco instructæ bis mille; celoces mille, carabia oneraria annonas armaque bellica convehentia, septem supra trecenta. Solvens itaque Nicephorus Domesticus, Phygelos venit, etiam atque etiam satagens, ut omni collecta classe simul applicaret. Missis itaque vir prudens ac catus, quæ classi prærirent, celeribus galeis, explorare jussit, ac indigenas loci rerumque indices captare. Venerunt illi, captosque ad Magistrum duxerunt; ex quibus diligenter scisciatus, Cretæ Ameram ac Urbis Proceres, foris in suburbanis ipsorum versari comperit. Statim ergo concite summaque diligentia venit, navesque appulit; eductisque e navibus copiis, altum aggerem duxit vallumque posuit, atque ad incursandum prædasque agendum sese accinxit. Admonet vero ne longe discedant, vel hostem insequantur, donec illius vires cognoverint. Admotis au-

tem ad Urbem castris, cunctos Cretenses foris palantes metu conterritos intra mœnia cogit. Exinde plures quotidie ad Magistrum ultro confluebant. Intelligens autem Nicephorus, eos qui Urbe exclusi erant, in angusta & clusuras, alveolosque & saltus & montes confugisse, distributo exercitu, peditum atque equitum selectam manum, Russosque & Asiaticos & Thracicos & Macedonicos, Tribunos ac Centuriones in eos misit; ipse solers fortisque vir animi Domesticus, post Saca agmen constituit; omnesque ejus solertia ac consiliorum sagacitate, velut domi, sic in hostico erant securi. Dimissus cuneus eo excurrit, ubi horum jumenta & pecora & substantia occulta erat, ipsique morabantur; cunctaque deprædatus, cum gaudio ac pro victoria ovans reversus est. Deinceps autem Romani fiducia, omnique metu soluti castra metantur, quo loco limpidissimi fontes, pomorumque ac frugum genus omne scatebat. Unicuique tabernaculum tuguriumque inter fruteta positum erat, pomisque decidentibus omnique rerum aliarum ubertate freti, cum gaudio agebant, sicque præclare Ducis in eos munere defungenti Magistro votis comprecabantur.

Expilata regio.

Implorata auxilia, juvandique desperatione negata.

XI. Cretæ Ameras Curupa nomine, rerum tristem eventum vicinis Saracenis, Hispanis Afrisque, missa ad eos legatione, significat, bellique socios ac cladis depulsores invitat. Missæ ab eis celeres galeæ ac triremes, per quas gentis Ducem exercitumque explorarent; quæ militaris disciplina, ut Duci subjectus exercitus condiscerent. Ac plane summa velocitate in Cretam advecti, noctuque per funem in castrum illapsi, atque Curupæ Proceribusque congressi, omnem eos spem abjecisse, nec quid in Romanum exercitum ejusque Ductorem Magistrum moliantur habere, intellexere. In colla itaque ruentes iisque affusi, omni alia defecti voce, ubertim flentes, Missos adstringebant, eorumque subsidio maturandam expeditionem, iis ad suos remissis, supplices flagitabant. Reversi illi, ad suos quique Ameras venerunt; longeque copiosam ac instructam classem, diversarumque gentium auxilia, exque illis conflatum exercitum; Ducis item vigilem solertemque animum, fidemque in Deum & justitiam; omnis denique generis exosa vitia ac libidines, retulerunt. Quibus illi stupore pleni, Cretensibus suppetias ferre, bellique socios illis accedere recusarunt.

A κάστρον χωρήσας, πάντας τοὺς Κρητικοὺς τοὺς ἔξω ὄντας τοῦ κάστρου μὴ φόβου ἔσω ἐπεκλεισεν. ἐκ τοτε δὲ πολλοὶ καθ' ἑκάστην νυτομόλειων πρὸς τὸν Μάγιστρον. μαθὼν δὲ ὁ Νικηφόρος ὅτι οἱ ἔξω τοῦ κάστρου ἀποκλεισθέντες εἰς τὰ στενώματα καὶ κλεισούρας & ῥυάκια, καὶ ἕλη καὶ ὄρη πρεσέφυγον. διακοσμήσας ὧν στρατὸν, καὶ ἱπποπρέξας & Ῥὼς καὶ Ἀνατολικοὺς ἀρχοντας, καὶ Θρᾳκησὶ καὶ Μακεδονικοῖς ἀπέστειλεν. αὐτὸς δὲ ὁ στρατὸς & αὐθρωπος Δομέστιχος, ἀπ' ὄπι- 455.
B σθεν Σάκα κατελείφθη· & πάντες τῇ βίβουλία τοῦ αὐθρὸς, ὡς ἐν οἰκείῳ χώρῳ ἐλαμίζοντο εἶναι. οἱ δὲ καταλαβόντες καὶ καταθραμόντες ἐν ᾧ τὰ κτήνη καὶ τὰ σκέμματα καὶ ἡ ὑπαρξις αὐτῶν κατεκρύπτετο καὶ αὐλοὶ πυλίζοντο, πάντα λησταὶ ὄντες, μὴ χαρᾶς καὶ νίκης ὑπενόησαν. ἐκ τοτε δὲ οἱ Ρωμαῖοι ἀδείας καὶ ἀφόβως ἐπλίκευον ἐν ᾧ ἔστιν αἱ διῳδεῖς χριῶαι, καὶ τῶν πάντα δαπῶν ὀπωρῶν & πλῆθος, καὶ ἕκαστος τὸν καλύβιον αὐτοῦ ἐν δένδροις ὀπώρας εἶχον, καὶ τῶν καρπῶν ῥέοντων, καὶ πάντων ἀπολαυόντων ἔχαιρον, καὶ ἐπηύχοντο τὸν καλὸν στρατηγοῦντα αὐτοῖς Μάγιστρον.

C ια'. Ο δὲ Αμηρᾶς τῆς Κρήτης, ὁ λεγόμενος Κουρούπας, τὰ συμβαίνοντα πρὸς τοὺς ὁμόρους Αγαρηνοὺς τῆς Σπανίας καὶ Αφρικῆς ἐδηλοποίησεν, καὶ βοήθειαν & συμμαχίαν ἤτει. οἱ δὲ ἀποστείλαντες γαλέας διῳδρόμους τοῦ μαθεῖν τὸν ἄρχοντα καὶ τὸν στρατὸν, καὶ τὴν κατάστασιν καὶ ἐπιστολὴν τοῦ στρατοῦ πρὸς τὸν ἄρχοντα αὐτῶν. καὶ δὴ μὴ πολλοῦ τοῦ πάρεις πρὸς τὴν Κρήτην ἀφίκοντο, καὶ δι' ὅλης τῆς νυκτὸς διὰ χρυσίου εἰς τὸ κάστρον εἰσῆλθον, καὶ τὸν Αμηρᾶν τὸν Κουρούπαν, καὶ τοὺς πρώτους τοῦ κάστρου ἐντυχόντες, ἐν ἀμηχανίᾳ καὶ ῥᾳθυμίᾳ καὶ ἀπογνώσει ὄντας εὗρον, ὃ ὅτι πρόσχαρες μὴ τοῦ Ρωμαίων στρατοῦ καὶ τοῦ Μαγίστρου, πρόσπλα-
D κέντες τῷ πρακτικῷ τοὺς ἀποσταλέντας θεόθεν ἕτερον πρόσφορον τῇ χρείᾳ σφίσιν, καὶ ἔκλαιον ὀδυρόμενοι ἱκετεύοντες ἐκστρατεῦσαι τοὺς Αμηρᾶδας πρὸς συμμαχίαν καὶ βοήθειαν αὐτῶν· καὶ ὁ πάππας αὐτοῖς ἀπέστειλεν. οἱ δὲ παλινδρομήσαντες, πρὸς τοὺς Αμηρᾶδας ἀφίκοντο ἕκαστος, καὶ τῆς πολλῆς ἐξοπλίσεως καὶ ἐκστρατείας καρφοῦσι, & τὴν ἐκ τῶν διαφόρων ἐθνῶν συμμαχίαν καὶ συνδρόμησιν, καὶ τῆς Σπατηρᾶ τὴν διέξοδον & σωσεσιν, καὶ τὴν πρὸς Θεὸν πίστιν καὶ δικαιοσύνην & ἀποστροφὴν πάντων παθῶν ἔφησαν. οἱ δὲ θαμβοῦς πληθέντες, οὐδαμῶς ἠθέλησαν βοήθειαν ἢ συμμαχίαν αὐτοῖς δοῦναι.

ιβ'. Τοὺ δὲ στρατῦ παρακαθεζομένου ἐν τῇ νήσῳ, καὶ ἀπείρου χιόνος ἐκ νέτου καὶ κρύου γενομένου, καὶ τῶν σιτίων ἐκ βυθοῦ διαπεμπήντων, καὶ τῶν παρεσκολαίων διαλυθέντων καὶ γυμνωθέντων, κατεμαρκήσαντες οἱ τῦ στρατῦ οἴκαδε ἠβουλήθησαν ἀναστρέψαι. ὁ δὲ ἀνὴρ ὀξὺς καὶ σπουδαῖος ἡγεμὼν Νικηφόρος τῇ διαλαλιᾷ ἐκ τῇ πειθοῖ τῶν λόγων αὐτῦ πρὸς αὐτοὺς κατέσχεν. ἔφη γὰρ πρὸς αὐτούς· Ἄνδρες ἀδελφοί μου καὶ συστρατιῶται, λάβωμεν εἰς νοῦν τὸν τῦ Θεοῦ φόβον· ἀγωνισώμεθα πρὸ τῦ Θεοῦ ὕβριν ἐκδικῆσαι· σῶμα γενναίως ἐν τῇ Κρήτῃ κατ' ἐχθρῶν δυσεβῶς ὡπλισμένων· λάβωμεν πίστιν πρὸ τῶν φόβων φονεύσειν· A
456. ἀναλογισώμεθα ὅτι [456] ἔνδον ἐσμὲν τ Συριακῆς νήσου. μέγας κίνδυνος ἡ φυγὴ ἀπὸ τῶν ὧδε φέρῃ. ἐκδικήσωμεν τὰς φθορὰς τῶν πρώτων τὰ τετιμημένα μέλη βλέποντες τετρωμένα, ὀδυνηθῶμεν τὰς καρδίας. οὐκ ἔστιν ἄμισθος ὁ κόπος καὶ ὁ κίνδυνος. σῶμεν καὶ καρτερήσωμεν εἰς ἀντιπαράταξιν τῶν ἀρνητῶν τῦ Χριστοῦ, ἐ Χριστὸς ὁ Θεὸς σωτηρήσῃ ἡμῖν, καὶ ὠλέσῃ τοὺς ἐχθροὺς ἡμῶν, καὶ πορθήσεται τὸ κράτος τῶν ἀλλοφύλων τῦ Χριστοῦ. καὶ ἄλλα πολλὰ πρὸς αὐτοὺς παρεμυθήσατο, ἀπεκρίθη ἓις ὑπὲρ πάντων. ἤνοιξας ἡμῶν τὰς καρδίας, Μάγιστρε. ἐσκληρύνθημεν καὶ ὤξυνάν σου οἱ λόγοι τὰς δυνάμεις καὶ προθύμους ἡμῶν· ἀνεπέρωσας τὰς ἀφρονίας ἡμῶν, καὶ ἑπόμεθα τῇ σῇ βουλῇ καὶ προστάξει, καὶ σοὶ ὑποταγησόμεθα. B C

ιγ'. Ἐν δὲ τῷ Ὀκτωβρίῳ μηνὶ τῦ δευτέρου ἔτους τῆς βασιλείας Ῥωμανοῦ ἐγένετο ἀπάνη σίτου καὶ κριθῆς ἐν τῇ πόλει. ἐπράθη γὰρ ὁ μὲν σῖτος τῷ νομίσματι μόδιοι δ'. καὶ ἡ κριθὴ μόδιοι ς'. καὶ ἐδόθησαν τὸν ἐξηγητὴν νοῦν Ἰωσὴφ προτρεψάμενον τὸ κοινόν. διὸ καὶ ἐξαπεστάλησαν εἰς τὴν Ἀσίαν καὶ Εὐρώπην καὶ ἐμπορικὰ πλοῖα, καὶ τὰ κωλῦσαι τοὺς σιτοκαπήλους ἀποκρύπτειν τὸν σῖτον. ἐδοκίμασε γὰρ ὁ ἀνὴρ δίκαιος καὶ ἀπροσωπόληπτος καὶ πιστός. οὐ πολὺς οὖν ἐν μέσῳ χρόνος παρῆλθεν, ἕως ἡ ὀκτὼ ἐν νομίσματι ἐπράθη. τοιοῦτος γὰρ ἐδόθη ὁ ἀνὴρ σπουδαῖος καὶ θερμὸς, ὡς ἄλλων τῶν πρὸ αὐτοῦ, ἢ μετ' αὐτὸν μὴ ἐξισωθῆναι. D

ιδ'. Μαρτίῳ δὲ μηνὶ ὁ λεγόμενος Πετεινὸς Μάγιστρος κατηγορήθη Βασίλειος ὀνομαζόμενος, ὑποθήκην τινὸς κακοσυμβούλων μᾶλλον μελετήσας· καὶ τοῦτον ὁ Βασιλεὺς ἐξορίᾳ πέμπει, κἀκεῖσε τελευτᾷ. ὁ δὲ Πατρίκιος καὶ Δομέστικος τῆς Ἑῴας ἐκ προσώπου τῦ ἀδελφοῦ αὐτοῦ πεμφθεὶς ἐν τῇ ἀνατολῇ, ἵνα ὃ μὴ εὕρῃ τὸν

XII. Porro exercitu diuturniores in Creta moras trahente, ac cum per hiemem immensi imbres geluque expectaretur, annona absumpta, detritis stragulis & operimentis, torpentes classiarij, ipsique in eis Tribuni ac Proceres, domum reverti cogitarunt: forti tamen vir animo solertique Imperator Nicephorus, oratione sua ac verborum lenocinio in castris detinuit. Sic enim aiebat: *Viri Fratres & Commilitones, Dei quaeso timorem in animum assumamus; Dei injuriam ulciscì connitamur; adversus hostes impietate armatos fortiter consistamus. Fidem arripiamus, quae timores perimit; animo reputemus, nos in Syriaca insula versari. Ingens periculum est, si inde fugerimus. Vlciscamur constupratas virgines; qui nobilia membra saucia videamus, animo doleamus. Non vacat mercede labor ac periculum. Stemus intrepidi, adversaque acie Christum negantes infideles audacter appetamus, feretque suppetias Christus Deus noster, hostesque profligabit, ac superborum eique insultantium oppidum arcemque diruet.* Hæc, iisque plura illo hortante, quidam omnium nomine oreque subjecit. *Aperuisti, Magister, corda nostra; sermone vires durasti atque animos acuisti. Vix non additis alis, obsequio promptos atque vigiles reddidisti. Consilio morem gerimus, ac precepto obtemperamus; una denique commoriemur.* Nicephori ad suos oratio.

XIII. Mense Octobri, Imperij Romani anno secundo, ingens in Urbe penuria tritici extitit atque hordei. Væniit triticum, modij quatuor, nummo uno; hordeum, modij sex. In his videre erat pervigilem, ut communi rei provideret, Josephi animum. Statim ergo in Orientem ac Occidentem missi, qui coementes frumenta eorumque mercatorias naves extruderent, dardanarioque ac frumentarios triticum frumentaque recondere ac acervare vetarent. Erat enim vir justus, nec personarum acceptor; fidei tenax. Nec multum interim effluxit tempus, cum altera parte minuto pretio, septem octove modij uno nummo vænirent. Talis nimirum erat, acri vir ingenio fervidoque ac studiosus, ut nemo superiorum aut æqualium illi æquaretur. Famis depulsa injuria Josephi curis.

XIV. Mense Martio, is quem Peteinum vocant, Basilius Magister accusatus est, ut qui malis quorundam consiliis instinctus, res novas moliretur. Missus itaque in exilium, ibi moritur. Patricius vero ac Domesticus Orientis ex fratris nomine in Asiam missus, ne per ea loca Romana ditio præsidio de- Peteinus Majestatis reus.

Leonis Phocæ victoria de Chambda.

ſtituta impij Chambdæ direptionibus pateret, iſque liberius prædas ageret ac captivos duceret; conjunctiſque copiis cum Cappadociæ Prætore Conſtantino Patricio Meleino, nec non reliquis Ducibus ac cohortium Tribunis, ſuperbi Chambdæ aciem aſſecutus in loco cui Andraſſo nomen, ac cum eo conſerta manu, eum penitus profligavit ac fudit. Vidiſſes tunc mortuis detrahi ſpolia, occidi ſuperbos Agarenos; in fugam agi, inter ſpolia capi ac mancipari. Nulla illis curruum aut equorum, aut pecuniarum vel affinium cura: hoc unum quiſque ſatagebat, ut ſe ipſe periculo eximeret, non ut alteri ſtuderet. Sane futurum erat ut & ipſe ſuperbus Chambdas caperetur, cum is cui infederat, ipſe generoſus equus fatiſcens ſubſtitiſſet, niſi Joannes Chriſtianæ deſertor fidei illius famulus ac domeſticus, equum ipſe ſuum hero commodaſſet. Qua ille humanitate captus, Chambdas tanto liberatus periculo eſt. Spolia omnia cum captivis a Leone Byzantium illata, ac triumphi ſpecie circunducta.

Joannis famuli deſertoris in Chambdam fides.

Turci in Thracia compreſſi, Mariano Argyro Duce.

XV. Turcis adverſus Thraciam erumpentibus, Marianus Patricius Argyri filius ſumma Ducis poteſtate Macedonum legioni Præfectus, Occidentique Præpoſitus, in illos incurrens, ipſos prælio fudit, multiſque captis reliquos cum dedecore ad ſua redire coegit.

XVI. Romanus Imperator ubi quibus in anguſtiis exercitus verſaretur, annonæque in eo penuriam didicit, ſanioribus Joſephi Accubitoris conſiliis confeſtim illis alimenta ſubmiſit. Nonnihil itaque novi commeatus ope recreati, cum menſes fere octodecim, & amplius, Urbem obſediſſent, conſumpta Agarenis Cretenſibus omni annona, iiſque in anguſtias coactis, ac cum ex illis quotidie ad Magiſtrum ultro confluerent; Dei tandem cuncta moderantis imperio, menſe Martio ſexta Indict. Scholarum Domeſticus, aciem inſtruxit, diverſoſque ex illis cuneos & phalangas ac turmas conſtituit. Quibus ita conſtitutis, ex Legionariis & Armeniis & Ruſſis & Sclabinis & Thracibus lectos in Urbem immiſit. Alij aliös pellebant ac repellebant mutuumque pulſabant. Ruebant petræ & jacula, machiniſque mœnibus admotis turreſque quatientibus, ſtupor ac pavor ſuperbos invaſit. Brevique conſerto prælio, Urbem ceperunt. Eratque videre Saracenos, mulieres ac pueros.

Capta Agarenorum in Creta civitas.

Leoni Diacono cum reliquis magnifice enarrata atque deſcripta; ipſaque ſequenti Tomo ſtatim, Deo bene propitio, nobis repræſentanda.

ἄγιον Χαμβδᾶ ἀσκέπαστον τὴν ἀνατολὴν, καὶ ἐλθόσαν κενδρσα, καὶ αἰχμαλωτίσαν & τραμδοῦσαν τὴν Ρωμαϊκὴν γῆν. καὶ ἐσωθεὶς τῷ Στρατηγῷ Καππαδοκίας Κωνσταντίνῳ τῷ Πατρικίῳ Μαλείνῳ καὶ τοῖς λοιποῖς Στρατηγοῖς μετὰ τῶν Ταγμάτων, καὶ τὴν ἐκστρατείαν τὸ ἀλαζόνος ὑπιτυχὼν εἰς τὸν τόπον Ανδραασὸν λεγόμενον, συμβαλὼν μετὰ χερὸς νενίκηκε, καὶ καταπολεμήσας καὶ εἰς φυγὴν τρέψας. ἐν τότε τραπαῖς νεκροὺς σκυλδυομένους, καὶ αἰχμαλωτιζομένους τοὺς ἀλαζόνας Αγαρηνοὺς, καὶ εἰς φυγὴν τρεπομένους, καὶ ὲ ἀνδραπόδων λόγῳ τούτους ζωγρουμένους· καὶ μήτε ἁρμάτων ἢ ἵππων, ἢ Φαρίων, ἢ χρημάτων, ἢ συγγενῶν, μεταποιουμένους· ἀλλ' ἕκαστος ἀπὸ τῆς οἰκείας συμφορᾶς ἑαυτὸν ἐλευθέρωσεν. τότε δὲ τότε ὁ ἀλαζὼν καὶ ἀναφάνος Χαμβδᾶς ἐχθρευθεὶς καθ' ἑαυτὸ καὶ ὀκλάσματος τῷ Φαρῷ, οὗ τινος ἐπέβαινεν, εἰ μὴ ὁ μαγδρίτης Ιωάννης ὁ ἀδελφὸς αὐτῷ ἀποδοὰς τὸν ἴδιον Φαρὸν ἐπέδωκε, αὐτὸς χειρωθεὶς, καὶ τῷ ἀλαζόνος ἐλευθερωθείς. πάντα δὲ τὸν πολέμου χειρωθέντος λάφυρα ἅμα τοῖς ζωγρηθεῖσιν ἀρίπτοις τῷ Χριστοῦ εἰς τὸ Βυζάντιον ἀπηνέγκατο, καὶ ἐν τῷ θριαμβῷ ἐπομπεύσεν.

ιε'. Τῶν ὁ Τούρκων ἐκστρατείαν ποιησαμένων κατὰ τὴν Θράκης, καὶ ὁ Πατρίκιος Μαριάμος ὁ Αργυρὸς μυριοστρατηγοῦντος ἐν τῷ θέματι τῆς Μακεδονίας, καὶ Κατεπάμω ὄντος τῆς δύσεως, στειλώτησεν καὶ κατεπολέμησεν, καὶ πλείστους ζωγρήσας, μετ' αἰσχύνης εἰς τὴν ἰδίαν χώραν ἀπονοσῆσαι ἐποίησεν.

ις'. Τοῦ ὁ Αὐτοκράτορος Ρωμανοῦ μαθόντος τὴν στενοχωρίαν καὶ γύμωσιν καὶ ἔνδειαν τῶν ἐν Κρήτῃ τῶν στρατιωτῶν, τῇ βουλίᾳ τοῦ Γαραχοιμωμένου Ιωσὴφ πρόνοιαν τὰ περὶ χορηγίαν αὐτοῖς ἀπέστειλεν. οἱ ὁ Βεσχὺ ψυχαγωγηθέντες, καὶ ὅτι μησὶν ὀκτωκαίδεκα ὀφθοὶ καὶ πλέον προσκαθίσαντες, καὶ τὴν ζωῆς καὶ δαπάνης τῆ Κρητικῆ δαπανηθείσης, καὶ εἰς ἀπάλλαγην προχωρησάντων, καὶ καθ' ἑκάστην προὸς τὴν Μάγιστρον αὐτομολούντων, καὶ τῇ τὰ πάντα Θεοῦ ἡνιοχοῦντος προσκαίρῳ τῇ τοῦ Μαρτίου μηνὸς τῇ ἕκτης ἰνδικτιῶνος ὁ Δομέστικος τῶν σχολῶν τὸ στρατὸν προὸς πολεμικὴν ὥρμησε προσταξίν, διαφόροις συγκροτήμασι φάλαγγας τε καὶ ἀσπίδας καὶ σαλπίγγας. ἐπεὶ ὁ ζωῦπα συνέρχησεν τὰ παγμάτων, καὶ τὴν θεματικῶν ἀρχόντων, καὶ Αρμενίων καὶ Ρὼς καὶ Σθλαβησιάνων καὶ Θρακικῶν ἐπιλεκτῶν ὡς κάστρῳ ἐκέλευσεν. καὶ ἐν ἰδεῖν ὠθισμοὺς καὶ αἰτωθισμοὺς, καὶ συγκρούσματα προὸς ἀλλήλους, καὶ πετρῶν βολὰς καὶ βέλη, καὶ μηχανικῶν ἐλεπόλεων προὸς τὸ τεῖχος καὶ ταῖς ἐπάλξεις τὸ κάστρου, καὶ τοῖς ἀλαζόσι θάμβος καὶ ἔκπληξις τὸ πολέμου κρατησάντος τὸ κάστρον πρέλαβεν. καὶ ἐν θαπάλῃ τοὺς Σαρακηνοὺς γυναῖκας καὶ παῖδας.

Reliqua deſunt.

AD SEQUENTEM INVECTIVAM PROLUSIO.

QUOD *tanta hic dicta ſcriptaque in cauſa Imaginum, in Leone Armeno, Michaele Balbo, Theophilo Balbi filio, Michaele & matre Theodora, ſuperiuſque apud Theophanem in Leone Iſauro & filio Conſtantino; nihil Hiſtoriæ Byzantinæ metas excedere videar, qui in ea, & quaſi Appendicis loco, ejuſque illuſtrandæ gratia, ſingulare hoc monumentum repræſentem, antiquius* VII. *Synodo, ejuſque Auctoris, qui eidem* VII. *Synodo ſuppeditavit, quicquid illa auctoritatum & exemplorum ad dogma firmandum, ac antiquam ſerio vindicandam traditionem, ampla ſane ſegete, felici conatu adhibuit: etſi is ſuum nobis nomen invidit. Suum tempus ac ſcriptionis clarius conſignare non potuit. Motam primo ait quæſtionem poſt annos 700. a Chriſto paſſo: primis fere annis Leonis Iſauri: a quo tempore annis plus minus 45. ſe ſcribere dicit, ad extrema fere tempora Conſtantini Cabalini, & ad ejus Pſeudoſeptimam Synodum vere* Χειστιανοκατηγόρων *(Chriſtianos ſcilicet idololatriæ inſimulantium) confutandam. Agnoſcebant Iconoclaſtæ omnem retro Eccleſiaſticam traditionem ſibi adverſari: unde & prævaricationis noxam Eccleſiæ appingere non verebantur, quaſi ex ritu Gentium is illi cultus, Imaginumque religio inoleviſſet, eumque ipſi errorem, Dei verbis (veteris cumprimis Inſtrumenti) ſublatum irent: cum a Judæis didiciſſent, ut ſcite Joannes Monachus Ieroſolymitanus, ſubjecto commentariolo exponit: ipſe forſitan ejus poſtmodum Urbis Epiſcopus, & cujus tanta nomina adverſus Iconomachos: cujus Synodicon ſequitur hanc Invectivam in Reg. Cod. quod & repræſentavi tomo altero prioris mei Auctarij: ſubjectis poſtmodum, etſi immutato ordine, aliis omnibus probationibus quæ in Act.* VII. *Synodi extant, uti jam dixi. Qui Regium Codicem Leo Cinnamus, anni* ,ϛψϖϛ'. *Imperatt. Michaele Duca, Angelo Comneno Palæologo, & Theodora Auguſta, ex antiquiore Codice in antiqua Senioris Romæ Bibliotheca reperto, ſe exſcripſiſſe ſignificat, ſcripto ann.* ,ϛσξϛ'. *ita ut a prima ſcriptione, ad ſuam exſcriptionem interceſſerint anni* 517. *ut ipſe advertit. Videri autem poteſt præclarus ille Codex quaſi* ὁπλοθήκη *univerſalis, collecta habens præcipua quæque Catholicorum adverſus Hæreticos (Chriſti maxime myſterium impugnantes) munimenta.*

Ex illo Illuſtr. & Reverend. Archiepiſcopus Pariſ. Petr. de Marca, ὁ μακαείτης, *Vigilij Confirmationem* V. *Synodi pridem produxit, tametſi non omnibus ejus fidem fecit. Ipſe certe qui librum compoſuit,*

tantaque in eo Patrum ac Conciliorum digeßit, de hac Confirmatione, quaſi non plane illi explorata veritatis, ac nutantis fidei, ſcripſit, Repertam eſſe inter Acta v. Synodi; *quavis tandem ratione illis inſertam exiſtimaverit. Nihil ſane ejuſmodi in aliis, quæ tanta e Conciliis depromit.*

Quod Auctor Διάλογον *inſcribit, videri poßit vocis abuſus: nam nullæ diſtinctæ perſonæ loquentes inducuntur, quod videtur exigi ad formam dialogi. Niſi eam ſibi vocem Auctor indulſit, quod velut plurium ſit iſta Diſſertatio, Orthodoxorum Patrumque nomine edita diſputatio: ſed nihil hoc ad formam Dialogi proprie, ubi diſtinctæ perſonæ ſuum quæque ſymbolum ſolent conferre; & quidem cuique appoſite, quæ Platonicorum Dialogorum perfectio eſt. Simplicius eſſet ac purius* λόγος πολιτευτικός. *Alia majoris operæ, ſuo & Patrum nomine Nicephorus Patriarcha, hunc ipſum forte Auctorem ſecutus, inque eodem certans ipſe ſtadio, ſi quando magno Eccleſiæ commodo juris publici fiat, ex Regiis membranis, exque Seguieriano & Colbertino plenißimis Codd.*

Quod Auctor tantis invehitur in Copronymianos Epiſcopos, favore Principis fidei deſertores Aulæque palpones, nihil veros tangit Epiſcopos, qui ad fidei tutamen ac columen, religioſißimorum Principum favorem ambiant, ac qui ipſi meliora ac ſaniora Aulæ ſemper ſuadeant, petraque ſalis, quibus cum verſentur, quod ſæculi fatuitatis videri poßit continue condientes, exiſtant.

Habet hic Codex Leontium de Sectis longe editis emendatiorem, & auctoritatibus, quæ illis deſiderantur, auctiorem. Ὁδηγὸς *prima capita (quem omnem pluraque ejus complectitur) nova ex illo facere liceat: ſic editis laborantia, ut nec ipſe Anaſtaſius ſua agnoſceret: etſi omnia decoquit vulgator & Interpres.*

*ΔΙΑΛΟΓΟΣ ΣΤΗΛΙΤΕΥΤΙΚΟΣ,

ΓΕΝΑΜΕΝΟΣ

ΠΕΡΙ ΓΙΣΤΩΝ ΚΑΙ ΟΡΘΟΔΟΞΩΝ,

κὴ πόθον κὴ ζῆλον ἐχόντων, τοῦ ἔλεγχον τῆ ἐνδοτέων τῆς πίστεως κὴ τῆς διδασκαλίας τῆ ἁγίων κὴ ὀρθοδόξων ἡμῶν Γατέρων.

DISSERTATIO AC INVECTIVA EDITA

A VIRIS FIDELIBUS ET ORTHODOXIS,

desideriumque ac zelum habentibus, ad confutationem eorum, qui sanæ Fidei, sanctorumque ac orthodoxorum Patrum nostrorum doctrinæ adversantur.

*Ιεζραηλίτης. α'. ΝΑΒΟΥΘΕ ὁ *Ἰσραηλίτης, ἵνα μὴ τὸν πατρῷον ἀμπελῶνα τοῦ δῶ, κατελιθοβολήθη, λέγων, Οὐ μὴ τοῦ δῶ κληρονομίαν πατέρων μου· οὗτοι δὲ φησὶν Ἐπίσκοποι κὴ Ποιμένες τῆ λογικῆ λαχόντες τῆ τοῦ θεοῦ, δόξης κενῆς κὴ μίσους, τῆ Πατέρων ἁγίων φωνὰς παρωσάμενοι, κὴ τῆ πίστεως ἑαυτοὺς ὁπλίσαντες, τὰ ὀρθῶς ὑπ' αὐτῶν ῥηθέντα στρεβλοῦσι, κὴ τῆ ἀδοκίμων αὐτῶν κὴ τεθολωμένον νοῶν διδάσκοντες, ἃ ἁρμόττει σκώπτα τοῖς συνιοῦσι κὴ ὀρθὰ τοῖς εὐθέοις γνώ- *ἐνδίκως. σιν, κὴ ὃ γεγραμμένον. οἱ μὲν γὰρ * δόξῃ τε κὴ καθαρῷ τῆ διανοίας ὄμματι τοῖς ἱεροῖς τῆ θεοπνεύστου γραφῆς τὸ εὐσύνοπτον λόγοις, ὄφελος θεῖον ὥσπερ τινα εὑρόντες θησαυρὸν ταῖς αὐτῶν εἰσοικίζουσι ψυχαῖς. οἱ δὲ, τῆ νοῶ ἔχοντες τὴν ψυδῆ προσεστεῦ- B κότα, κὴ τῆς τινῶν ἀγυρτομίας ἡττώμενον κὴ βεβήλου γνώσεως ἐρασθέν, ἐκείνων ἔσονται κοινωνοὶ, περὶ ὧν ὁ μακάριος Γαῦλος γράφῃ, Ἐν οἷς ὁ Θεὸς τοῦ αἰῶνος τούτου ἐτύφλωσε τὰ νοήματα τῶν ἀπίστων, εἰς τὸ μὴ διαυγάσαι αὐτοῖς τὸν φωτισμὸν τοῦ εὐαγγελίου τῆ δόξης τοῦ Χριστοῦ, ὅς ἐστιν εἰκὼν τοῦ Θεοῦ. τυφλώττοισι γὰρ, κὴ εἰσὶν ὁδηγοὶ τυφλοῖ. Τοιγαροῦν ὅτι, κὴ τοῖς τῆ ἀπωλείας ἐμπίπτοισι βόθεγις· ὡς γὰρ αὐτὸς ὁ Σωτὴρ εἴρηκε, Τυφλὸς τυφλὸν ἐὰν ὁδηγῇ, ἀμφότεροι εἰς βόθυνον ἐμπεσοῦνται. κατάφλυαρέσι τίνιν πίστιν τῆ ἀληθείας πατέρων κὴ διδασκάλων, κὴ δὴ κὴ σκαιότητος διαβολικῆς τὸ οἰκεῖον ἐμπλήσθητε νῶν, τοῦ γραφέντος ἐπίγνον) τὸ τῆ ἀληθείας μυστήριον, τῆς μὲν σαρκὸς οἰκονομίαν τοῦ Μονογενοῦς * κατάμη- καὶ μετείαν ποιοῦντες * κατάῤῥησιν, Μὴ νοοῦντες μήτε νι.

AI. NABUTHE Jezraelites lapidatus est, ne paternam vineam traderet. Aiebat enim; *Ne fiat unquam ut tradam hæreditatem Patrum meorum*: hi autem, inquit, quibus obtigit ut essent Episcopi & rationalium ouium Pastores, una duntaxat inanis gloriæ causa, rejectis Patrum vocibus, armis adversus fidem instructi, recte ab eis dicta pervertunt (ex reprobo suo sensu turbidoque docentes) quæ uti scriptum est, *Omnia ob oculos posita intelligentibus sunt, & recta invenientibus scientiam.* Patres namque subtili & acuto mundoque mentis oculo, sacros divinæ Scripturæ legentes libros, quod inde commodum est, velut divinum quendam thesaurum in animis suis reposuere. Hi vero, quorum mens mendacij pravitate prona sit, nonnullorumque procacitati verborum obnoxia, ac profanæ scientiæ amore capta, illorum socij erunt, de quibus scribit beatus Paulus: *In quibus Deus hujus sæculi excæcavit mentes infidelium, ne fulgeret illis illuminatio Evangelij gloriæ Christi, qui est imago Dei.* Quippe *cæci sunt & duces cæcorum.* Ut enim ipse Salvator dixit, *Cæcus, si cæco dux fuerit, ambo in foveam cadent.* Quidam igitur Patrum Doctorumque veritatem deridentes, menteque propria, diabolica malignitate impleta, adulterare nituntur veritatis mysterium, Unigeniti cum carne dispensationem haud mediocriter fugillantes, *Non intelligentes, neque*

3. Reg. 21. al. 20. 3.

Pro. 8. 9.

2. Cor. 4. 4.

Matth. 15. 14.

1. Tim. 1. 7.

quæ loquuntur, nec de quibus affirmant, A uti divinis Apoſtoli verbis proditum eſt.

II. Ejuſcemodi porro impietatis parentes, multi quidem & alij, anteactis temporibus extitere: nunc vero illorum improbiſſimæ mentis auctores hi ſunt, qui novorum Phariſæorum mores induerunt. Quemadmodum enim illi vere negaverunt Dei Filium in carne veniſſe; ſic & nunc novi Præcones, qui Chriſti adventus in carne, ejuſque ſecundum carnem intemeratæ mattis ac vere Deiparæ ſemperque Virginis Mariæ omniumque ipſius Sanctorum venerandas colendaſque Imagines, nolint adorare B eiſque cultum adhibere, novam inani conatu fabricati ſunt fidem; præter olim traditam a ſanctis noſtris Patribus, quique diſcipuli ac ſucceſſores ſanctorum Apoſtolorum exiſtant. Ut enim eis nunc viſum eſt, Fidei ſe religioſiores cuſtodes, quam ſancti Patres affirmant, quorum ſermones atque virtutes Catholicæ ac Apoſtolicæ Eccleſiæ firmamentum ſunt & columen. Ipſas enim Patrum voces, quas illi diſerte de venerabilibus colendiſque Imaginibus prædicaverunt, novi, hi commatis ſapientes, ſumentes, quas rite Prophetæ ediderunt, juxta concupiſcentias ſuas ad ſenſum ſuum C detorquent. Quemadmodum enim illi adverſus Idolorum ſimulacra dæmonumque ſtatuas locuti ſunt, in ſanctas ipſi Imagines, ſanctos Patres, ſanctæque & Orthodoxæ ac inculpatæ Chriſtianorum fidei Doctores, traduxere, eorum repulſis vocibus ac teſtimoniis, ad ejus in carne humanaque effigie figuram, adſtruentibus ſacras ſpectare Imagines, quas ij diſerte colendas ac adorandas nos docuerunt. Quamobrem etiam brevi conſerta diſputatione adverſus novos iſtiuſmodi præcones, Deo ipſum nobis oris flatum ac ſpiritum præbente, pauca ex multis proponemus; quan- D quam hi velut manufacta utique reſpuant ac averſentur.

Hæreticorum vana jactantia adverſus Patres.

Hæreticorum calumnia, quaſi Imagines ſacræ, ſint ipſa Idola, quo Χειστιανοκαπήλοι dicti.

III. Cogitent turbidi ſapientes & moroſi ac queruloſi homines, pravæque & profanæ ac Deo adverſantis Synodi comprobatores, quæ divina permiſſione Conſtantinopoli, in loco quem Oneria vocant, habita eſt, quonam modo, ac fine, repulſis Patrum vocibus, juxta proprias concupiſcentias ipſi vos ſeducentes, eſca hamoque tracti captique collidimini. Dicite quæſo, qui nunc Novæ fidei formulam vane cuditis, quidnam in

Copronymiana Synodus.

ἃ λέγουσι, μήτε περὶ τίνων βεβαιοῦται, ἢ ὃ γεγραμμένον.

β'. Εὑρεταὶ δὲ τῆς τοιαύτης ἀσεβείας γενόμενοι, πολλοὶ μὲν καὶ ἕτεροι, ἢ τῶν ἐμῶν προγόνων χείρους· νεῶν δὲ τῆς ἐκείνων δυσσεβείας, οὗτοι οἱ προφασιζόμενοι ἢ τοὺς νέους Φαρισαίους. ὥσπερ γὰρ ἀληθῶς αὐτοὶ ἠρνήσαντο τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ σαρκὶ ἐλεύσεται, οὕτως καὶ νῦν νεοκήρυκες μὴ θέλοντες προσκυνεῖν ἐν σεβάζεσθαι τῆς ἐνσάρκου τοῦ Χριστοῦ παρουσίας ἐν τῆς σάρκα αὐτοῦ ἀχράντου μητρὸς ἢ ἢ ἀληθῆ Θεοτόκου ἢ ἀειπαρθένου Μαρίας ἢ πάντων τῶν Ἁγίων αὐτοῦ τοὺς σεβασμίους ἢ σεπτὰς Εἰκόνας· ἀλλὰ νέαν κενοτομοῦντες ἐπεκτοίσματα πίστιν, ἣν παρ' ἡμῶν τῶν ἁγίων ἡμῶν Πατέρων, ἢ μαθητῶν ἢ διδασκάλων τῶν ἁγίων Ἀποστόλων παραλάβοντων. ὡς γὰρ αὐτοῖς ἔδοξε νῦν, λέγοντες πλέον τῶν ἁγίων Πατέρων, ὧν οἱ λόγοι καὶ αἱ ἀρεταὶ, σημεῖα καὶ φῶλα τῆς καθολικῆς καὶ ἀποστολικῆς ἐκκλησίας παραμένουσιν, οὗτοι τὴν πίστιν φυλακτήριον βεβαιοῦντες. τοὺς γὰρ αὐτῶν τῶν Πατέρων φωνὰς, αἷς αὐτοὶ τρανῶς ἐκήρυξαν περὶ τῶν σεβασμίων καὶ προσκυνητῶν Εἰκόνων, οὗτοι οἱ νεόφωτοι λαβόντες τοὺς καλῶς ὑπὸ τῶν Προφητῶν ῥηθείσας φωνὰς κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας πρὸς τὸ ἴδιον νοῦν στρέβλουσιν. ὡς γὰρ αὐτοὶ περὶ τῶν εἰδωλικῶν ξοάνων ἢ δαιμονικῶν σηλῶν φράσαντες εἶρηκαν, οὗτοι εἰς τὰς ἁγίας Εἰκόνας μετέστρεψαν τοὺς ἁγίους Πατέρας ἢ διδασκάλους τῆς ἁγίας ἐν ἀμωμήτου ἢ ὀρθοδόξου τῶν Χριστιανῶν πίστεως, προσαιτοῦντες τὰς αὐτῶν φωνὰς ἢ μαρτυρίας περὶ τῆς σαρκὸς ἢ ἀνθρωπίνης αὐτοῦ μορφώσεως χαρακτῆρος ἱστορηθείσας ἁγίας Εἰκόνας, ἅσπερ ἡμῖν πᾶσιν σέβειν ἢ προσκυνεῖν ἐδίδαξαν. δι' ὃ ἢ μετ' ὀλίγων ἄφλεκτον πρὸς τοὺς νεοκήρυκας ποιησαμένους, Θεοῦ διδόντος ἡμῖν ἢ τὸ ἀναπνεῖν, ὀλίγα ἐκ πολλῶν προθησόμεθα, καὶ οὗτοι ὡς χλοπαινὰ δῆθεν ἀποστρέφονται.

γ'. Λεγέτωσαν ἡμῖν οἱ δολόσοφοι καὶ μεμψίμοιροι καὶ ἀρεσταὶ τῆς φαύλης καὶ βεβήλου καὶ ἐξωφρενούσης Θεῷ Συνόδου, τῆς γνωμένης κατὰ Θεοῦ συγχωρησμὸν ἐν Κωνσταντινουπόλει εἰς τὸν τόπον τὸν λεγόμενον Ονέεια, ποίῳ τρόπῳ καὶ σκοπῷ τὰς τῶν Πατέρων προκρουόμενοι φωνὰς, κατὰ τὰς ἰδίας ἐπιθυμίας ἑαυτοὺς ἐξαπατῶντες, ἐξελκόμενοι καὶ διλεαζόμενοι τρεβλῆτε. Εἴπατε ἡμῖν οἱ νεῶν κενοτομοῦντες νέας πίστεως ἔκθεσιν, ποῖον ὑπὲρ τῆς

τῆς γῆς προσκυνητὸν καὶ σεβασμιον καὶ λατρευτὸν ἐστὶν ἀχειροποίητον· ὁ Σταυρός; ὃ Θυσιαστήριον; ἡ Προσφορά; ὃ Εὐαγγέλιον; πάντα χειροποιητά, ἀλλ' ἡμῖν σεβαστὰ καὶ σωτηρίας σύμβολα, ὥσπερ καὶ αἱ τῶν ἁγίων Εἰκόνες, ἐκ τῆς σαρκικῆς τοῦ Χριστοῦ οἰκονομίας τῆς ἀληθινῆς καὶ ἀνθρωπίνης αὐτοῦ σαρκὸς, ἣν ἀφ' ἑαυτοῦ τῇ ἡμῶν σωτηρίαν προσελάβετο ἐκ τῆς παναγίου καὶ Θεοτόκου Μαρίας· πάντα ἡμῶν λαῶν χωρὶς μόνης τῆς ἁμαρτίας. διὸ ἐκ τοῦ Εἰκόνα αὐτοῦ ἐκ τῆς ἀχράντου αὐτοῦ Μητρὸς προσκυνοῦμεν καὶ σεβόμεθα. ἐκ ὑμεῖς δόκησιν τὸ μυστήριον ἀπεργάζεσθε· ἡμεῖς δὲ, οἱ τῆς ἀληθείας, τῶν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων καὶ τῶν ἁγίων αὐτῶν μαθητῶν καὶ διαδόχων, ἡμετέρων δὲ Πατέρων καὶ διδασκάλων, τὴν παρ' αὐτῶν ἡμῖν παραδοθεῖσαν πίστιν περὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου καὶ προσκυνητῆς Τριάδος, ἀνακεκαλυμμένῳ προσώπῳ λαμπρᾷ τῇ φωνῇ λεγομεν τὰ τοῦ Προφήτου Ἡσαΐου, Ἀνάβηθι ὁ εὐαγγελιζόμενος ἐπ' ὄρος ὑψηλὸν, καὶ ἡμεῖς ἀνερχόμεθα εἰς τὴν τετυπώσαν ὁμοουσιοκόρυφον δόξαν, εὐαγγελιζόμενοι τὰ ἀγαθὰ τῆς ὀρθοδόξου πίστεως, λέγοντες.

A terra, eorum, quæ veneratione habentur & adorantur atque coluntur, quod non sit manufactum? Num Crux? Altare? Oblatio? Evangelium? Cuncta manufacta, sed nobis veneranda ac salutis signa, quemadmodum etiam Sanctorum Imagines, Christique in carne dispensationis veræ atque humanæ carnis suæ, quam nostræ salutis causa assumpsit, ex castissima Deique Genitrice Maria: quæ nostra sunt omnia assumens, peccato duntaxat excepto. Unde etiam ipsius Imaginem ejusque intemeratæ Matris adoramus ac colimus. Ac vos quidem mysterium inane spectrum, & quod specie sola existat, efficitis: nos vero qui veritatis simus, sanctorum Apostolorum sanctorumque ipsorum Discipulorum ac successorum, nostrorumque Patrum atque Doctorum, quam ab eis nobis traditam accepimus fidem, de sancta & consubstantiali & adoranda Trinitate, revelata facie, clara voce, Esaiæ Prophetæ vocibus dicimus, *Ascende in montem excelsum qui evangelizas*; & nos in trinè subsistentis consubstantialis celsitudinis opinionem ascendimus, evangelizantes rectæ fidei bona, dicentes.

Manufacta alia veneratione habita: Crux, Altare, &c.

Iconoclastæ Docetarum hæresis infimulati.

Isai. 40. 9.

ϙ'. Πιστεύομεν εἰς Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα, ἡ τις ἐστὶν ἡ ἁγία Τριὰς, ἄκτιστος, ἀΐδιος, ἀπύθμενος, ἀδιαίρετος, ὁμοούσιος, ἐν μιᾷ θεότητι. καὶ βασιλείᾳ καὶ κυριότητι, ἐν τρισὶ προσώποις ἤτοι ὑποστάσεσι καὶ ἰδιότησι προσκυνουμένη τε καὶ δοξολογουμένη. ἰδιότητα γὰρ ὅταν εἴπω, τὸν Πατέρα Πατέρα νοῆσαι, ἢ ὃ Υἱὸν Υἱὸν, ἢ ὃ Πνεῦμα ὃ ἅγιον Πνεῦμα ἅγιον. οὐ τὰ γὰρ αἱ ἰδιότητες οὐκ ἀντιστρέφονται. οὐ δύναται γὰρ ὁ Πατὴρ Υἱὸς εἶναι, ἢ ὁ Υἱὸς Πατὴρ, ἢ ὃ Πνεῦμα ὃ ἅγιον εἶναι Πατὴρ ἢ Υἱός. ἀλλ' ὡς ἔφην, Πατὴρ ὁ Πατὴρ, ἢ Υἱὸς ὁ Υἱὸς, ἢ Πνεῦμα ἅγιον ὃ Πνεῦμα ὃ ἅγιον. οὐκ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν Πατὴρ, καὶ οὐκ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν Υἱὸς, καὶ οὐκ ἦν ποτὲ ὅτε οὐκ ἦν ὃ Πνεῦμα ὃ ἅγιον. διὰ τοῦτο ἀκατάληπτος ἡ γέννησις τοῦ Μονογενοῦς, καὶ ἡ ἐκπόρευσις τοῦ ἁγίου Πνεύματος. προσκυνεῖς τὸν Πατέρα; ἐν αὐτῷ προσκυνεῖται ὁ Υἱὸς καὶ ὃ ἅγιον Πνεῦμα. προσκυνεῖς τὸν Υἱόν; ἐν αὐτῷ προσκυνεῖς τὸν Πατέρα καὶ ὃ ἅγιον Πνεῦμα. προσκυνεῖς ὃ Πνεῦμα ὃ ἅγιον; ἐν αὐτῷ προσκυνεῖς καὶ τὸν Πατέρα καὶ τὸν Υἱόν. οὐ συγχεομένων τῶν προσώπων, ἀλλὰ διὰ τὸ ταὐτὸν καὶ ἀπαραλλακτὸν τῆς οὐσίας οὕτως νοεῖς. μιᾶς γὰρ οὔσης τῆς φύσεως καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς

IV. Credimus in Patrem & Filium & Spiritum Sanctum, quæ sancta Trinitas est, increata, sempiterna, inconfusa, indivisa, consubstantialis; quæ in una deitate & regno & dominatione, in tribus personis seu Hypostasibus & proprietatibus, adoretur ac conglorificetur. Proprietatem enim cum dico, Patrem cogito Patrem, & Filium Filium, & Spiritum sanctum Spiritum sanctum. Nam proprietates non convertuntur. Non enim Pater esse potest Filius, aut Filius Pater, vel Spiritus sanctus esse Pater aut Filius: sed sicut dicebam, Pater, Pater est, & Filius, Filius, ac Spiritus sanctus, Spiritus sanctus. Non erat unquam quando non erat Pater, & non erat quando non erat Filius, nec erat aliquando quando non erat Spiritus sanctus. Propterea incomprehensa est, tum Unigeniti generatio (seu nativitas) tum Spiritus sancti processio. Patrem adoras? In eo adoratur Filius & Spiritus sanctus. Adoras Filium? In ipso & Patrem adoras & Spiritum sanctum. Adoras Spiritum sanctum? In ipso adoras & Patrem & Filium: non quod confundantur personæ, sed quod eadem & incommutabilis perque omnia similis substantia existat, sic intelligis. Nam cum sit una natura & substantia ac

Fidei professio.

Trinitatis fides.

deitas, una quoque adoratio est sanctæ & consubstantialis Trinitatis. Quod enimvero Pater & Filius & Spiritus sanctus nominantur & sunt, tria nimirum ad substantiam quod spectat per omnia æqualia; attribuitque Patri principium divina Scriptura, jam quoque Filius Patris beneplacito cuncta creavit, & Spiritus sanctus omnia perfecit. Est igitur Deus Pater, Deus Filius, Deus Spiritus sanctus. Non tamen quia Deus & Deus, & Deus, tres Deos licet dicere: sed dum tres personas animo cogitas, ac unamquamque personam confiteris, unum Deum vocas, quod una eandemque natura & divinitas & substantia & coæternitas. Quæ causa est, cur & singulariter collaudemus & adoremus sanctam Trinitatem.

Dominicæ Incarnationis confessio.

V. Et hoc novimus atque credimus, Dei Filium ex Patre genitum esse, arcana nec verbis explicabili ratione, intemporanee, incorporee, ante omnia sæcula. Ipse igitur Dei Filius, Lumen de Lumine, Deus verus de Deo vero ac Patre, propensa Patris voluntate incarnatus est in castissima, & a Spiritu sancto eximie sanctificata Virgine sancta Maria, proprie ac vere Dei Genitrice. Ac sicut ipsius Filij a Patre generatio incomprehensa est & inexplicabilis; eamque ob rem, ipsam fide ac silentio veneramur ac collaudamus; sic & ejusdem Filij Dei ex Matre & Virgine in carne nativitas ineffabilis & inenarrabilis est. Ac quo id modo, accipe.

Incomprehensa utraque Christi generatio.

VI. Igitur unigenitus Dei Filius, ipse ante sæcula ex Patre genitus, incircunscriptus est; inque supernis & infernis est, & cuncta in manu habet, & in eo consistunt omnia, & implet omnia, & super omnia eminet, estque supra omnes cœlos, & intuetur abyssos; nec est creatura quæ non sit manifesta in oculis ejus. In Angelis est: totus in supernis, totus ubique est. Ipse igitur Dei Filius talis ac tantus, ipse nulla quantitate ac mole, cum omnia possit, etiam homo fieri potuit: vereque incarnatus ac factus homo de Spiritu sancto & Maria Virgine, in cœlis esse non destitit, & in terris ipse totus incarnatus existit. Quis ergo eloqui aut prorsus enarrare mysterium possit? Quod enimvero pro naturæ humanæ tenuitate divina Scriptura pauca quædam tribuit verba, quibus mens gustum assequi possit ac frui, silentioque stupere ac adorare divinum Mysterium.

Ut incomprehensa temporalis Christi generatio. Psal. 94. 4. Col. 1. 17. Ier. 23. 24.

Dan. 3. 55. Hebr. 4. 13.

ἀ θεότητος, μία καὶ ἡ προσκύνησις ἐστὶ τῆς ἁγίας καὶ ὁμοουσίου Τριάδος. Ἀλλ' ἐπειδὴ Πατὴρ καὶ Υἱὸς καὶ ἅγιον Πνεῦμα ὀνομάζονται καὶ εἶσι, τῇ μὲν οὐσίᾳ καὶ τὰ πάντα ἴσα τὰ τρία· ἀπέδωκε δὲ ἡ θεόπνευστος γραφὴ τὴν ἀρχὴν τῷ Πατρὶ, καὶ λοιπὸν τῇ τοῦ Πατρὸς εὐδοκίᾳ καὶ ὁ Υἱὸς τὰ πάντα ἐποίησε, καὶ τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον τὰ πάντα ἐτελεσιούργησεν. ἔστιν οὖν Θεὸς ὁ Πατὴρ, Θεὸς ὁ Υἱὸς, Θεὸς [B] τὸ Πνεῦμα τὸ ἅγιον. Ἀλλ' ἐπειδὴ Θεὸς καὶ Θεὸς καὶ Θεὸς, οὐ δυνάσαι εἰπεῖν τρεῖς Θεοί· ἀλλὰ τὰ τρία πρόσωπα ἐνθυμούμενος, ἕκαστον πρόσωπον ὁμολογῶν, εἷς Θεὸς λέγῃς, διὰ τὸ ὅν καὶ τὸ ταὐτὸν τῆς φύσεως καὶ τῆς θεότητος καὶ τῆς οὐσίας καὶ τῆς συναϊδιότητος. διὸ καὶ εἰκὸς δοξάζομεν καὶ προσκυνοῦμεν τὴν ἁγίαν Τριάδα.

ε'. Ἐμάθομεν καὶ πιστεύομεν ὅτι ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐγεννήθη ἐκ τοῦ Πατρὸς, ἀῤῥήτως, ἀχρόνως, ἀσωμάτως πρὸ πάντων τῶν αἰώνων. αὐτὸς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, τὸ φῶς ἐκ τοῦ φωτὸς, ὁ ἀληθινὸς Θεὸς ἐκ τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Πατρὸς, τῇ εὐδοκίᾳ τοῦ Πατρὸς ἐσαρκώθη ἐκ τῆς παναγνοῦ καὶ ἁγίου Πνεύματος καθαριζομένης Παρθένου τῆς ἁγίας Μαρίας, τῆς κυρίως καὶ κατ' ἀλήθειαν Θεοτόκου. καὶ ὥσπερ ἡ ἐκ τοῦ Πατρὸς γέννησις αὐτοῦ τοῦ Υἱοῦ ἀκαταλήπτος τίς [C] ἐστι καὶ ἀνεξιχνίαστος· καὶ διὰ τοῦτο πίστει καὶ σιωπῇ προσκυνοῦμεν καὶ δοξάζομεν, οὕτως τοῦ αὐτοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ καὶ ἡ ἐκ τῆς μητρὸς καὶ Παρθένου ἔσαρκος γέννησις, ἄφραστός ἐστι καὶ ἀνεκδιήγητος. καὶ μάθε πῶς.

ς'. Ὁ οὖν μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ, ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθεὶς, ἀπερίγραφός ἐστι, καὶ ἄνω ἔστι καὶ κάτω, καὶ τὰ πάντα ἐν χειρὶ ἔχει, καὶ τὰ πάντα ἐν αὐτῷ συνέστηκε, καὶ τὰ πάντα πληροῖ, καὶ ὑπὲρ τὰ πάντα ὑπερεκτείνεται. καὶ ὑπεράνω πάντων οὐρανοῦ ἐστι, καὶ τοὺς ἀβύσσους καθορᾷ· καὶ οὐκ ἔστι κτίσις ἀφανὴς [D] ἐνώπιον αὐτοῦ. ἐν ἀγγέλοις ἐστὶν· ὅλος ἄνω ἐστί. ὅλος πάντοθεν ἐστίν. αὐτὸς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ τοιοῦτος καὶ τηλικοῦτος, ὁ ἀπλοῦς καὶ ἀμεγέθης, ἐπειδὴ πάντα δυνάται, ἐδυνήθη καὶ ἄνθρωπος γενέσθαι· καὶ κατ' ἀλήθειαν σαρκωθεὶς καὶ ἐνανθρωπήσας ἐκ Πνεύματος ἁγίου καὶ Μαρίας τῆς Παρθένου, ἄνω οὐκ ἔλαττον, καὶ κάτω σαρκωθεὶς ὁ αὐτὸς ὅλος. οὐκοῦν τίς δύναται φράσαι ἢ ὅλως διηγήσασθαι τὸ μυστήριον. πλὴν ὅτι πρὸς πλοῦν τῆς ἀνθρωπίνης φύσεως ἔδωκεν ἡ θεία γραφὴ ὀλίγα τινὰ ῥήματα, δι' ὧν ὁ νοῦς ἐν ἁπλότητι δυνήσεται γεύσασθαι, καὶ ἀφθέγκτως ἐκπλαγῆναι καὶ προσκυνῆσαι τὸ θεῖον μυστήριον.

ζ. Ὁ οὖν Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἀχώρητος εἰσῆλθεν εἰς τὴν ἁγίαν Παρθένον, καὶ ἐπλάσθη ἐκ τῆς φύσεως τῆς σαρκὸς αὐτῆς, καὶ ἐνώσατο τῇ ἰδίᾳ τῆς θεότητος ὑποστάσει σάρκα τὴν ἡμῖν ὁμοούσιον, ἔμψυχόν τε καὶ ἔννουν, ὡς αὐτὸς μόνος οἶδε. πρόσφατον γάρ, ὅτι οὔτε νοῒ καταληπτέα ἰσχύϊ, οὔτε λόγος ἐξηγήσασθαι δύναται, οὔτε ὀφείλῃ ἀνθρώπου φυσιολογεῖν ὁ ἀνεξιχνίαστον καὶ ἀνεξερεύνητον πρᾶγμα. ἑνώσας οὖν ἑαυτῷ τὴν ἐξ αὐτῆς ληφθεῖσαν φύσιν, αὐξᾶται ὁ ἀναλλοίωτος Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, ἐμψυχωμένῃ ψυχῇ λογικῇ τε καὶ νοερᾷ· καὶ μηδὲν παρὰ τὸν Υἱὸν τοῦ Θεοῦ ὅλως ἦν, ἐγίνετο βρέφος ἐν τῇ κοιλίᾳ τῆς μητρός· καὶ ἀπετελέσθη ἕνωσις ἀδιαίρετος καὶ ἀσύγχυτος θεότητός τε καὶ ἀνθρωπότητος. καὶ ἰδοὺ ὁ ἀσώματος καὶ ἀψηλάφητος, σεσωμάτωται καὶ ψηλαφᾶται καὶ ὁ πρὸ πάντων τῶν αἰώνων ἐκ τοῦ Πατρὸς γεννηθείς, ἰδοὺ αὐτὸς καὶ ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου σεσαρκωμένος γεγένηται. καὶ ὁ τῶν κόλπων τοῦ Πατρικοῦ μὴ χωρισθείς, καὶ τὰ σύμπαντα τῇ δυνάμει τῆς θεότητος συνέχων, καὶ τῶν πάντων τὴν παντοκρατορικὴν δυνάμει περιεγράπτόμενος, ὁ αὐτὸς ἐνανθρωπήσας ἐκ τῆς ἁγίας Παρθένου καὶ γεννηθείς, κεῖται ἐν φάτνῃ παιδίον ἐσπαργανωμένον, τῆς ἁγίας Παρθένου, Παρθένου μενούσης. τὰ γὰρ θεῖα, τοιαῦτα ὄντα. ὥσπερ γὰρ ἡ ἕνωσις τῆς σαρκὸς καὶ τῆς θεότητος ἀνεξερεύνητος, οὕτως καὶ ἡ γέννησις. ἐδυνήθη γὰρ ὁ θεῖος Λόγος ὁ παντοδυνάμος καὶ ἀληθῶς σαρκωθῆναι καὶ ἐνανθρωπῆσαι ἐν τῇ Δεσποίνῃ καὶ γεννηθῆναι ἐξ αὐτῆς, καὶ τὴν παρθενίαν ἐσφραγισμένην ἀσφαλίσασθαι· ὥσπερ, ὅτε ἀμέλει καὶ τῶν θυρῶν κεκλεισμένων ἔστη ἐν μέσῳ τῶν μαθητῶν.

η'. Διὰ τοῦτο ἡ ἁγία καὶ Ἀποστολικὴ ἐκκλησία πάντα εὐπειθῶς τὰ θεῖα ἀποδέχεται, πάντα πιστῶς, πάντα ἀπολυτραγμόνως σέβει καὶ προσκυνεῖ καὶ τιμᾷ. αὐτὸς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ὁ ἀληθινὸς Θεὸς, ἀφ' ἡμῶν ἡμέτερον σωτήριον παιδίον γεγένηται, αὔξει λέγεται τῇ ἰδίᾳ σαρκὶ, τὰ ἡμέτερα οἰκειούμενος ἀδιάβλητα πάθη· καὶ προκόπτει σοφίᾳ καὶ ἡλικίᾳ ἀφ' ἡμῶν εἰς μέσης δόξεως, ὅπως δείξῃ κυρίως καὶ εἰς ἀληθῶς τὴν ἐνανθρώπησιν. καὶ κόπιᾷν λέγεται, καὶ πεινᾷν καὶ διψᾷν, καὶ τοῖς ἀνθρώποις συναναστρέφων, διδάξας καὶ φωτίσας πάντα ἄνθρωπον ἐρχόμενον εἰς τὸν κόσμον. αὐτὸς γάρ ἐστι τὸ φῶς τὸ ἀληθινόν.

θ'. Λοιπὸν δὲ ἀφ' ἡμῶν ἄμεσον αὐτὸ φιλανθρώπου, καὶ ἔπαθε τῇ ἰδίᾳ σαρκί. αὐτὸς γὰρ ὁ Κύριος τῆς δόξης ὑπὲρ ἡμῶν ἐσταυρώθη καὶ πα-

A VII. Itaque Dei Filius, qui nullo capi potest, in sanctam Virginem introivit, exque ejus carnis natura assumpsit, suæque deitatis personæ univit, carnem nobis consubstantialem, animam sensuque mentis præditam, qua solus ipse novit ratione. Jam enim dixi, nec mente assequi licere, nec sermone exprimere, ac neque exquirendas homini physicas rationes, rei, quæ impervestigabilis & inscrutabilis est. Copulata igitur sibi, quam ex illa sumpsisset, natura, crescebat Dei Filius carne propria, anima utente ratione & mente prædita, in quem nulla cadant cremenB ta: nihilque Dei Filius mutatus ab eo quod erat, in Matris utero infans factus est; perfectaque indivisa & inconfusa deitatis ac humanitatis unio facta est. Et ecce, qui incorporeus est, nec tangi potest, corporatus est ac contrectatur: & qui ex Patre ante sæcula genitus erat, ecce is ipse ex sancta Virgine incarnatus nascitur. Quique adeo Paterno sinu non excessit, cunctaque Deitatis potentia continet, atque omnium conservatrice virtute omnia complectitur astringitque, ipse ex sancta Virgine factus homo ac natus, in præsepi infans pannis involutus jacet, sancta Virgine, C Virgine permanente. Sicut enim unio carnis & Deitatis inscrutabilis est, sic & nativitas ac partus. Potuit enim Dei Verbum omnipotens vere incarnari ac homo fieri in Domina, exque illa nasci, ac virginitatis signacula inconcussa servare; quemadmodum utique clausis januis stetit in medio Discipulorum. Joan. 20. 19.

Partus ipse inscrutabilis.

VIII. Quamobrem sancta & Apostolica Ecclesia cuncta divina, proba recipit credulitate; cuncta fide, cuncta nulla curiositate veneratur, adoratque & colit. Ipse igitur Dei Filius verus Deus, propter nostram salutem puerulus effectus, crescere dicitur sua carD ne; qui videlicet inculpatos nostros affectus ac passiones in se receperit. *Proficiebat* quoque *sapientia & ætate*, idcirco quod hæc paulatim exhibebat, ut se proprie ac vere hominem factum ostenderet. Fessus quoque esse dicitur & esurire & sitire, & conversatus esse cum hominibus, docens & illuminans omnem hominem venientem in mundum; quippe qui ipse Lux vera existeret. Luc. 2. 40. Luc. 2. 52. Joan. 4. 6. Matth. 21. 17. Marc. 13. 12. Joan. 19. 28. Bar. 3. 48. Joan. 1. 9.

IX. Postremo autem propter immensam bonitatem suam, etiam carne propria passus est. Ipse enim Dominus gloriæ pro nobis vere Cruci affixus & pas- 1. Cor. 2. 8.

sus est. Patitur enim non Deitate, sed animata carne sua sibi indivise unita, ac moritur; Anima scilicet separata a corpore. Deitas namque indivisa & inconfusa, tum animæ, tum corpori copulata erat. Descendit igitur Filius Dei sua Anima ad Sanctorum animas, ac rursus resurrexit, Anima unita corpori. Surrexit vero ipse unigenitus Dei Fi-
Joan. 10. 13. lius propria virtute. *Potestatem* enim *habeo*, inquit, *ponendi animam meam, & potestatem habeo iterum sumendi eam.*

X. Resurgens igitur ex mortuis Dei Filius, ea ratione qua homo extitit, in cœlos receptus est; qui ante carnis expers erat, nunc idem carnem indutus: qui ante simplex, nunc idem compositus, Deus simul & homo. Manet enim in ipso natura Deitatis: ac qui antea simplex & unus ex sancta Trinitate erat, nunc quoque idem unus est ex sancta Trinitate incarnatus ac homo factus. Ac quē cœlestes omnes Virtutes videre non pote-
Joan. 1. 18. rant (adorandæ enim Trinitatis Deitatē nemo videre potest) nunc unum e sancta Trinitate unigenitum Dei Filium, conspicua hominis specie vident, qui incircunscriptam ejus Deitatem intelligant. Hoc enim est quod ait beatus
1. Tim. 3. 13. Paulus, *Apparuit Angelis.* Assumpsit igitur quod non habebat, habetque (nostram scilicet naturam) in sæcula sæ-
Verba Symboli exposita. culorum. Rursumque *venturus est cum gloria judicatum vivos & mortuos*; id est, justos & peccatores: atque alios quidem judicatum, pro eo ac dicat justificatum, propter bona ipsorum opera; alios vero condemnatum, ob illorum incredulitatem ac malitiæ ipsorum opera.

XI. Docet nos Symbolum, ut & *in unam sanctam Catholicam & Apostolicam Dei Ecclesiam credamus.* Non potest Ec-
Ecclesia Catholica, i. Universalis. clesia Catholica (i. Universalis) solum esse Apostolica. Omnipotens enim virtus Capitis, quod est Christus, universo mundo per Apostolos salutem potuit afferre. Est igitur sancta Dei Ecclesia, sanctorum, qui a sæculo fuere, Patrum cœtus, Patriarcharum, Prophetarum, Apostolorum, Evangelistarum, Martyrum, quibus una animi consensione credentes, omnes Gentes adjunctæ sunt. Videbant enim ex omni gente quæ sub cœlo est, ejusdem Christianæ fidei rationibus obstrictos esse. Ne-
Veritatis fidei argumentum ex Ecclesiæ universalitate. que enim aliter fiat, ut omnis generis hominum multitudo innumerabiliumque linguarum collectio, in unum verissimæ fidei sensum conveniat, quam divini Spiritus numine atque afflatu. Rursus namque dico, Idcirco Catholica (Universalis scilicet) est, atque vocatur, Ecclesia, quod mon-

ὀρθῆς ἀληθῶς. παθητὸν γὰρ οὐ τῇ θεότητι, ἀλλὰ τῇ ἀδιαιρέτως συναφθείσῃ αὐτῷ ἰδίᾳ ψυχῇ ἐψυχωμένῃ, καὶ ἀποθνήσκει τῆς ψυχῆς διαλυούσης τὸ σῶμα. ἡ γὰρ θεότης, ἀδιαίρετος καὶ ἀσύγχυτος, καὶ τῇ ψυχῇ ἑνωμένη ἕως καὶ τοῦ σώματος. κατῆλθεν οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ ψυχῇ πρὸς τὰς τῶν Ἁγίων ψυχάς, καὶ πάλιν ἀνέστη, τῆς ψυχῆς ἑνωθείσης τοῦ σώματος. ἀνέστη οὖν ὁ αὐτὸς μονογενὴς Υἱὸς τοῦ Θεοῦ τῇ ἰδίᾳ δυνάμει. Ἐξουσίαν γὰρ ἔχω, φησί, τεθεῖναι τὴν ψυχήν μου θεῖναι, καὶ ἐξουσίαν ἔχω πάλιν λαβεῖν αὐτήν.

ι'. Ἀναστὰς οὖν ὁ Υἱὸς τοῦ Θεοῦ ἐκ νεκρῶν, τῇ ἰδίᾳ ἐνανθρωπήσει ἀνελήφθη εἰς τοὺς οὐρανούς. ὁ δὲ πρὶν ἀσώματος, νῦν ὁ αὐτὸς σεσαρκωμένος· ὁ δὲ πρὶν ἁπλοῦς, νῦν ὁ αὐτὸς σύνθετος, Θεὸς ὁμοῦ καὶ ἄνθρωπος. μένει γὰρ ἐν αὐτῷ καὶ ἡ φύσις τῆς θεότητος. καὶ ὁ δὲ πρὶν ἁπλοῦς ὢν καὶ εἷς τῆς ἁγίας Τριάδος, καὶ νῦν ὁ αὐτὸς εἷς ἐστὶ τῆς ἁγίας Τριάδος σεσαρκωμένος ἐνανθρωπήσας. καὶ ὥσπερ οὐκ ἠδύναντο πᾶσαι αἱ οὐράνιαι Δυνάμεις θεωρῆσαι. θεότητα γὰρ τῆς προσκυνητῆς Τριάδος ἰδεῖν οὐδεὶς δύναται. νῦν τὸν ὅλα τῆς ἁγίας Τριάδος τὸν μονογενῆ Υἱὸν τοῦ Θεοῦ, βλέπουσι καὶ τὸν φανερούμενον ἄνθρωπον, ἐνοοῦντες δὲ ἀπερίγραφον τῆς αὐτοῦ θεότητος. τοῦτο γάρ ἐστιν ὁ εἶπεν ὁ μακάριος Παῦλος, Ὤφθη ἀγγέλοις. προσελάβετο τοίνυν ὃ οὐκ εἶχε, καὶ ἔχει. λέγω δὲ τὴν ἡμετέραν φύσιν, εἰς ἀγῶνας τῶν ἀγώνων. καὶ πάλιν ἐρχόμενον μετὰ δόξης κρῖναι ζῶντας καὶ νεκρούς, ἤτοι δικαίους καὶ ἁμαρτωλούς· τοὺς μὲν κρῖναι, ἀντὶ τῶν δικαιῶσαι, διὰ τὰ καλὰ αὐτῶν ἔργα· τοὺς δὲ κατακρῖναι, διὰ τὴν ἀπιστίαν αὐτῶν καὶ τὰς τῆς κακίας αὐτῶν πράξεις.

ια'. Διδάσκει ἡμᾶς τὸ Σύμβολον πιστεύειν καὶ εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ ἀποστολικὴν τοῦ Θεοῦ ἐκκλησίαν. οὐ δύναται ἐκκλησία ἡ καθολικὴ, μόνον ὑπάρχειν ἀποστολική. ἡ γὰρ παντοδύναμος ἐξουσία τῆς Κεφαλῆς, ἥτις ἐστὶν ὁ Χριστός, ἔχυσε διὰ τῶν Ἀποστόλων τὸν καθόλου κόσμον σῶσαι. ἔστιν οὖν ἡ ἁγία τοῦ Θεοῦ καθολικὴ ἐκκλησία, τὸ σύστημα τῶν ἀπ' αἰῶνος ἁγίων Πατέρων, Πατριαρχῶν, Προφητῶν, Ἀποστόλων, Εὐαγγελιστῶν, Μαρτύρων, οἷς προσετέθη, πιστεύσαντες ὁμοθυμαδὸν, πάντα τὰ ἔθνη. ἐπιούσιον γὰρ, ὅτι ἐκ παντὸς γένους τῶν ὑπὸ τὸν οὐρανὸν καὶ τὴν αὐτὴν τῶν Χριστιανῶν πίστιν ἔχρισεν. αὐτὸ γὰρ τὸ ἅγιον Πνεῦμα, οὐ δύναται παράδημον καὶ μυριόγλωσσον ἄθροισμα εἷς ὂν φθέγμα τῆς ἀληθεστάτης πίστεως ἐλθεῖν. πάλιν γὰρ λέγω, ὅτι καθολικὴ πρὸς τοῦτο ἐστὶ τὲ καὶ λέγεται, διὰ τὸ ἀλλό-

κοπα καὶ πολυγλωσσὰ καὶ ἄγλωσσα πάσης τῆς ὑφηλίου μυριόγλωσσά τε ἔθνη, εἰς μίαν εἰρηνικὴν καὶ σωτήριον πίστιν τε καὶ ἐπιγνωσίαν τὴν ἐξ).

ιβ'. Πιστεύομεν ποιμαίνουσιν εἰς μίαν ἁγίαν καθολικὴν καὶ Ἀποστολικὴν τοῦ Θεοῦ Ἐκκλησίαν, ἐν ᾗ μαθητευθῆναι ἐν τῇ κατηχήσει καὶ γινώσκομεν Πατέρα καὶ Υἱὸν καὶ ἅγιον Πνεῦμα. καὶ βαπτιζόμεθα εἰς τὸ ὄνομα τοῦ Πατρὸς καὶ τοῦ Υἱοῦ καὶ τοῦ ἁγίου Πνεύματος· καὶ μεταλαμβάνομεν τοῦ σωτηρίου σώματος καὶ αἵματος τοῦ Υἱοῦ τοῦ Θεοῦ, τοῦ δι' ἡμᾶς τῇ τοῦ Πατρὸς εὐδοκίᾳ ἀνασταυρωθέντος, καὶ ἀποθανόντος ὑπὲρ ἡμῶν· διδάσκεσθαι δὲ καὶ φυλάττειν τὰς θείας αὐτοῦ καὶ εὐαγγελικὰς ἐντολάς· παραλαμβάνειν τε ἀσφαλῶς προφητείας τὰς παλαιᾶς καὶ τῆς καινῆς διαθήκης, δι' ὧν ἀεὶ αὔξειν εἰς πίστιν καὶ ἀγαθὴν συνείδησιν, ὁ ὀπτιμέλως προσέχων αὐτῆς καταξιοῦται πρός τε ἑαυτοῦ καὶ ἄλλων ὠφέλειαν.

ιγ'. Λοιπὸν τοῦτο οἱ πιστῶς καὶ ὀρθῶς ἐρευνήσαντες, οἱ ἅγιοι ἡμῶν Πατέρες καὶ τῆς εὐσεβείας διδάσκαλοι, ἐδίδαξαν ἡμᾶς πῶς δεῖπον ὀφείλομεν σέβειν καὶ προσκυνεῖν τὰ σωτήρια σύμβολα τῆς πίστεως· τὸν Σταυρὸν τοῦ Χριστοῦ, ἐφ' ᾧ τὸν ὑπὲρ αὐτῶν προσηλωθέντα Σωτῆρα, ὡς δι' αὐτοῦ ἡμῖν λύτρωσιν χαρισαμένου, καὶ τῆς ἐκ τοῦ ξύλου κατάρας ἐλευθερώσαντος. Τὸ δὲ Θυσιαστήριον, ὡς τὸ Κυριακὸν καὶ ἄχραντον μνῆμα. πρὸ δὲ Προσφορῶν, ὡς τὸ σῶμα τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ, τοῦ ἀληθινοῦ Θεοῦ καὶ Σωτῆρος τῶν ἡμετέρων ψυχῶν. τὰ δὲ Εὐαγγέλια, ὡς ὑπ' αὐτοῦ τοῦ Θεοῦ Λόγου λαληθέντα καὶ προφητευθέντα. Τὰς δὲ Εἰκόνας, πρὸ μὲν τοῦ Κυρίου ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ καὶ τῆς ἀχράντου καὶ παναμώμου αὐτοῦ Μητρὸς καὶ Θεοτόκου Μαρίας ὅταν ἴδω, βύθιος καὶ πρανὰ τὸν νοῦν ἀνάγω εἰς πρὸ ἄκραν αὐτοῦ πρὸς ἡμᾶς συγκατάβασιν, ὅτι Θεὸς ὢν μορφὴν δούλου ἀπέλαβε, καὶ πρὸ οἰκείαν δούλην, Μητέρα ἐποίησε· καὶ ὑπ' αὐτῆς ὡς νήπιος ἐβαστάζετο, καὶ ἐκ παρθενικῶν μαζῶν γάλα ἐθήλασε· καὶ λιπὼν ὁ ἀόρατον ὄμμα πρὸς πρὸ Εἰκόνα ἀτενῶς βλέπειν, ὃ νοητὸν τῆς καρδίας ὄμμα σὺν τῷ νῷ εἰς τὸ μυστήριον τῆς ἐνσάρκου οἰκονομίας ἀνατείνω, καὶ πρὸ τὴν ἀπυγώσιν καὶ πολλῶν μου ἁμαρτημάτων δέομαι πρὸ ἀγαθότητα καὶ εὐσπλαγχνίαν αὐτοῦ, λέγων, Δόξα σοι ὁ Θεός. ὁ Σωτήρ μου ἐλέησόν με τὸν ἁμαρτωλὸν, καὶ συγχώρησον πρὸς πολλάς μου ἁμαρτίας, ὁ δι' ἐμὲ τὸ κατ' ἐμὲ φορέσας δίχα μόνης τῆς ἁμαρτίας.

A

B

C

D

strosæ, studiisque ac indole scissæ atque agrestes, innumerabiliumque linguarum universæ terræ gentes, in unam pacificam & salutarem fidem Deique notitiam ac pietatem altiore sensu consentiant.

XII. Credimus igitur in unam sanctam Catholicam & Apostolicam Dei Ecclesiam, in qua, fidei rudimentis instituti sumus: scimusque Patrem & Filium & Spiritum sanctum, ac baptizamur in nomine Patris & Filij & Spiritus sancti: salutare quoque Corpus & Sanguinem sumimus Filij Dei, qui propter nos beneplacito Patris homo factus est, & pro nobis mortuus est: divinaque & Evangelica ejus mandata docemur servare; divinasque Scripturas veteris ac novi Testamenti, certa veritate recipere; quibus animum sedulo adhibentes, ad nostram aliorumque utilitatem, fidei bonæque conscientiæ argumentum meremur facere. Christiana institutio, & Eucharistia.

XIII. Jam vero, qui hæc fide riteque scrutati sunt, sancti Patres nostri ac veritatis Doctores, docuerunt nos, quonam modo colenda sunt ac adoranda salutaria signa fidei ac pignora; Christi Crux, propter Salvatorem in ea confixum, ut qui per eam redemptionem nobis largitus sit, & a maledicto, quod ex ligno est, nos liberaverit. Altare vero, ut Dominicum ac intemeratum monumentum. Oblatio, ut Corpus Domini nostri Jesu Christi veri Dei & Salvatoris animarum nostrarum. Evangelia, ut ipsius Dei Verbi ore prolata atque illi opere præstita. Imagines vero, Domini nostri Jesu Christi, ejusque intemeratæ omnisque labis puræ Matris ac Dei Genitricis Mariæ cum video, confestim nullaque mora, in summam ejus propter nos egestatem ac demissionem, mente sublimis feror, quod Deus cum esset, formam servi assumpserit, ancillamque suam, Matrem effecerit: quodque ab ea ut infans gestatus sit, exque virginalibus uberibus lac suxerit; relictoque sensili oculo in Imaginem intento, spiritalem cordis cum mente oculum in diuinæ in carne dispensationis mysterium conjicio, ac pro multis meis delictis, & quæ veniam non mereantur, ipsius bonitatem ac misericordiam exoro, dicens: *Gloria tibi Deus. Salvator, miserere mei peccatoris, multisque meis delictis veniam prabe, qui propter me meam ipse naturam, uno duntaxat peccato excepto, gestaveris.* Christianæ fidei pignora ut adoranda. Christi sanctæque Mariæ Imaginum usus religiosus.

S. Mariæ picta Imago.

XXXII. Tum, cum pugnæ finem feciſſent, conſcenſis navibus, curaque animi parumper remiſſa, molitionis opus aggreſſi ſunt, cujus ſibi ipſi, ſolertia ſua ingeniique dexteritate inventores auctoreſque extiterant. Nempe, hoc illis conſilium, is ſcopus, ut experimentum ejuſmodi facerent, *ut ſi eo expugnari civitatem contingeret, bene eſſet; quod nullum aliud ad obſidendas urbes conducibilius videretur aut validius, & potiſſimum cum ex aquis pugna conſeritur, nec interjecta continens molitionis opus interrumpit: ſin vero cum aliis, quæ antea ipſi moliti eſſent, hæc quoque iis opera caſſa foret, eos, qui ad rem aggrediendam provocaſſent, & ut* B *tanta navigatio ſuſciperetur, fuco eis auctores extitiſſent, ferro trucidarent, tumque ad propria redirent.* Hoc igitur inter eos deliberato conſilio ipſo noctis obortu, varium illud & multiforme machinamentum adorti ſunt. Accenſis enim ubique luminibus, cunctiſque, quas conduxerant, navibus, binis conjugatis, & ut altera alteri cohæreſceret, denſiſque retinaculis & catenis ferreis earum latera colligantes, ne a ſeſe facile divellerentur, per malos in prora appenſos, ligna in medio eminentia, quæ vulgo nautis *catarria* dicta, ſurſum traxêre. Tum amba- C rum navium αὐχένας, quos vocant, (ac ſi *juga* dicas) interea per funes in capite intortos in medium aerem levantes, ſuoſque enſes ex proræ parte extraque navium diametrum exporrigentes, inauditum fidemque excedens ac portentoſum fraudis omnis ſolertiæque inventum, artificio illo commenti ſunt. In altum enim (uti dicebam) navium jugis protenſis, *longa quædam ligna tignaque, unum poſt aliud ordine collocantes, iis injecerant: locaque interjecta terra explentes in ſolerti hac machina, extremaque undique aſſeribus communientes, atque jugorum capita ad puppis partes validiſſimis vinculis adſtringentes, quæ in rem magis eſſent belloque conducerent, quam quæ in muro ad continentem erant, ſubtili eo invento artiſque ſolertia, turres effecere. His Barbarorum quidam armati impoſiti, robuſto corpore, audacique indole atque genio, qui extremum noviſſimumque militare conſilium in nos exequerentur. In mandatis enim acceperant, ut alii jaculis impeterent, eos, qui in interiori murorum parte inſederant; alii ſaxa immania, alii ignem, ipſumque arte confectum, atque in vaſculis teſtaceis antea para-

Vid. Poll. l. 1. c. 1.

* All. *parva*, ſed Græca; μακρά, nec aliud congruit.

Factitiæ ex navibus turres, exque illis aggreſſio.

λβ'. Εἶτα ἐπειδὴ τῷ πολεμεῖν ἐπαύσθημεν, ταῖς ναυσὶν ἐμβάντες, καὶ τὸ μικρὸν ἡσυχάσθημεν, ἤρξαντο τῷ δράματος, ὅπερ ἦσθα ταῖς ἑαυτῶν δεινότησι παρεξευρηκότες. Ὃ δὲ δὴ τοιαύτῃ αὐτῶν ἀπόπειρα ἐμποιοῦν, ὡς εἰ μὲν δι' αὐτῆς δυνηθεῖεν τὴν πόλιν παρελθόντες, οὗ αὐ ἔχθει, ἀφ' ὃ μηδὲν ἄλλο τῶν εἰς πολιορκίαν συντεινόντων ἴσα δύνασθαι τούτου, καὶ μάλιστ' ὅταν ἀφ' ὑδάτων ἦσιν ἡ μάχη, ἃ μὴ μεσιτεύῃ χέρσος τις ὑπερβουλὴν ἀμαχόπουσα. Εἰ δέ γε μὴ τῶν ἄλλων, ὧν παρεσκεύασθαι, καὶ τοῦτο εἰς μηδὲν αὐτοῖς συντελέσαι, ἀλλ εἰς τοῦτο προορμήσασθαι αὐτοὺς, καὶ τοσοῦτον πλοῦν ἀμανύσαι μάτην ἀποπλεύσασθαι, τοῖς ὅπλοις ἀμαχεῖσθαι, καὶ οὕτω σὺν τοῖς ἰδίοις ἀπαίρειν. Τοιαύτην οὖν πρὸ ἑαυτῶν θέμενοι τὴν βουλὴν, ἐπὶ καταρχὰς οὔσης τῆς νυκτὸς, τὸ ποικίλον καὶ πολυειδὲς ἐκείνου ἀπήρτησθε μηχανήματος. ἐξάψαντες γὰρ πυκνοὺς φῶτα, καὶ πάσας αὐτῶν τὰς νῆας ἀνὰ δύο συζεύξαντες ἑτέραν τῆς ἑτέρας ἐχομένην, καὶ πρὸς καλοῖς ἰσχυροῖς καὶ σιδηραῖς ἁλύσεσι τὰς ἑκατέρων πλευρὰς συσφίγξαντες, ὡς δὲ μὴ ῥᾳδίως ἀφίεσθαι, ἀνείλκυσαν ἀφ' ὧν ἀνὰ μέσον ὑπερηρμένων ἐξαρτύων, τὰ ἀφ' μέσου ὑπερβεβληκότα ξύλα, ἀ τοῖς ναυπηγοῦσι κατάρτια καλοῦσιν ἔνιοι. Εἶτα τοὺς τῶν ἑκατέρων νεῶν αὐχένας ἀνὰ πύτισι, ἀφ' ὧν εἰς τὰ κεφαλίδα τρεφομένων ὀρθίων μέσον που τοῦ ἀέρος μετεωρήσαντες, ἅς τε ἀπάρτας αὐτῶν ἐκ τοῦ ἀνὰ μέσον μέρους, καὶ πέρα τῆς τῶν νεῶν ἀμφοῖν ὑπερβεβληκότες, ξύλον ἓν ἐκ πρηλαγμένον πυρὸς ἀμὰ τοῦ τοιούτου τεχνάσματος ἐτεκτήναντο. ὑφοῦ, γὰρ ὡς ἔφην, τῶν αὐχένων μετεωρηθέντων, ἔβαλλον ἐν αὐτοῖς ὑπερθέντες μακρά τινα ξύλα εἰκῆ ἄλλο κατ' ἄλλο, καὶ τὸν ἀφ' μέσου τόπον γεώσαντες τῇ σεσοφισμένῃ ταύτῃ μηχανῇ, ἅ τε πέρατά τε πάντοθεν σανίσι καταφραξάμενοι, καὶ τὰ ἄκρα τῶν αὐχένων ἐν τοῖς ἀνὰ μέσον μέρεσιν, ἄλλοις εἰκαιοτάτοις δεσμοῖς ἀσφαλισάμενοι, πύργους τινὰς, τῶν εἰς τὸ χεῖρον ἐν τῶν τότε καθισταμένων χερσωδεστέρους, τῇ ὑπονοίᾳ ταύτῃ κατετεχνάσαντο. ἐν οἷς ἐνόπλους τινὰς Βαρβάρους ἐπεμβιβάσαν, ῥώμῃ σωμάτων καὶ πολεμείᾳ φύσεως ἀνεσταλμένους, τὸ καθ' ἡμᾶς ὑστάτιον ἐκ τελευταίαν ὑπερβουλὴν ἐνεργήσοντας. ἐπέτρεπον γὰρ τοῖς μὲν αὐτῶν βάλλειν τοῖς τόξοις κατὰ τῶν ἐνδοτέρων τοῦ τείχους ἑστώτων, τοῖς δ' ἐπὶ τῆς χερσηλήσι λίθοις, ἄλλοις πυρὶ δηοῖ, καὶ τετεχνημένῳ, καὶ δηοῖ ὀστρακίνοις σκεύεσι περιθλιβεπισμένῳ,

πισμένῳ, καὶ πλήσαντες τῆ τῶν ἀντιπροσώπων A tum, in eos projicerent, quos ſibi adverſum incurſantes haberent. Erant vero cuncta illis operi parata ac peridonea, quod non amplius humi ſerperent, ſed malefico illo artis commento, ipſa quoque jam muri ſtructura ſuperiori mole extarent, omniſque ipſorum machinæ vis, velut e ſuperiori loco, commode iis cederet.

XXXIII. Quia igitur cuncta hæc per eam ipſam noctem ab impiis ad opus deducta erant, nec eorum quæ egiſſent hactenus nos quicquam latuerat, quippe cum ipſimet, uti dictum eſt, multa lumina accendiſſent, nec littus longe diſtaret, in quo illi, ſic eis viſa moliti eſſent; omnes timor invaſit & trepidatio animique dejectio, nec jam erat, qua ſe ratione tutos ac incolumes ſervarent. Vidiſſes enim omnem populi multitudinem titubantem ac conſilii inopem, aliumque alias anxium; ac vitam ipſam, ejus palam alea, deſperantem. Neque enim quomodo imminentem quiſque neceſſitatem depelleret, animis ſoliciti erant, ſed quomodo, quantoque cruciatu fato periret, cogitationibus diſſecabantur. Fuga enim amplius neque in promptu, nec tuta erat, cùm muros Barbari circumvallaſſent, & portis inſiſterent: rurſus vero manere non ſinebat, quod ob oculos diſcrimen verſabatur. Omni igitur ſpe ſalutis abjecta, velut muti murum circuibant, infortunii immanitate attoniti. Viſum tamen eſt nonnullis, in quibus fortis animi ſcintilla non prorſus extincta erat, dum adhuc hoſtes expectarentur, ad eorum propulſandum impetum, in muro picem & tædas & calcem, aliaque quædam, quibus flammæ ignis celeriter innutriuntur, in vaſis teſtaceis diſpoſita præparare; ut, ſi forte naves adventaſſent, illis uſi, hiſque mediis ipſa hæc ejaculantes, ab hac quoque aggreſſione repellerent, & eorum conatus irritos facerent.

Civitatis anxia deſperatio.

XXXIV. Cum vero hæc quoque hominum titubantium facta ac conſilia eſſent, jamque illucens dies noctis tenebras diſſolveret, en & naves, ut erant inſtructæ, per multa loca diviſæ in murum irrumpunt, novumque quoddam ac incredibile cunctorum oculis ſpectaculum ingerunt. Vnumquodque enim jugatarum navium par turrium ex lignis ingenioſe ſtructarum fabricam convehebat, murorum ædificio multo elatiorem: ſupra quas erant Barbari ſubſilientes, æque ac tauri œſtro perciti, cunctiſque interitum comminantes. Tunc ſane quotquot

Civium & præsidiariorum generosa animi, fractique.

civium, spreta morte, quæ inevitabilis A certaque immineret, & ob oculos, ut aiunt, inque pupilla posita esset, toti certaminis ardore exarserant, fortis animi specimen, ipsam periculi magnitudinem facientes; hi videlicet conserta pugna strenue dimicavere. Haud enim omnino naves propinquare sinebant, sed partim telorum spissa grandine, partim vero ejaculatis ignibus a muro arcebant, ac noxam prohibebant. Quotquot vero saucio formidine animo atque pavido erant, præque ingenti mentis inopia nec ipsum mali incursum adversis oculis poterant aspicere, e muris sensim sese subtrahentes, & ad tumulos elatioraque civitatis loca diffugientes, hostes deinceps audaciores fecere. Ut enim quodam muri loco structuram præ aliis magis ruinam facere viderunt; ubi scilicet nosipsi lignea propugnacula præfixeramus, deprehenderuntque aquam maris altiore sinu eo loco Urbem alluere, junctarum navium pars illo inferentes, paulatim remis impulerunt, donec ipsa propugnacula, navium proræ contigere. Tumque his, qui in ligneis propugnaculis positi erant, in eos lapides jacere incipientibus, magno horrendoque sublato clamore ac ululatu, supra eas, quas dicebam, machinas stantes Barbari, nec manualia duntaxat, sed quam immanissima, & quorum impetum nullus sustinuisset, convolventes saxa, ignemque siphonibus aeri insufflantes, atque alia vasa (ipsa quoque igne plena) intra murum jacientes, tantum metum ac stuporem illic constitutis præsidiariis incusserunt, ut quam celerrime exilientes in fugam verterentur, omnemque muri aream vacuam desererent. Ubi autem voti se compotes factos esse viderunt (omnes enim velut a vento excussa folia, in terram proruebant, neque per scalas, sed ut eos pavor raptabat) unum quempiam audacis animi Barbarum, cæterisque, ut videbatur, majori fretum vesania, colore nigerrimum, in propugnacula immittunt. Is, ensem, quem in manibus gestabat, rotans, inque murum insiliens, ac moras in eo trahens, multitudinis impetum observabat; num scilicet fraude, an quod omnino fugam fecissent, inde abscessissent: verebantur enim, ne insidiis adversus eos in occulto per angiportus vicosque dispositis, cives, se in multa divisos agmina, malo dolo, gravi ullo damno afficerent; dubiique hactenus subsistebant, ne sic improvise in Urbem irrumperent, exque genio illius vastita-

Depulsi a muro cives.

Barbarus muri compos: ingressus cautè.

ὅσοι τῷ δήμου τῆς πόλεως τῷ μὴ θανάτου καταφρονήσαντες ἀφύκτου τὸ ὄπτιος, καὶ ἔτι κόρης, ὡς ἔπος εἰπεῖν, ἰσταμένου, ὅλοι τῆς ἀγωνίας ἐγένοντο, ὑπόδειξιν ἀνδρείας τοῦ κινδύνου τὸ ἀκμαῖον ποιησάμενοι, ἔρρωσθαι γενναίως ἀθλοποιοῦντες ὑπὲρ τῶν πολεμίων. οὐ γὰρ ἔτι τέλεον πλησιάζειν τὰς νῆας· ἀλλὰ ὁ μὲν συχνοῖς βέλεσι, ὁ δὲ τοῖς τῶν πυρὸς ὑπεκκαύμασιν ἀπεῖργον αὐτὰς τοῦ προσπελάζειν τῷ τείχει, καὶ τὰ πρὸ ἑαυτῶν σώζειν. ὅσοι δὲ τῇ δειλίᾳ τοῦ ψυχροῦ βλαπτόμενοι, οὐδὲ προσοβλέπειν τοῦ κακοῦ τὸν πεῖραν ὑπὸ τῆς ἄγαν ἀμηχανίας ἐδύναντο, ἑαυτοὺς τῶν τείχους ὀλίγον μικρὸν ὑποσύροντες, ὑπὸ τὰς ἀκρωρείας τῆς πόλεως ἔφυγον, καὶ λοιπὸν θαρρῆσαι ἐδίδοσαν τοῖς ἐναντίοις. ὡς γὰρ ἔδοξεν κατά τινα τόπον τοῦ τείχους τοῦ οἰκοδομικοῦ πλέον τῶν ἄλλων ἀφῃρῆσθαι, ἔνθα δὲ τοὺς ξυλίνους ἤλθον προσπηγάτες προβόλους, ἔγνων ὁ καὶ ὁ τῆς θαλάσσης ὕδωρ ὑπ' αὐτῷ μᾶλλον τοῦ ὄπτιος ἀφ' βάσεις χωρῆσαι, μίαν συζυγίαν ὅλην σεσηλάσθαι, ὥστε τοῖς κώπαις ἔτι μικρὸν, ἕως ἔφθασαν πλησίον, ὑπ' αὐταῖς ταῖς ἐπάλξεσι τὰ ἔτι προῆρθαι τῶν ναῶν προσπελάσαντες. εἶτα ὡς ἐπεχείρουν κατ' αὐτῶν λίθους βαλεῖν οἱ τοῖς ξυλίνοις ἑλκυσθέντες προβόλοις, μέγαν τινὰ ἔτι πρὸς ἀλαλαγμὸν ἐμβοήσαντες, ἄνω τῶν ῥηθέντων μηχανημάτων ἑστῶτες οἱ βάρβαροι, λίθοις τε βαλόντες, οὐκέτι χερσὶ πλησίον, ἀλλὰ ἔτι λίαν πανμεγέθεσι, καὶ ὧν οὐδεὶς ἐδύνατο τῷ φορτῷ ὑπομεῖναι· πῦρ τε ἀφ' ὧν σιφώνων τοῦ ἀέρος φυσήσαντες, καὶ ἄλλα σκεύη, ἔτι αὐτὰ πυρὸς δυάμενα, εἴσω τοῦ τείχους ἐξακοντήσαντες, εἰς τοσαύτην ἔκπληξιν καὶ δειλίαν τοῖς ἐν τοῖς προβόλοις ὄντας ἐνέβαλον, ὡς καταπηδῆσαι τὸ ταχὺ, ἔτι πρὸς φυγὴν ἐκτραπῆναι, ἔτι κενὸν ἅπαντα τὸν περίπατον τοῦ τείχους καταλιπεῖν. ὅπερ ἐπὶ τέλος εἶδον τῶν βεβουλευμένων· πάντες γὰρ καθάπερ ἐκ δένδρου φύλλα πρὸς τὴν γῆν κατέφερον, οὐδὲ ἔτι τῶν κλιμάκων, ἀλλ' ὡς δι' αὐτοῦ ὁ φόβος κατήπειγεν ἔσω τινὰ τελμηρὸν βάραθρον, ἔτι τῶν ἄλλων, ὡς εἰκὸς, μᾶλλον, Αἰθίοπα τὴν χροιὰν, ταῖς ἐπάλξεσιν ἐπαφῆκαν. ὁ δὲ τὴν μάχαιραν, ἣν ἐτύγχανε ταῖς χερσὶ κατέχων ἀναρριπίζων, καὶ ἔτι τοῦ τείχους ἀλλόμενος, ἐπέμενε σκοπῶν τὴν ὁρμὴν τοῦ πλήθους, εἰ γε μὴ πρὸς ἀπάτην, ἀλλὰ πρὸς τελείαν φυγὴν ὄντων ἐξέκλινε. τὸ γὰρ ὑφορᾶσθαι μή τινα κεκρυμμένην ἐνέδραν ἔχωσιν, οἱ τῆς πόλεως ἐν ταῖς ἀγυιαῖς, δι' ἧς αὖθις εἰς πολλὰ διαιρεθέντας δόλερας κακουργήσουσι, καὶ ἀμφίβολον τέως μὴ ἀπροσκόπως οὕτως προχωρῆσαι τῇ πόλει, καὶ τὰ πρὸ ἑαυτῶν

ἐνεργεῖν. ὅτε ἡ ταῖς ῥιπίσι τῆς Βαρβαρικῆς μα- A
χαίρας ἐξαστράπτων ὁ ἀὴρ, κατάδηλον ἐποίᾳ
πάντας τοῖς πολεμίοις τὴν εἴσοδον. καὶ γὰρ ἦν
ὥρα τρίτη τῆς ἡμέρας, ὅτε δὴ πάντες τῷ κακοῦ
τὸ ἔκβασιν θεασάμενοι, ἐτρέποντο ἄλλος ἄλ-
λαχοῦ, τῷ θανάτῳ σὺν ἐλαυνόμενοι. ὁ γὰρ ἐφε-
στὼς, καὶ μηδεμίαν τῆς λοιπῆς ἀφαιρούμε-
νος ὑπόνοιαν, δι' ἧς αὐτὸν ἀποκλίνωσιν.

λέ. Εἶτα ὡς ἅπαν κενωθὲν τὸ τεῖχος εἶδον
οἱ Βάρβαροι, καὶ τὸ ἀσφαλὲς ἑαυτοῖς ἔλεγον ἐκ
τῆς τῶν πλήθους αἰσχίστου φυγῆς, ἀσυδὴν τὴν
ναῦν ἐκβαίνουσι, καὶ τὴν ἐπάλξεων ἔσω κατα-
πηδήσαντες, καί τε πύλας ἀναῤῥιπίσαντες, ἐδήλουν
καὶ ταῖς ἄλλαις ναυσὶ τῶν πεπραγμένων τὸ πρᾶ- B
γμα. αἳ γοῦν ἀσυδὴν καὶ αὐταὶ πρὸς τὰς διεξόδους ἐγ-
γὺς ἐπορμισθεῖσαι, ἔπεμπον τὴν πόλιν τοῖς
Βαρβάροις, τὰ σώματα γεγυμνωμένους, μικρῷ τισὶ
μόνῳ περιβεβλημένῳ τὰ κατὰ τὴν * εἴσοδον ἐγκαλύ- Suspecta vox hoc sensu.
πτοντας, τὰς μαχαίρας ἔχοντας ἐν χερσίν· οἱ καὶ
εἴσοδον ἠμύνοντο πρῶτον μὲν οἷς ὄψεσιν ἔτι πρὸς
τὸ τεῖχος ἐπερρεφομένοις, εἶτε τῷ φόβῳ βλη-
θέντας καὶ κινδύνῳ μὴ δυναμένους, πρηνεῖς τοῖς
αὐτοῖς ἐκ φόβου τοῦ σώματος, εἶτε πάλιν ‖ τοῖς ‖ Ex
ῥηθεῖσι πάθεσι συγκλασθέντας καὶ πρὸς τὴν
φυγὴν ἀπελπίσαντας, ὑπὸ τοῖς ὀλίγοις. εἶθ'
οὕτω ταῖς λεωφόροις κατεμείχθησαν. ὁ γὰρ πλῆ- C
* διεφθεῖρ. θος τῆς πόλεως εἰς πολλὰ μέρη τμηθὲν * διε-
θρύλλητο τὲ καὶ σεσείετο, οὐκ ἔχον ὅπου πρέσω-
θείη, ἢ τὴν συμφορὰν ἀθρήσειεν. ἐν γὰρ ἰδεῖν
ἦν τοὺς μὲν ἀνθρώπους ὡς ἀκυβέρνητα σκάφη, τῇδε
κἀκεῖσε φερομένους, ἐλεεινὸν θέαμα, ἄνδρας,
γυναῖκας, νήπια, ἀλλήλοις συμπίπτοντας, ἀλλή-
λων ἐκκρεμαμένους, ἀπαλοῦντας τὸν οἰκτρὸν
ἐκεῖνον καὶ τελευταῖον ἀσπασμόν. Εἴ που τις καὶ
πατὴρ ἐν αὐτοῖς πρεσβύτης ὑπτιασθεὶς τῷ πρα-
χήλῳ τῷ παιδὸς, ἀχθὸς ἐπεκώκυε τὸν χωρισμὸν
οὐ φέρων, ἀλλὰ τὰ μέλη κατέχων τοῦ φιλτάτου, καὶ πρὸ τοῦ ξίφους τῷ φυσικῷ νυττόμενος D
πάθει, τὸν θρῆνον ἑαυτῷ διεπέμπετο. φοῦ μοι, λέ-
γων, ὦ παῖ, ἐν οἷσι νῦν ἐσμεν; ἵνα σοῦ-
τα τοῖς ὀφθαλμοῖς καθορῶ; εἰς τοῦτο γάρ σε
ὁπότε μελῶν ἐξέθρεψα, καὶ ἀφ' οὗ σε παιδευ-
τοῖς ἐξεδόμην, καὶ σωφρόνως ἀφαρπάζειν ἐν τοῖς
ὁμίλοις διεπυθόμην, ἵν' ὅτε πρεσβυτῶν ζη-
λωτὸς μοι εἴ) τῇ ὑπαιδίᾳ, ὑπέφθονος δὲ τῇ
ὑπὸ σὲ καυχήσῃ· μακαριώτερος δὲ πολλῶν
ἄλλων πατέρων, ὡς τοιοῦτον ἔχων θυγατρεπέκατον
τέκνον· ἐρασμιον μὲν τὴν ἡλικίαν τοῦ σώμα-
τος, ἐρασμιώτερον δὲ τοῦ προσώπου τὴν ἰδέαν,
καὶ ἔτι μᾶλλον τῆς ψυχῆς τὴν εὐειδίαν, ὅτε
κατ' ὀφθαλμοὺς ἰδέσθαι τὸν ὁλέθριον τοῦτον καὶ

tem darent. At ubi Barbarici ensis frequenti circumactu effulgurans aer, hostes in Urbem pervadere atque ingredi palam fecit (erat namque hora diei tertia) tunc nimirum, tunc cuncti, mali eventu perspecto, alius alio, contrusi fato, diffugêre; cum dira mors cunctis ingrueret, nec ejus amoliendæ ullum deinceps consilium ratioque supperetet.

XXXV. Postmodum cum nudatum defensoribus murum Barbari conspexissent, exque effusa multitudinis fuga, nihil jam sibi periculi imminere intelligerent, statim navibus effusi, in- Capta civitas ac desolata.
que propugnacula insilientes, ac portas diffindentes, reliquis quoque navibus gestorum exitum indicavere. Quæ & ipsæ celeriter ad viarum exitus prope appulsæ, Barbaros in Urbem immittebant, corporibus nudos, exiguoque solum amictu verenda contectos, ac manus gladiis armatos. Urbem porro ingressi, primum quidem, quos adhuc in muris versantes offendêre, sivé metu perculsos, nec se movere valentes, corpore eis ex metu dissoluto, sive rursus, iis, quos dicebam, casibus præcipitiisque confractos, sibique fuga consulendi, omni spe destitutos, quam cito trucidabant. Tum per vicos ac plateas dispertiti sunt: urbana autem multitudo, huc atque illuc multis partibus divisa, tumultuabatur & clamitabat, angustiisque tenebatur, cum nulla salutis ratio, aut depellendæ calamitatis in promptu esset. Vidisses enim tunc homines velut navigia omni rectore destituta, hac illacque procella circunferri, miserabile spectaculum; viros, mulieres, parvulos, in se mutuo collabentes, ex se mutuo pendentes, infelicissimum illud supremumque dantes osculum, ac consalutantes. Sicubi forte in eis pater vetulus, in filii collum ruens, mœste conquerebatur, separari Patris in filium Nænia.
non sustinens, sed charissimi membra tenens, & ante ensem, naturali punctus dolore atque affectu, sibi ipse luctum digerebat: *Heu me, fili*, aiebat, *in quibus nunc versamur! Quanam hæc oculis usurpo? Eamne in rem diligenti cura educavi, propterea que magistris tradidi, &, ut majore prudentia inter æquales fulgeres, operam sumptusque locavi, ut, cum plane prolis felicitate æmulandum me fore expectabam, tuique gloriatione invidiam provocaturum, necnon aliis vulgo parentibus beatiorem, ut qui tali honestissimo filio præditus essem, ipsâ corporis statura amabili, vultusque aspectu amabiliori, magisque adhuc forma animæ ac decore; tunc ob oculos exitio-*

ſam hanc infortunatiſſimamque à te ſepa- A *rationem videam? An ideo miſeranda hac canitie huc ætatis provectus ſum, ut corpus tuum à Barbaris cædi, amantiſſimaque ac deſideratiſſima membra lictoris gladio cernam immaniter diſcerpi? Heu me! quò me vertam? Quibus oculis hæc conſpiciam? Quo te luctu deplangam? Utinam talem liceat nanciſci lictorem, qui me priorem gladio diffindat; ne tardiore nece ſublatus, acerbiores gladio ſuper te cruciatus experiar! Uno hoc cruento tortori gratias agam, ſi à ſenili mea cervice ducto cædis initio, tuum mox ſanguinem cruori meo libaverit. Sic namque, eoque molimine doloris partem plurimam abſtu-* B *lerit.*

XXXVI. Et hæc quidem iſte. Aliunde vero alius, qua cum vixerat, ac quam contubernalem habuerat, uxorem offendens, imo ex pectore altumque trahens ſuſpirium, & caput movens, vultumque immutans, ad eam accurrens, eique circunfuſus ac ſtringens, dirum caſum lugubri voce plangebat: *Vale, mulier, meique conjugis obliviſcere; jam enim ingens illa amoris vis, quam inter nos ſociali naturæ vinculo ratam habuimus, hodie diſcinditur, & gladius conjunctionem dividit, morſque intempeſta æterno divortio conjugium dirimit. Non ultra ſociali jugo trahemus* C *vitam. Nulla deinceps futura nobis prolis ſuſcipiendæ ratio. Atque utinam ne ſuſceptos unquam circunſtantes parvulos oculis uſurpaſſemus. Utinam noſtris manibus tumulo traditos, hiſce feris beſtiis ad infelicem ſervitutem minime ſervaſſemus.* Tum ſe cum filiis immiſcentes, ac velut choro luctum ſuſtollentes, diviſionem expectabant. Frater vero rurſus fratri, & amicus amico, obviam facti, ille ſanguinis neceſſitudinem deflebat, hic longam conſuetudinem. Et (ut ſumma dicam) immenſa turba, eorum, qui ſinguli lamentis indulgebant, incondito clamore cuncta repleD bantur; velut ſi oves ad jugulandam concluſæ commixtam vocem ederent. Horum namque alii ad domos confugiebant; alii vias obſervabant; alii ad venerabiles Ædes contendebant; alii ad portas civitatis properabant; alii muros conſcendere in animo habebant, nec tamen poterant, collapſa in eis naturali virtute, malorum expectatione. Nam neſciebant quo ſe modo ad malum compararent: ſed quovis civitatis loco conſtitiſſent, adverſa facie occurrentem ſibi mortem offendebant: ut nullum jam eis reliquum eſſet conſilium, quo rebus ſuis tuto proſpicerent.

δυσχέσταν ἀπὸ ϑοῦ χωρισμόν; καὶ ἀφ' τέτο μέχρι τῦ δι τῇ δυσήνῳ ταύτῃ τετήρημαι πολιᾷ, ἵν' ὑπὸ Βαρβάρων ἴδιο καταμελίζομένον ϑυ τὸ σῶμα, καὶ τὰ φίλτατά μου καὶ παμπόθητα μέλη τῷ ξίφει τῦ δημίου αἰπλεῶς ἀφαιρεθῆναι; οἴμοι τις ἠρώμην; ποίαις ὄψεσι ταῦτα κατίδω; ποῖον ὅπῃ ϑι ποιήσομαι θρῆνον; Εἴτε τινὸς τύχοιμι δημίου, ὡς ἐμὲ ταχέως τῇ μαχαίρᾳ διέλοι, ἵνα μὴ καθυστερήσας ἀριμυτέρας τῦ ξίφους ὅπῃ ϑι τὰς ἀλγηδόνας ἀφϑήσομαι. ἐνὶ ταύτῳ τῷ μιαφόνῳ χάριτας ὁμολογήσω, εἴ γε τῆς σφαγῆς ἀπὸ τῦ ἐμοῦ καπάρξηται γηραιοῦ τραχήλου. Εἶϑ' οὕτω τῷ ἐμῷ λύθρῳ ϑ' ὁσὸν ἀπίσϑεν αἷμα. καὶ γὰ οὕτω τινὰ πολλὰ ὀδυνῶν ἱστορήμαπ.

λϛ'. Καὶ ταῦτα μὲν ἦν. Ἄλλοθεν ἦ πάλιν ἄλλος τις τῇ σωτόμῳ γυναικὶ ταχυχώρ, βύβλιόν τι καὶ μίτρα τινάξας, τινὰ κεφαλίνῃ τε κινήσας, καὶ τινὰ μορφινὰ ἀλλοιώσας, ταχυδραμὼν αὐτῇ καὶ ταχιπλακεὶς τινὰ συμφορὰν ἐπαγγέλλ. Σώζου γύναι, καὶ τὸ [13] σωτόμου * μὴ [13] * μου ὀπιλάϑου. ἤδη γὰρ ἡ μεγάλη τοργὴ, ἣν ταχὺς ἀλλήλους ἐκέκτηται τῇ κοινωνίᾳ τῆς Φύσεως, ἀμαχέπλεται σήμερον, καὶ ξίφος κοινοτομεῖ τινὰ σωαφέλν, καὶ ϑάνατος ἄωρος τινὰ συζυγίαν διίρησιν. Οὐκέτι τινὰ ζωὴν τῇ κοινότητι τῆς βιοτῆς ἐξανύομεν. Οὐδὲ ἡμῖν τὸ λοιπὸν παιδοποιίας λόγος. Εἴϑε μηδὲ ταῦτα, ἃ νῦν ἡμᾶς ταχέτεκε νήπια, τοῖς ὀφθαλμοῖς καπίδομεν ἐξ ἀρχῆς. Εἴϑε τῇ ϑρῴ ταῖς ἡμετέραις χεροὶν ἀπεδόϑησαν, καὶ μὴ τοῖς ϑηρσὶ τοῦτοις εἰς δυσχῆ δουλείαν διετηρήϑησαν. Εἶπα τοῖς τέκνοις αἱαμιζόντες, καὶ τὸν ϑρῆνον χορσατήσαντες, τινὰ διαίρεσιν ἐκαρτέρομεν. ἀδελφὸς ἦ πάλιν ἀδελφῷ σωαντήσας, ἓ φίλος φίλῳ, ὁ μὲν τινὰ συγγνώμην, ὁ ἦ τινὰ μακρὰν σωήϑειαν ἀπεκλαίετο. καὶ ἁπλῶς τῇ ἀμετρίᾳ τῶν κῦ μέρος ϑρήνων, κραυγῆς ἀσήμου πάντα πεπλήρωτο, ὥσπερ αἱ εἰς σφαγὰν συγκλῃόντων ταχβάτων, καὶ συμμιγῆ φωνὰν ἀφιέντων. οἱ μὲ γὰ αὐτῶν ταχὺς τοὺς οἴκους ἀπήτειχον· οἱ ἦ τὰς ὁδοὺς ἀπεσκόπουν· ἄλλοι ταχὺς τοὺς σιβασμοὺς οἴκοις ἠλαύνοντο· ἄλλοι τὰς πύλας τῆς πόλεως καπλαβέσϑαι ἔσπευδον· ἕτεροι ἦ ταχὺς ὃ τεῖχος αἰτέναν ἐβούλοντο μὲ, οὐ δεδιώκτο ἦ, ὑποκλαζούσης αὐτοῖς τῆς Φυσικῆς ἰσχύος τῇ ταχυδοκίᾳ τῶν Φοβερῶν· ὅϑι εἶχον γὰ ὅπως ἀμφϑώνται ταχὺς ὃ κακόν· ἀλλ' ὅπου ταχὺ αὖ ἔτυχον γενόμενοι τῆς πόλεως, κῦ ταχύστομον ϑέρισκον ἀπϑνῃῶντα τὸν ϑάνατον ὡς μηδὲν ἀῤῥὶς εἶ λοιπὸν ἀσφαλὲς ταχὺς ὑπνοιεν.

λζ. Αλλὰ πῶς δὴ ἔγωγε τῆς λοιπῆς τὴν καθ' ἡμᾶς συμφορὰν, ὦ ἀνδρῶν λογιώτατε, ἢ τίνι ἐπαλληλίᾳ τῶν ἔσπερον ἀνιαρῶν ἀφηγήσωμαι; ποῖον τούτων πρῶτον εἴπω, τοῖς ἄλλοις δευτερεύειν παραχωρήσω; ὅτῳ μὲν τὴν γλῶτταν κινήσω, ἢ τίνι χεῖρα πρὸς γραφὴν ἐκτείνω; ἐξιστᾷ γάρ μου τὸν νοῦν ἡ μνήμη τῶν γεγονότων, καὶ οὐ ῥᾳδίᾳ πάλιν δοκεῖν τῶν λεχθησομένων τὰ πράγματα, δυσπιχείρητον τὴν περὶ τούτων ἐξήγησιν ἐπαναδύομαι. ἡ γὰρ ἀνατύπωσις τῶν γεγονότων, * ὡς ἄν τις προσπολεῖν τῇ ψυχῇ δόξῃ τῆς μνήμης τὸν κίνδυνον εἰκονίζουσα, καὶ ἀφομοιοῦσα τῇ φαντασίᾳ τὰ πράγματα, τὴν ὁρμὴν τοῦ λέγειν ἐπέχει καὶ διαζευγνύει. οἷα γὰρ ἦν τὰ τελούμενα τότε; οἱ μὲν περὶ τὸ σωματικὸν τὴν τῆς ψυχῆς πλέον διδόντες πεφυλεχθρίδιν, περὶ δὲ θανάτου ἐδυσφόρουν, ἀρχὴν τὴν ἐκφορὰν κακώσεως, τὸν χωρισμὸν ἡγούμενοι τὸν τοῦ σώματος. οἱ δὲ τῇ γῇ προσπεπεδηκότες τὰ γόνατα, * ἀξίως. χρυσίοις τε δακρύων ἐκβολίζοντες, ἀξίοις προσδεχθῆναι τῆς κλήσεως δόξῃ τοῦ τοιούτου θανάτου τὸν Θεὸν ἐλιτεύοντο. ἄλλοι τῇ μνήμῃ τῶν ἡμαρτημένων σωφρονέστερον τοῦ ξίφους ὀξὺ συνειδὸς νυττόμενοι, τὸν ἀναλωθέντα χρόνον ὅτι μεταίχμιον αἰσχρολογιῶν μεταμελούμενοι. ἕτεροι μηδὲν τοιοῦτον ἐνεργῆσαι δυνάμενοι, ἀλλὰ τὸν λογισμὸν προσδόκητον τῇ ἀγωνίᾳ, ἵστανο σωμώδης, δίκην ἀψύχων δένδρων τῷ σωμῷ ἀναλυόμενοι. ἄλλοι δὲ καθάπερ οἴστρῳ τῷ φόβῳ πληττόμενοι, ἀκάθεκτοι ταῖς ὁρμαῖς ἦσαν· ἐξ ὧν δὲ πλῆθοι προσὸς ὃ σκοπὸς τὴν πίστιν ἀσυλλογίστως ἑαυτοὺς ἀκοντίσαντες, ἢ τῷ πρώτῳ τῷ ζωῷ συνεπέρασαν, ἢ τοῖς ἐκεῖσε τρεφομένοις Βαρβάροις ἑαυτοὺς ἐνεχείρισαν.

λη. Τί δὲ τὴν γυναικῶν εἴπω πρῶτον, οἷς καὶ αὐτὸν τὸν ἀέρα συνθρηνεῖν αὐταῖς ἐβιάζοντο, ἤχοις τοῖς ἀναχλήσεις, τοῖς οἰμωγαῖς, τῶν τέκνων τοῖς περιπλοκαῖς; οὐδὲ βούλομαι ἔτι βουλόμενα, κινηθεῖσαν τῷ πάθει, τοῦδὲ τῆς ὄψεως τῶν ἀνδρῶν ἑαυτοὺς ὑποστεκλίειν, ἀλλ' ἀναιδῶς φερόμεναι, ταῖς κόμαις ἔχουσαι λελυμένας, καὶ τῶν προσὸς συστολὴν ἀμελήσασαι, ἤχοντο συνεκβοῶσαι τοῖς θρήνοις, καὶ τὸν κινδύνου καταστενάζουσαι. ἔνθεν καὶ παρθένος οὐ αὐταῖς, ἢ μήπω τῆς οἰκουρίας προβᾶσα, ἀλλ' ἀσφαλῶς τηρουμένη τῷ γάμῳ ἐν συμπότοις πᾶσιν διδιδαγμένη, τὴν αἰδῶ τῆς ὄψεως ἀπεκάρσασα, καὶ μηδ' ὅπ γυνὴ τυγχάνει τῷ δίκῃ λογιζομένη, διὰ τῆς ἀγορᾶς οὐ μέσης, ταῖς ἄλλαις γυναιξὶ κοινωνοῦσα τοῦ θρήνου, καὶ δίκην ἀλαλάζουσα. μαινάδι δ'

XXXVII. Sed quanam tibi ego ratione subsecutam deinceps calamitatem, Virorum eruditissime, aut tantorum malorum longam seriem catenamque describam? Quod horum primum assumens, secundas reliquis partes ascribam? Cujus argumento movebo linguam, aut ad scribendum manum extendam? Rerum enim gestarum dirique casus memoria mentem sede dejicit; ac qui prope oculis res ipsas quas dicturus sum videre videar, quam earum ardua narratio sit, plane sentio. Rerum namque mente informatio, ut quæ ipsum coram animo gestorum periculum per memoriam simulacro exhibeat, ac phantasiæ (vi scilicet cogitandi) effingat ac repræsentet, orationis impetum retardat ac inhibet. Qualia enim erant quæ fiebant per eas angustias? Alii, animi potius, quam corporis noxam reformidantes, ægre mortem ferebant, qui videlicet separationem à corpore futuri ævi pœnarum initium ducerent. Alii, fixis terræ genibus largoque lacrymarum fonte perfusi, digne vocatione recipi, istiusmodi mortis periculo, Deo supplicabant. Alii, delictorum memoria, omni gladio acutius conscientia vulnerati tempus vane insumptum dolebant, mœstique pœnitudine revocabant. Alii, nihil ejusmodi præstare valentes, nimiaque doloris vi excussa ratione atque prodita, tremebundi stabant, velut prope inanimatæ arbores ferri ictum expectantes. Alii velut œstro, metu perculsi, contineri non poterant: quorum etiam plurimi inconsulta mente extra murum ruentes præcipites, vel casu allisi vitam finiere, vel ipsi se Barbaris illic consistentibus tradidere.

Exaggerata argumenti difficultas.

Captæ civitatis species.

XXXVIII. Mulierum autem quid prius referam, quæ vel ipsum aerem una secum planctum edere cogebant; compellationes scilicet & ejulatus liberorumque amplexus? Hæ, gravi dolore concitæ, nec decorum tenere, nec virorum se conspectibus subducere volebant: sed impudentia actæ, solutis crinibus, omniumque oblitæ, quæ ad modestiam ac verecundiam faciunt, flebili clamore adversusque periculum gemitu, Bacchantium more, cursitabant. Inter eas & Virgines, necdum domo prodire solitæ, sed quæ tuto alligandæ servarentur connubio, omnemque modestiam essent edoctæ, pulso ab ore pudore, & neque an mulieres essent, sexumque suum graviore metu cogitantes, medio foro, pari ac maritatæ planctu, diroque ejulatu vagabantur. Monachi ipsi

Muliebris desolatio.

Monachi & Moniales; unde quod nec ipsi, Sanctique servati.

ac Moniales, quotquot ipso jam ætatis flore junioresque virtutis amore sæcularis vitæ affectum libidinemque excusserant, sibi solis Deoque viventes, Monasteriis egressi & per plateas civitatis dispersi, commune excidium ejulatu lugebant. Hinc magnopere miror ac stupeo, ipse mente reputans multiplicem diversique generis dictorum Nazaræorum virtutem, quam colebant solitarii; nocturnas modulatis Psalmorum vocibus productas vigilias, sacram virginitatem, continuas preces jugesque lacrymas; quomodo nihil nobis divinam conciliarunt miserationem? Quomodo fidem suam ad Urbis incolumitatem non obstrinxerunt? Quomodo non virtutis præmio consecuti, ut a periculo liberarentur? Sed magis velut oves absque pastore comprehensi, omnes ferro jugulati sunt, parique cum sceleratis nece interierunt? Enimvero horum mortem pretiosam apud Dominum, ut Psalmus loquitur, arbitror extitisse, cum hoc quoque Dei sapientia caros suos ac famulos honoraverit, ut cum reliquis virtutibus, Martyrii quoque laurea clarescant; patientiæ munera eis cumulatius reponens, arcanorumque bonorum præmia largiens: nostrorum vero scelerum multitudinem, non solum horum preces, sed & Martyrum intercessiones inutiles reddidisse; ut ex iis, quibus jam recentique exemplo sumus accepti malis, intelligere possent omnes divinarum Legum contemptores, cum majorem in modum nequitiæ indulgent seque vitio mancipant, nullo se ab ira Dominica justaque ultione, liberatum iri salutari subsidio.

Psal. 115. 15.

XXXIX. Ut itaque ingressi, per omnia Urbis loca dispersi sunt Barbari: omnis ætas omneque hominum genus ab eis confestim trucidatur. Neque enim ulla eis miseratio erat, qui pridem rabie exarsissent, nostramque internecionem sitirent: sed & senex, &

Thessalonicensium dira cædes.

florenti adhuc ætate atque juvenis, quisquis denique occurrisset, gladio necabatur. Nec verò lethali statim vulnere feriebant, sed ut diutius doloribus excruciarent, quæ circa dorsum coxasque sunt concidentes, tarda eos nece conficiebant. Ac ne sic quidem exsatiabatur eos obsidens furor; sed quod non sæpius mori poterant, immanitatis rabie gravius dolebant. Ut enim belluinam illam ac indomitam libidinem satiarent, nec mulieribus ipso jam mali initio, neque pueris ipsis pepercerunt, quorum immatura ætas haud raro etiam ferarum oculos ad miserationem cogit;

A καὶ μονάζουσαν, ὅσαι τῷ σωφρονεῖν τὸ βίου κεκμηκυῖαι νέοι ὑπῆρξαν τῷ φίλτρῳ τῆς ἀρετῆς ἀπεσείσαντο, ἑαυτῆς μόνοις καὶ Θεῷ ζῶντες, τῶν ἀσκητηρίων ἐκδύντες, καὶ ταῖς πλατείαις διεσπαρέντες τῆς πόλεως, τὸν κοινὸν ὤλεθρον γοεραῖς ἐκλαυμύριζον. ἐξ οὗ δή μοι ὁ θάμβος ἐπῆρται, ὅταν καὶ νοῶ λαβὼν τὴν ποικιλίαν καὶ διαφορὰν ἀρετῶν τῶν Ναζιραίων ἐκείνων, ὧν κατεμόνας ἐφιλοπόνουν, ἤτοι τὴν πεμπτουσαν Ψαλμῳδίαν καὶ τὴν ἱερὰν παρθενίαν, τήν τε ἐκτενῆ προσευχὴν καὶ ὃ ἀκατάπαυστον δάκρυον· πῶς τὴν πρὸς ἡμᾶς θείαν οὐ.... συμπαθῆσαν; πῶς οὐ κατεκλινήσαντο τὴν πόλιν; πῶς οὐχ ὕβριν ἔπαθλον ἀρετῆς τὴν ἀποφυγὴν τοῦ κινδύνου; συνελήφθησαν δὲ μᾶλλον, καθάπερ ἀνεπισκόπητα προβατα, πρὸς τῆς μαχαίρας γενεότητι, καὶ τῷ κλήρῳ τῶν ἁμαρτωλῶν τῆς σφαγῆς κοινωνήσαντες. πλὴν ἡδύμην, ὅτι τούτων μὲν ὁ θάνατος, ὡς φησιν ὁ Ψαλμὸς, τίμιος γέγονεν ἐναντίον Κυρίου, καὶ τούτῳ τῷ Σοφοῦ τοὺς οἰκείους τιμήσαντος, ἵνα μὴ τῆς λοιπῆς ἀρετῆς, καὶ ὃ τέλος μαρτυρικὸν ἀπενέγκωνται, ὡς δὴ ὑπεραληθεύσηται τούτοις τὰ τῆς ὑπομονῆς γέρα, καὶ τῶν ἀῤῥήτων ἐκείνων ἀγαθῶν τὴν ἀνάδοσιν· ἡμῶν γε ὁ πλῆθος παραπλώσεων οὐ μόνον τὰς τούτων ἐπεύξῃς, ἀλλὰ καὶ τὰς τῶν Μαρτύρων πρεσβείας ἀσπουδεῖς δεήσεων πεπόηκεν· ἵν' ἡμῶν παθόντων, ὅσῳ πάνδημα πεπόνθαμεν, ἔχωσι γνώναι πάντες οἱ τῶν θείων καταφρονηταὶ ἁμαρτάξεων, ὡς κακίᾳ πλεονεκτοῦντας, σφᾶς αὐτοὺς τῆς διασωτικῆς ἀπειλῆς τῶν ὑπερείων βοηθημάτων ἐξαιρήσασθαι δυνησομένους.

λθ'. Ὡς γὰρ εἰσῆλθόν τε πᾶσαν εἰσελθόντες διεμερίσθησαν τὴν πόλιν οἱ Βάρβαροι, θᾶττον πᾶσα ἡλικία καὶ πᾶν γένος ἀνθρώπων ὑπ' αὐτῶν ἀνῃρέθη. οὐδὲ γὰρ ἦν οἶκτος αὐτοῖς οὐδεὶς πάλαι προμεμηνόσι, καὶ τὴν καθ' ἡμῶν ἀνῃρῶσιν ἀπώλειαν· ἀλλὰ καὶ γέρων καὶ ἀκμάζων ἔτι καὶ νεανίσκος, καὶ πᾶς ὁ προσιὼν ἔργον ἦν τοῖς μιαιφόνοις ἰδεῖν. οὐδὲ κρισίμως κατ' αὐτῶν ἀφίεσαν πληγάς, ἀλλ' ὡς δὴ αὐτοῖς ἐνδιατρίβειν ποιοῦσι τοῖς ἀλγεινοῖς, τὰ πρὸς τὸν νωτον μέρη καὶ τὰς μηρικὰς κατατέμνοντες, βραδύζην αὐτοῖς τὴν τελεώσιν προεβιάζοντο. καὶ οὐδ' ὕτως ὁ πολιορκῶν αὐτοῖς ἐνεπίμπλατο θυμός· ἀλλ' ὅτι μὴ πολλάκις δυνατὰ θνήσκειν, μᾶλλον ἐδυσφόρουν. ἵνα γὰρ τὴν θηριώδη καὶ ἀδάμαστον ἐκείνων ὄρεξιν ἐμφορήσωσιν, οὐδὲ γυναικῶν ἐφείσαντο κατάρχας τοῦ κινδύνου, οὐδὲ παίδων αὐτῶν, ὧν ὁ τῆς ἡλικίας ἄωρος ἄλγη διάξεται πολλάκις καὶ θηρῶν ὀφθαλμοὺς εἰς συμπάθειαν

ἀλλ' ἰῷ ὅλίσις ἅπασιν ἡ ζημὴ, καθάπερ ἐν χλοηφόρῳ πεδίῳ, πᾶν ὃ παρατυχὸν ἐκθερίζουσα· ὡς ἐν βραχείᾳ καιρῷ ῥοπῇ ἄοικον ἀποδεδημιῶσθαι τὴν πόλιν, τὴν πρὶν μικρὸν εὐοχλουμένην καὶ τοῖς πλήθεσι βεβυσσομ. καθὸ γὰρ φθάσαντες ἐξέπεμψαν, ὃ μὲν τῆς δήμου τὰς ἀκρωρείας κατειλήφει τὴν καλουμένην Ακρόπολιν στειλάμενον, ἢ τὴν Περιστερίδα τὴν ὁσίου Δαβὶδ ὀνομαζομένην. τοῦτο γὰρ μᾶλλον * ὑπερῳκισμένοις τῆς λοιπῆς * ὑπερδεδεμένοις πόλεως, ἔνθα δὴ καὶ πλῆθος ἰῷ μοναχῶν ἀρετῇ πάντων καὶ τῆς οὐρανίου πολιτείας ἠξιωμένων. ὃ δὴ πάλιν τοῖς δυσὶ πύλαις προσῤῥύν, τοῖς πρὸς δύσιν ἀφορώσαις τῆς πόλεως, μέρη ἐχόντων πάντων ἀπουδήν, τῷ ξίφους διεκφυγεῖν τὴν ζημίαν. ἀλλ' οὐδὲν πλέον τῶν ἄλλων διώνυον, τῶν πυλῶν ἐκτὸς τῶν Βαρβάρων ἐφεδρευόντων, καὶ μηδ' ἄλλως ἔχοντες δύχερῶς ὑπερβαίνειν, τῷ στενωτικῷ πιέζοντες ἀλλήλους, καὶ τὴν διέξοδον ἀποφράττοντες.

μ'. Οἷον γὰρ ἐγένετο κακὸν ἐν τῇ καλουμένῃ Χρυσῆν πύλῃ; πῶς προθυμεῖσθαι ταύτῃ βουληθέντες μικροὶ, ὅσοι τῆς δήμου, τῷ ὥρᾳ στειρῥύκεσθαι, διήμαρτον τῆς ἐπιχειρήσεως. μόνον γὰρ ὅτι τὰς πύλας ἀλλήλων διέῳξαν, καὶ τῷ ἰδίῳ πιλήματι πάλιν ἐν ἑαυτοῖς στειβόμενοι αὐτὰς κατεπαναγκάσαν· οὕτω δὴ ἔχοντας αὐτοὺς κατιδόντες οἱ δυσμενεῖς, οὐκ ἐπὶ καθ' ἕνα τοῖς ξίφεσιν ἀπῆεσαν, ἀλλ' ὡς ἐνῆδον στενοφιγμένους, ἀλλήλων τὲ ἐχομένους καὶ ἐκπαπῆναι μὴ δυναμένους, τῇ κοπῇ αὐτοὺς τοῖς ξίφεσιν ἔπαιον· ὡς μὴ τὸν πλησίον διαιρεθῆναι τὸ προσυχόντος τὸν κεφαλὸν, ἐς τοῖς ὁμοίοις τῇδε κἀκεῖσε τὰ μέρη συμπίπτειν. καὶ μηδὲ μὴ θανάτου τῇ γῇ δίδοσθαι, ἀλλ' ἔτι προσκρατεῖσθαι τοῖς λοιποῖς σώμασιν, ἕως πάντων ἀναιρεθέντων, καὶ ὥσπερ τὸ ὑποσπειζόντος, τῆς ἀπάντων λέγω ζωῆς ἀμφοτέρας, ἅμα πάντας ἀλλήλων καθάπερ ἐς τῆς τελευτῆς κοινωνήσαντα.

μά. Τὸ δ' αὐτὸ τοῦτο καὶ ἐπὶ τὴν ἄλλην πύλην, ἣν καλοῦσι Λιτὴν, προσχωρῆσαι συνέβη. καθὼς γὰρ ἔφαμεν τὴν ἄλλην, τὰς μὲν [14] πρὸς θάλασσαν ἐξαιρούσας, αὐτοὶ προκατεῖχον Βάρβαροι· τὰς δέ γε πρὸς ἀνατολὴν ἀφορώσας, ἡμεῖς προαποκλείσαντες ἤλθομ, τὴν τοῦ πυρὸς μηχανὴν, ἣν καὶ τὴν ἔξω τοῦ προτειχίσματος πύλην προπεπόνθαμεν, καὶ ἐν αὐτῇ ὑφορώμενοι· ὡς λοιπὸν ἐκ τούτων πάντων ἀπορωτάτην ἡ δῆμον πρὸς τὴ φυγὴν, πρὸς τὰς ἀγυιὰς μόνον ἐλθεῖν, καὶ ἀπάντων τῷ θανάτῳ προσπίπτειν. ὀλεθρὸν γὰρ ὀλίγοι, καὶ λίαν, ὡς εἰκὸς, διαρίθμητοι, καὶ ὃ δυτικὸν μέρος τῆ λιμένος ἑαυτοὺς τὴν τειχῶν ἀκτὰς

A sed cunctis perinde indicta excisio erat, quæ velut in prato herbescente quicquid obvium esset, demeteret. Hincque adeo factum est, ut brevi temporis momento, urbs, quæ paulo ante vix non angusta habitatoribus erat ac plebe constipata, deserta vilescceret. Ut enim superius diximus, populi pars collium cacumina ad Acropolim sic dictam (i. Arcem) occupaverat, aut quam sancti Davidis Viciniam vocant. Quæ regio, reliqua Urbe altiore situ eminet: ubi etiam Monachorum multitudo erat, viri omnes virtute clari, cœlestique instituto digni habiti. B Pars vero rursus ad duas portas, ad occidentalem Urbis plagam respicientes, confluxerant, in hoc unum cunctis operam conferentibus, ut gladii ictum effugerent. Sed nihil his melius cessit, quam aliis, cum jam Barbari * extra portas insiderent, nec alioqui facile eis esset ut transirent, cum alter alterum pulsando comprimerent, exitumque obstruerent.

Desolata civitas.

* Allat. *intra*.

XL. Quantum enim contigit malum in porta, quam Auream vocant? Quomodo, qui eò confluxerant (omnis illa populi pars) cum aliquantulum aperire voluissent, conatu frustrati sunt? Vix enim valvas diducere cœperant, cum conferta hic multitudine atque agmine, in se rursus coire nectique compulerunt. Quos ita constipatos cum hostes offendissent, non jam viritim ensibus obtruncabant, sed ut illos inter se compressos, aliosque aliis hærentes averti non posse conspexerunt, in faciem gladiis cædebant: adeo ut post ictum cujusque diviso capite, hinc inde partes dissilirent, & ad similia utrinque membra conciderent. Ac neque post mortem humo mandabantur, sed cum reliquis adhuc corporibus pari acervo tenebantur, donec omnibus trucidatis, ac velut fulciente, omnium scilicet eliminata vita, uti morte sic & cruore socio jungerentur.

Ad portam Auream cædes.

XLI. Hoc ipsum vero, & in porta, quam Litæam vocant, fieri contigit. Nam Barbari, uti diximus, priores reliquis occupaverant portas, quæ ad mare ducunt. Quæ vero ad ortum, nosipsi ante occluseramus, in iis quoque suspectam habentes machinam, cujus in exterioris muri portis noxam labemque sensseramus. Hincque adeo omni undique præclusa fugæ ineundæ spe, populus in plateis solum volutabatur, inque mortis casses omni loco incursabat. Vix enim pauci, valdeque, ut par est, numero exigui, in occidentali ora portus sese e muris proji-

cientes, periculum evaserunt. Quidam A etiam alii, e porta quæ ad Acropolin (Arcem scilicet) est, sese clam subducentes, cum necdum calamitas appetiisset, saluti consuluerunt. Et hi fuerunt Sclavenorum Duces, meditati fugam multo ante, atque portarum illarum claves eam in rem pridem sustinati. Quos decebat, mali mole inspecta, cuivis exitum permittere. Sic namque multi ibi constituti, antequam adventassent Barbari, cædem declinassent. Hi tamen nihil ejusmodi in animum saltem inducere sustinuerunt: sed suis semper rebus prospicientes, attentisque animi rationibus quomodo hinc quoque periculum a se depellerent, portis paulum subapertis, seque prompte subducentes atque dilapsi, uno quodam ibi relicto, qui & rursus egressis illis portas clauderet, in eum modum omnium saluti insidiati sunt. Tunc quoque id dolo commenti, non se fugam inire, sed potius ad socios Strymmonitas suscipiendos (ita nimirum jubente Prætore) exire.

Sclaveni fuga delapsi, in cives inofficiosi.

XLII. Nec multum temporis interceſſerat, cum Barbari, ſtrictis gladiis in portas ingruentibus, nemo ultra tuto, vel ſaltem foras proſpicere poterat, tantum abeſt ut periculum poſſet vitare. Nam & ego ipſe cum patre, & C fratribus, quos duos ætate juniores, atque ad hoc uſque ævi meæ habeo tum captivitatis, tum reliquarum ærumnarum conſortes, eadem hora cum aliis civibus, iiſque non admodum paucis, eodem in loco conſtiteramus. Et ut jam triſtes illas inſidias paſſi ſumus (poſtquam enim fraus illis commiſſa eſt, nos rem, uti geſta erat, cognovimus) retrocedimus omnes, & in civitatem incredibili celeritate feſtinamus, alio alioque diſperſi, pro ea ac mali vis ferebat, metus ſpecies, exque illo affectus alios atque alios digerens. Viſum itaque eſt patri & nobis, cum nondum Barbari ad nos perveniſſent, in turrim quandam in interiori muro ſitam interim evadere, & non multitudini commiſceri; ut forte, imminentibus hoſtibus, ab aliis disjuncti, ſolique in propugnaculis ipſos alloquentes, facilius ſupplicatum iremus, vitæque noſtræ aliquo modo provideremus. Quod & divina providentia factum eſt: quonam vero id pacto, & quam inaudita ſtupendaque virtute, dicere nunc aggredior.

XLIII. Murum celeriter accurrentes conſcendimus, ac propugnaculum quoddam, venerandis, inter Apoſtolos primum vocati Andreæ, Ædibus

ἡσθμτες, τ̃ κίνδωνον ὑπεξέφυγον· καὶ ἄλλοι τῆς κ̃ τὴν Ακρόπολιν πύλης λαθ́ρα ὑφεκδραμόντες, ὡς τὸ τὴν συμφορὰν ὑπεσάναι διεπύσθμην τὴν ζωήν. οὕτω ἡ ἦσθμ οἱ τ̃ Σκλαβηνῶν ἡγεμόνες, πάλαι ὡς μελετήσθμτες τοῦτο, ἐ τὰς κλῆδας τ̃ πυλῶν ἐκείνων ὡς ὑφελόμενοι· οἷς κ̃ ἐξεῖναι, τὴν ἀκμὴν τ̃ κακοῦ θεασαμένοις, πάντι τῳ ὡς φυγόντι ταῦτα χωρῆσαι τὴν ἔξοδον. οὕτω γὰρ πολλοὶ αὐτόθι λαχόντων, ὡς τ̃ τοῖς Βαρβάροις ἀπελθεῖν, τὸν θάνατον ὑπεξέκλινάν αὖ. οἱ δὲ τὸ ὅλον μὴ σόβῳ, σόβῳ ἐς νοῦν λαβόν ἡνέχοντο· ἀεὶ ἡ ὃ οἰκεῖον ὡς ὁρώμενοι, κ̃ ὅπως τὸν κίνδυνον ἀφαιρήσονται καὶ αὐτῶν ἀφασκευάμενοι, τὰς πύλας μικρὸν ὑπανοίξαντες, κ̃ τ̃ ὑπεκδρομὴν πειθῆς ποιησάμενοι, ἕνα μετὰ ὃν τόπον καταλιπόντες ὡς τὸ μὴ τὴν ἐκείνων ἔξοδον ἐ αὐτὸς ταῦτας συγκλῄσαι, οὕτω τῆς πάντων ἐπιβουλεύσθμτο σωτηρίας. καὶ ὅτε ὡς φασιν μετὰ δολίαν πλασάμενοι, ὡς οὐ ὡς φυγὴν ἐκτρέποντα, ὡς ὑποδοχὴν ἡ μᾶλλον τ̃ Στρυμωνιτῶν συμμάχων, ἵν τ̃ Στρατηγὸν δέξηνται τοῦτον ὡς προσάξοντος. 15

μϚ'. Οὐ πολὺ ἡ ὃ ἐν μέσῳ, καὶ ξιφήρεις οἱ Βάρβαροι ταῖς πύλαις ἐπέστησαν· κ̃ οὐκ ἔτι δυνατὸν ἦν σόβῳ ὡς προβλέψαι μόνον ἐκτὸς ἀκινδυνίας μετὰ, μήτι γε τὸν κίνδυνον ὑπαλύξαι. καθ́ὁ γὰρ αὐτὸς σὺν τῷ πατρὶ ἐ τοῖς ἀδελφοῖς· δύο δέ μοι εἰσὶν οὔτι νεώτεροι τῆς ἐμῆς ἡλικίας ὑποβεβηκότες, οἱ μέχρι τ̃ δεῦρο τῆς τε συμφορᾶς ἐ τῶν λοιπῶν ἀλγηδόνων μοι συγκοινωνοῦντες, καὶ αὐτὸν τὸν ὥρᾳ πρέποντες βιβρήσκομαι δὲ ὃ τόπῳ μ̃ καὶ ἄνων ἄλλων τῶν ἀπὸ τῆς πόλεως οὐκ ὀλίγων. ἐ ὡς ἤδη τὸν πονηρὸν ἐκείνῳ ὑπαίσημον ὑπεβουλεύ. μ̃ γὰρ ὃ προσχθῶσι τὸν σκῆψιν, ὃ συμβολὴ ἐπιγενέσθαι, καὶ ὁπλοφόρητοι πάντες, ἕκαστος ἡμῶν ὡς εἶχε τάχους, ὡς τὸν πόλιν σωπλαυνόμεθα, ἄλλος ἄλλαχ̃ διαρρήγνυτες, καθὼς δὴ ἦγεν ἡ συμφορὰ, ἔ φόβου ἀφαιρεῖσα τὰ φρόνημα. ἔδοξεν οὖν τῷ τε πατρὶ κ̃ ἡμῖν, μήπω πεφθακότων ὡς ἡμᾶς τ̃ Βαρβάρων, ἐς ἅπαν πύργον τ̃ κ̃ ὃ ὑψηλότερον τῆς περιοχῆς αἰώνας τέως, ἐ μὴ τῷ πλήθ συνωθισμένους, ὡς ἂν τ̃ πολεμίων τυχὸν ὑπερόντων, τ̃ ἄλλων διαρρήγνυτες, κ̃ μόνοι ζωὴν κ̃ τ̃ ἐπάλξεων ὑπερτυγχάνοντες, δυνηθῶμεν ἅπασαν εὐπορίαν τύπτοις ὡς προσαγαγεῖν, κ̃ τὸ ζῆν ἑαυτοῖς ἀσφάλεσθαι. ὃ δὴ καὶ γέγονε τῇ θείᾳ ὡς προνοίᾳ. ὃ δ' ὅπως, καὶ μεθ' οἵας τ̃ ἀδοξοποιοῦ δυνάμεως, λέξων ἔρχομαι.

μγ'. Ἀνήλθομεν ὖν τ̃ τείχη, ἀσυδῆ γέροντες κατά ἅπαν ὡς ἔθελον ἀΰπτρὺ τὸ ὑπὲρ σιδηρίου σέσωμ τὸ Πρωτοκλήτου τῶν Ἀποστόλων Ἀνδρέου.

δρέου. πέντε δέ ἤμεθα οἱ πάντες ὁμοῦ, ὁ πατὴρ ὁ ἐμός, κἀγὼ σὺν τοῖς ῥηθεῖσι δυσὶν ἀδελφοῖς, καὶ τὶς ἕτερος μετέχων καὶ αὐτὸς τῆς ἡμῶν ἀγχιστείας. Κληρικοὶ πάντες, ἐκ παρ' ἡμῖν Ἀναγνωστῶν ἀφαρπάσαντες ἁγίασμα. μικρὸν ἡ αὐτόθι καθυπηχήσαμεν, καὶ καθ' ἑαυτοὺς λογιζόμενοι ὃ ἐφεστὸς τῆς μαχαίρας τέλος, ἠρξάμεθα τῶν γόων, ἕκαστος τῆς τε οἰκείας ψυχῆς, καὶ τῆς ἐξ ἀλλήλων καταστενάζοντες διαιρέσεως. καὶ πρῶτος ἐξῆρχε θρήνων ὁ πατήρ, ἤδη προβεβηκὼς ὤν, καὶ πολλῷ πρὸ τοῦ λόγου ὑπεκπεπωκὼς ἐξηκοντάδος, Φεῦ μοι, λέγων, ὦ τέκνα πολυπαθῆ, οἷς ἔνεστιν * ὦν προελήφθαι, καὶ ἔνι ταῦτα ἀπέχειν τῇ δυσπρώρῳ μου ταύτῃ καὶ ταλαιπώρῳ ζωῇ, ἵν' οἷς ποτὲ ἀφαρέσεις ἀπέτεκον χρόνοις καὶ τῇ ἡμέρᾳ προέθηκα, ὑφ' ἓν ἴδω τὸν τελευτῖον ἀναρίθμους, καὶ μηδ' ὅσα τοῖς ἀτυχεῖσιν ὀξὺ συγκεχωρημένον, ὀφλεῖν ἄγω, ἄξιον τῶν πάλαι ὀδύρασθαι. συνεκάλεσα γὰρ ἂν πρὸς τὰ κοινὸν τοῦτο καὶ ἀπαρηγόρητον πάθος, καὶ αὐτὰ τὰ ἄψυχα τῶν κτισμάτων κοινωνῆσαι μοι τῶν πάθους καὶ τὸν συμφορᾶν συμμερίσασθαι. οὐδὲ γὰρ οἱ πάντες τῶν ὁμοπατρίδων ἄλλως ἄρρισιν, ἢ ἐγὼ, ἕκαστος * ἰδίᾳ τῶν οἰκείων ἀπεκδεχόμενος, καὶ τῶν ἑτέρου συμπαθείας ὑπιδεόμενος. ἐμοὶ γὰρ δύο δεινὰ συνέβη καθ' ταὐτὸ, ὅ, τε ψυχικὸς κίνδυνος, ὃν ἀμφὶ πάσης τῶν ζωῆς ἀπαθυμήσαι, καὶ ὁ ἐξ ὑμῶν οὕτως ἀπροσδόκητος χωρισμὸς, ὃν οὕτως οὔποτε προσεδέξαμεν, ἀλλ' ἀεὶ δι' ὑποτύξεως εἶχον, ὑφ' ὑμῶν καλυφθῆναι τὰ βαρυπενθῆ ὄμματα τοῦτα, ἵν' ἐπιμαπαυσάμενος τοῖς ὑμετέραις χερσὶ, τῷ τάφῳ τῶν πατέρων δοθῶ, καὶ ὑμᾶς ὑπ' ἀσφαλείᾳ καταλείπω, τῆς τε μητρὸς γηροκόμους, καὶ τοῖς ἔτι ἡμιδεῖ νέοις καὶ τῷ χρόνῳ καθυστερίζοισι δυσὶν ἀδελφοῖς ὑμῶν τοῖς τὸ ζῆν ἀφορμαὶ προσποιήσοντας. νυνὶ δὲ πᾶσα μοὶ τοιαύτη διέλωλεν ἐλπὶς, ὑπ' ἐσχάτοις ἢ τοῖς δεινοῖς ἀπειλημμένος, ἄωρον ἐκδέχομαι τὸν καθ' ὑμῶν τελευτῖον. καὶ οὕτω με τετήρηκε τῶν αἰσθήσεων ὁ πλοῦτος, καὶ εἰς τοῦτον τεταμίευκε τὸν ἡμέραν, ἵνα κατ' ὀφθαλμοὺς ἴδω τὰ φίλτατά μοι τῶν τέκνων, βαρβαρικῷ ξιφῶν διαναλωμα· καὶ τὰ παμπόθητα μέλη, τοῖς χερσὶ τῶν δημίων ἀπλεῶς διαπορθμα. ὦ τῆς ὠδῖνος. οὐδὲ τοῦτο ἀσφαλὲς ἔχων, ὅτι τὸν δύστηνον ἐμὲ πρῶτον ὁ μιαφόνος τῆς ζωῆς ἀπαλλάξῃ. ἰῶ γὰρ ὡς ἂν συγκρίσῃ κακῷ, ὃ κατ' ἐμὲ φορητὸν· ὕστερον δέ μοι ὃ νεάζον καθέστηκε τῆς καθ' ὑμᾶς ἡλικίας, καὶ τῶν προσώπων ὃ ἀθρῆσαν μεμυθεῦσθαί με ποιῇ, πρῶτον τῆς ἀφ' ὑμῶν τομῆς τοῖς χροιᾶς ἐμφορηθέντας, ἂν ὑστέρῳ με πολλοῖς ἐπομειλιμένοις θανάτοις, καὶ καθ' ἕνα ὑμῶν ἀθλήσαντα, οὕτω τοῖς ὑμετέροις αἵμασι συμφυραθῆναι.

A adversum. Omnes quinque simul eramus, pater meus, & ego cum duobus fratribus (quos dicebam) atque alius quidam, ipse quoque nobis affinitate conjunctus; Clerici omnes, & Lectorum ordine insigniti. Ut ibi paululum conticuimus, ipsi nobiscum imminentem reputantes gladii exitum, lamenta occœptavimus, singulis tum suæ cujusque animæ, tum mutuam inter se divisionem deplorantibus. Ante vero omnes pater, longe jam provecta ætate, & dicendi artibus plurimum exercitatus, sic primum planctum auspicatur: *Væ mihi*, dicens, *fili, multis* Patris Nænia.
B *ærumnis malisque obnoxii, in quibus nunc circumvolvor, & cui hæc, infelici atque afflictæ huic vitæ meæ, reposita erant! ut quos diversis temporibus genueram, liberosque susceperam, eorum uno momento mortem conspicerem; nec, quod infidelibus conceditur, tantum mihi superesset temporis, quo tantæ calamitati paria ingemiscerem. Convocassem enim ad communem hunc & inconsolabilem luctum, ipsa etiam inanimata, ut una mecum doloris atque infortunii partem assumerent. Neque enim ulli alii civium, aliter ac ego ipse affecti sunt, ut cum e suis aliquem dire lugeant, aliorum propenso miserantis affectu indigeant. Me vero duo*
C *mala eodem momento invadunt; tum animæ periculum, ut qui nequiter ac perdite vitam transegerim, tum hæc à vobis inexpectata divisio, quam sic eventuram in animum nunquam induxeram; cum hæc jugiter mea vota essent, ac supplicarem, ut hosce vos luctuosissimos obtegeretis oculos; qui nimirum requiescens inter vestras manus, majorum sepulturæ traderer, & vos in vado relinquerem, qui matris senectutem curaretis, & adolescentulis ætateque minoribus duobus fratribus victus necessaria provideretis. At nunc omnis ejusmodi spes mihi sublata est, &*
D *in mediis irretitus malis, immaturam mortem vestram expecto. Sicne me scelerum copia servavit, & in hunc reservavit diem, ut ob oculos carissima pignora Barbaricis gladiis concisa viderem, membraque mihi desideratissima per manus lictorum crudeliter discerpta conspicerem? O doloris vim! neque id tuto tenens, an me miserum parricida primum vita privabit. Nam esset, malis hinc inde collatis, hoc mihi tolerabilius malum. Verum mihi suspecta est vestra juvenilis ætas, ac vultus flos vaticinari facit, vestris prius cædibus hostibus satiatis, postmodum me, multas mortes perpessum, & in singulis vobis nova semper certamina ingressum, sic vestris cruoribus immiscendum.*

* ὧν.

* ἰδιάζοντος.

Christiani planctus castigata ratio.

XLIV. *Enimvero adverto me, dulcissimi filii, ab eo quod officii erat, per imprudentiam procul aberrasse, & quæ non decebat, lamentis inserta deplanxisse. Etenim victus à malo sum, & communis calamitas, adversum tempus atque res, etsi invitum, planctum edere coëgit ac quiritari. Quis enim, vel si saxeo pectore sit, sic diri casus acerbitate abreptus, seipsum suosque tanto malo oppressos non deploraverit? Caterum nihil est, quod velit aut agat Deus, quod non ad utilem finem providentia disponat. Forte enim ob ingentem nostram pravitatem, decretum erat ut sic moreremur: & ecce ob oculos, qua vitam exolvamus, ultio, & qua gladiis violenter in animas nostras animadvertatur. Haud enimvero injustus est, qui hæc nobis evenire, animamque a corpore violenter avelli, ac pœnas scelerum, in futuro Judicio infligendas, hic nos luere permisit. Quare state fortiter, vestram omnem spem in eum solummodo collocantes, qui super terram potest peccata dimittere. Quanquam vero ærumnarum aliquid ferendum sit, ejus fidei gratia, clausis oculis sustineamus, nec mortis hunc interitum quicquam timeamus; quem etsi non hac ratione, alia tamen omnino sustinere necesse est, & ut debitum naturæ fatoque dependamus. Sit ergo nobis vitæ privatio, gratiarum actionis argumentum atque ratio, ut non solùm moriamur, sed & in spe futuræ beatitatis mortem oppetamus.* Hisce monitis, ad mortem gladio destinatam nostrûm singulos erudiebat, & ne hac consummari refugeremus, animos alacritatemque præstabat.

XLV. Dum hæc ille ad nos loqueretur, aliique alios complexi & in colla ruentes, vale diceremus, en adest & Barbarorum manus, nec exiguo numero, Æthiopica cute nudisque corporibus, strictis ensibus, immaniter insultantium suumque instar dentes exacuendo rabiem furoremque prædentium. Cumque in locum venissent, eos primum contrucidant, qui ibi prope murum convoluti a portis maligno nocendique consilio clausis, nobiscum reversi erant. Quibus scilicet nihil aliud curæ fuerat, quam ut solum lictoris dexteræ collum supponerent, seque motu gestuque corporis ictui excipiendo aptarent. Ac videre erat rem stuporis horrorisque plenam. Si enim sicarius, dedentis se atque ad necem inclinantis obsequendi facilitate, miserantis ullo sensu affectus esset atque compunctus, lethale vulnus adigens, eum a doloribus ocyus liberabat: sin minus saxeum cor emollitum esset, sed vesana se rabie oblectare mallet, capto-

Immitis civium cædes.

μοί. Ἀλλὰ γὰρ ἔλαθον ἐμαυτὸν, ὦ φίλτατα τέκνα, πόῤῥω τῶν δέοντος πλανηθεὶς, καὶ ἄκαιρον οὐκ ἔδει τοῖς θρήνοις συνεξέπεσον. νενίκημαι γὰρ τῷ κακῷ, καὶ ἡ παρόδημος συμφορὰ καταστέλλαι τὸ καιρόν, καὶ τὴν προσταγμάτων, καὶ ἄκοντά με πρεσιάπτωτον. Ὡς γὰρ αὖ καὶ λιθίνων ἔχων καρδίαν, τῶν δὲ τῶν πάντων συνεπῳδὸς, ἑαυτὸν καὶ τοὺς ἀμφ' αὐτὸν τοσούτῳ κακῷ συνελθόντας μὴ ἀποδύρηται; ἀλλ' οὐδέν ἐστιν ὃ βούλεται καὶ προστάττει Θεὸς ὃ μὴ θεσπίοις, μὴ πρός τι χρήσιμον τέλος οἰκονομούμενον. Τάχα γὰρ ἀπέκειτο ἀφ' ὑπερβολὴν πονηρίαν ἡμῶν, ὃ οὕτως ἀποθανεῖν· καὶ ἰδοὺ κατ' ὀφθαλμοὺς ἡ τῆς ζωῆς ἐφέσηκεν ἔκπτωσις, βιαίως τοῖς ξίφεσι τὰς ψυχὰς ἡμῶν ἐκτινάσσουσα. Ἀλλ' οὐκ ἔστιν ἄδικος ὁ συγχωρήσας ταῦτα παθεῖν, καὶ τόνδε κατεπείγων βίαιον τοῦ σώματος χωρισμόν, καὶ τὰς θύθεν τῶν ἡμαρτημένων καὶ τὰ μέλλοντα ἐπιφορήσεσθαι δίκας. δεῖ γέ πως γενναίως τὴν ἐλπίδα πᾶσαν πρὸς αὐτὸν μόνον ἀπαιωρήσαντας, τὸν δυνάμενον ἀφιέναι ὑπὲρ τῆς γῆς ἁμαρτίας. Καὶ καίπερ δεινὰ παθεῖν ἀληθῶς, χάριν τοῦ εἰς αὐτὸν πίστεως, ἐνεγκωμεν μύσαντες, καὶ μηδὲν φοβηθῶμεν ἀπὸ τοῦ σωματικοῦ τούτου θανάτου, ὃν εἰ καὶ μὴ οὕτως, ἀλλά πάντως ἑτέρως καθυποστῆναι χρεών ἐστι, καὶ τῇ γενέσει ὃ ὀφείλομεν λειτουργῆσαι. γενέσθω οὖν ἡ τῆς ζωῆς στέρησις εὐχαριστίας ἡμῖν ἀφορμὴ, ἵνα μὴ θανώμεν μόνον, ἀλλὰ καὶ ἐπ' ἐλπίδι τῆς ἐκεῖθεν μακαριότητος. Ταῦτα λέγων, ἕκαστον ἡμῶν πρὸς τὸν ἀφ' ἑξῆς θάνατον ἐπαναδοτεύει, καὶ προθυμίαν παρέχε μὴ ἀποδοκεῖν τὸ τελείωσιν.

μέ. Ἐν ὅσῳ δὲ ταῦτα πρὸς ἡμᾶς διελέγετο, καὶ συμπεσόντες ἀλλήλοις τὰ τελευταῖα συνεπαθήμεθα, ἰδοὺ καὶ τῶν Βαρβάρων κατεφάνησαν ἅμα τινὲς ὀλίγοι, τὸν ἀριθμὸν οὐκ ὀλίγοι, Αἰθιοπες τὸ χρῶμα, τὰ σώματα γεγυμνωμένοι, ἐσπασμένας ἔχοντες τὰς μαχαίρας, δάκνον ὀξαλλόμενοι, καὶ τῇ προθυμίᾳ τῶν ὀδόντων, συσὶ δίκην ὃ μάνικον δηκνύμενοι. ἐφεστῶτες οὖν τῷ τόπῳ, πρῶτον τοὺς μετ' ἡμῶν ὑποστρέψαντας ἀπὸ τῆς τῶν πυλῶν κακουργοῦ συγκλείσεως, αὐτοῦ που πρὸ ὃ τεῖχος εἱλουμένους, τοῖς ξίφεσιν ἐκείνοις διεχρήσαντο. οἷς οὐδὲν ἦν πρὸ τούτου πλέον μελετηθὲν, ἢ μόνον τὴν δεξιᾶν ὑπ' δημίου τὸν αὐχένα ὑποτέχειν πρὸς τὸν τομέα ἁρμαπίζεσθαι. καὶ ἦν ἰδεῖν ὃ προπεπόμενον ἐκπλήξεως γέμον. Εἰ γὰρ τῷ ὑπειθεῖ τῶν ἑαυτὸν προδόντος καὶ πρὸς τὸν θάνατον ὑποκλίνοντος, ὁ φονεὺς κατεύγη, καιρίαν ἄγων, θᾶττον αὐτὸν τῶν ἀλγηδόνων ἀπήλλαττεν· Εἰ δὲ μὴ ἐμαλάττετο τὸν λιθώδη καρδίαν, ἀλλ' ἤθελεν ὑποτρυφᾶν τῆς μανίας, μᾶλλον τοῖς τῶν

ἀλόντων ἀτυχήμασι τὸν θυμὸν διεκείρων, μελ- A
δὸν κατήκιζε τὸ προσιὸν σῶμα, καὶ πολλῶν
θανάτων φορὰν ἐν μιᾷ συμφορᾷ τῇ ἐλαίᾳ
παρείχετο. οὐδὲν γὰρ ἕτερον ἐν ἀκοαῖς ἐν οὕτω
παμπληθεῖ καὶ πολυανθρώπῳ δήμῳ, ἀλλ' ἢ
μόνον τὸν συρισμὸν τῶν ξίφων, καὶ τῶν τῆς αἵματος
ἐκτῶν τὸν μὴ βίας ἔκρισιν.

μς'. Οὐ πολὺ γὰρ ὃ ἐν μέσῳ, καὶ πάντες
ἔκειντο θάμα πολλῶν ὀδυρμῶν καὶ θρήνων ἐπά-
ξιον. ὡς γὰρ ἐς ἡμᾶς ἔφθανεν ἡ ζημία· τῷ
τείχει γὰρ εἶδον συγκεκυφότες, ἐφώρμησάν ὁμο-
θυμαδὸν καθάπαξ εἰς ἃ προσῆκεν θήραμα.
φθάσαντες δὲ πλησίον, τὸν ὁρμὸν ἐπέσχον. ἐν
γὰρ ὁ ῥηθεὶς ἐν τῷ μεταξὺ πύργος, δι' οὗ διελ- B
θεῖν ἔμελλον καὶ πρὸς ἡμᾶς ἥξεσθαι, ὃς πάλαι
ἐν ὁ ἔδαφος ἅπαν ξύλοις ἐστρωμένος, ἃ ὑπὸ
τῷ χρόνῳ σαπέντα ἐς διαῤῥύησαν, οὐκ ἀσ-
φαλῶς πρόσιτον τὸν ἐκεῖθεν διάβασιν. δύο γὰρ
μόνα κατὰ μέσον ξύλα ἐναπῳώρισαν, δι' ὧν οἱ
τούτου διερχόμενοι ἐπόρευον τὸν πρόσοδον
ἐπεπείρων. ὃ ἀμφίκρημνον ὂν τῇ κινδυνώδους
ἕπου καθιστὰς οἱ Βάρβαροι, ἐφώρασαν μήπω
ἐν μέσῳ τῶν ξύλων ἥκοντες, λαθραίῳ τεχνά-
σματι πεποιηκότες εἴσω τοῦ πύργου, καὶ χρη-
μνιαθῶσι τούτοις προσκυδάσωμεν, εἰς ὕψος
ἐπηρμένου πολὺ, ἐς χαλεπὸν τὸν πτῶσιν ἐπα- C
πειλοῦντος. τοῦτο δὲ ὁ τῶν θαυμασίων Θεὸς τοῖς
αὐτῶν διανοίαις ἐνέβαλεν. εἰ γὰρ ἅμα ὃ πρὸς
ἡμᾶς ἥξεσθαι ζημίας τῆς διαβάσεως κατεπλήμη-
σαν, οὐδὲν ἧττον ἐς ἡμεῖς τῶν κειμένων τὸν ὄλε-
θρον ἐνεμένομεν. τῆς σχολῆς πάσης τῶν λογισμῶν
αὐτῶν διαιρέσεως, τῷ φόβου τὰς ψυχὰς ἕκαστος
ἡμῶν ἀφειλάμενος, εἴ τι καὶ δέοι προσθεῖναι τῷ
καιρῷ χρήσιμον τοῖς φρεσὶ κατεμερίζομεθα. ὡς
XX. Leonis autem Philosophi discipulus, qui & proditionem denun- C tiarat, de sua scientia ab Amermumne interrogatus , Leonis se Philosophi discipulum professus est. Ille porro, ubi quantus vir Leo esset , audivit , ejus videndi desiderio accensus , uni alicui captivorum datis literis, Leoni Philosopho Constantinopolim scripsit , sancteque illi secundas ab se honoris partes obtulit. Leo, literis acceptis ad Theophilum retulit. Theophilus explorata viri scientia , ac ubi tantum hominem nactum se in civitate cognovit, assumptum illum in Palatio in Magnaura constituens, omnique donans immunitate , ingenuosissimos adolescentes disciplinas docere jussit. Hic postea Thessalonicæ Metropolita creatus , a sanctissimo Pa- D triarcha Methodio gradu motus est.

Leo Philosophus, ejusque discipulus.

Leo Philosophus Episcopus Thessalon. hæresis causa gradu motus.

XXI. Anno ejus undecimo , extruit Imperator in Palatio Triconchum cubiculum, & quod Sigma vocant ; graduſque ac subsellia Factionum. Struit vero etiam Phialam, in qua fit quod Saximodecimum vocant , utrarumque partium equis transeuntibus , aureis instratis stragulis. Sub Trichoncho inferius structa machina fecit, quod vocant Mysterium : in quo, quicquid aliquis in uno angulo sese inclinans secreto locutus fuerit, in alio clare exauditur.

Theophili ædificia.

Mysterium.

XXII. Inter hæc comperto Theophilus Imperator , Theophanem Eccle-

Theophanes & Theodorus inscripti vultus.

Βουλου συναθέντες· ἀλλὰ μὴν ⁊ τ Βουδίτζη· τῇ τῶν ἐσθιόντων κεφάλας κεφαλῇ, καὶ μὴ πειθέντες ἀρνήσασθαι τ Χριστόν , ξίφει ἀπετμήθησαν· δηλονότι τ παρόντος καὶ μέλλοντος ζωῆς, τ αἰώνιον ἀγαπήσαντες. καὶ μιᾷ ἡμέρᾳ σὺν τῷ πολιτικῷ ἐρρίφησαν. Ὃ δὲ παραδοξότατον, ὅτι ἑκάστη κεφαλὴ μετὰ τοῦ ἰδίου σώματος ἐνώθη καὶ συνεφύη· καὶ ὥσπερ αἱ ψυχαὶ ἐν ἑνὶ τόπῳ τῶν παραδείσου , οὕτω καὶ τῶν ἁγίων τὰ σώματα μιᾶς ὁσίας παρὰ τῶν πιστῶν ἔλαχον. τούτων τελωθέντων, ἐκέλευσεν ὁ Πρωτοσύμβουλος καὶ τὸν Βουτδίζιν ἀποκεφαλισθῆναι, εἰπών, Οτι καὶ οὗτος , εἰ ἦν ὀρθὸς Χριστιανός, οὐκ ἂν ἦλθε μανείσας. καὶ τούτου γενομένου, καὶ τ σώματος αὐτοῦ ῥιφέντος μετὰ τῶν ἁγίων, ἔξω τῆς * τοιβῆς τούτων κυλίσκετο. καὶ ἡ κεφαλὴ δὲ αὐτοῦ, πόρρω τοῦ σώματος ἦν , καὶ οὐχ ὡς τῶν ἁγίων συγκεκολλημένη. καὶ εἰς τὸν πολεμὸν ῥιφέντων, καὶ πάντων τῶν σωμάτων τῶν ἁγίων, βλέποντος τ ὄχλου, διαπλεομένων, καὶ εἰς τὸ πέραν ἐλθόντων, αὐτοῦ μόνον τὸ σῶμα οἱ κροκόδιλοι διασύραντες κατέκοψάν καὶ κατέφαγον,

* Erat συβῆς.

κ'. Ὁ δὲ τοῦ Φιλοσόφου Λέοντος μαθητὴς, [56] ὁ καὶ μιμητὴς τῆς παρρησίας, ἠρωτήθη παρὰ τοῦ Ἀμερμουμνῆ περὶ τῆς ἐπιστήμης αὐτοῦ· καὶ εἶπεν, Μαθητὴς εἰμὶ τοῦ Φιλοσόφου Λέοντος. ἐκεῖνος δὲ μαθὼν ὁποῖός ἐστιν ὁ Λέων , ἐπεθύμει τοῦτον ἰδεῖν. καὶ δοὺς πιὰ τῶν αἰχμαλώτων γράμματα παρὰ Λέοντα τὸν Φιλόσοφον, ἀπέστειλεν εἰς Κωνσταντινούπολιν, ἱστορῶν δεύτερον αὐτὸν εἶναι ἐν τιμῇ. ὁ δὲ Λέων τὰ γράμματα ἀπολαβών, ἀνήγγειλε τοῦτο Θεοφίλῳ τῷ Βασιλεῖ. ὁ δὲ γνοὺς τὸν ἑαυτοῦ ὑπερέχοντα, καὶ ὅτι τοιοῦτον σοφὸν ἀνδρα ἐν τῇ πόλει αὐτοῦ ἔχει, παρεσκεύασεν αὐτὸν εἰς ὃ παλάτιον ἐν τῇ Μαγναύρᾳ ἔλθειν, παραδοὺς αὐτῷ καὶ μαθητὰς διδάσκειν τοὺς ἐμφυεστάτους νέους· παρέσχον αὐτῷ πᾶσαν ἀπάλειαν. οὗτος καὶ μητροπολίτης μετὰ τοῦτο Θεσσαλονίκης γέγονεν, [57] ὑπὸ τοῦ ἁγιωτάτου Πατριάρχου Μεθοδίου * χειροτονηθείς.

57

* καθαιρεθείς.

κα'. Τῷ ια'. αὐτοῦ ἔτει, κτίζει ὁ Βασιλεὺς ἐν ᾧ παλατίῳ ὃ Τείκλιον, ἐξ ὃ λεγόμενον Σίγμα· καὶ βαθμὰς ἀναβάσεως τ δήμων. ἵππους δὲ καὶ τ Φιάλην ἐν ᾗ γίνεται ὃ [58] Σαξιμοδέξιμον λεγόμενον, τῶν ἵππων, ἀμφοτέρων τ μερῶν διερχομένων μετὰ χρυσῶν χλισμάτων. ὑπὸ δὲ ὃ Τείκλιον κάτωθεν δόλῳ μηχανῆς ἐποίησε ὃ λεγόμενον Μυστήριον ἐν ᾧ, ἐν τῇ μιᾷ γωνίᾳ ὅ ἐάν εἴπῃ τις ἐν μυστηρίῳ παρεσκευῶς, ἐξακούεται ἐν τῇ ἑτέρᾳ φανερῶς.

58

κβ'. Ἐν τούτοις μαθὼν Θεόφιλος ὁ Βασιλεὺς , ὅτι Θεοφάνης ὁ τῶν Ἐκκλησιαστικῶν

σιαστικῶν κανόνων καὶ ὕμνων Ποιητὴς, καὶ Θεόδωρος ὁ αὐτοῦ ἀδελφὸς, καθ' ἑαυτοὺς ζῶντες, τὴν ἀσέβειαν αὐτοῦ κωμῳδοῦσι καὶ διελέγχουσιν, ἄγαγόν αὐτοὺς πρὸς αὐτὸν, καὶ φησὶ, Πόθεν ἐστέ. οἱ δὲ εἶπον, Ἐκ Παλαιστίνης. καὶ ὁ Θεόφιλος, Καὶ διὰ τί τὴν γλυκεῖαν ὑμῶν ἀφέντες, καὶ εἰς τὴν ἡμετέραν ἐλθόντες, οὐ πειθαρχεῖτε τῇ Βασιλείᾳ μου. τῶν δὲ μηδὲν ἀποκριναμένων, τύπτεσθαι αὐτοὺς ἐκέλευσε πρὸς ὄψεις πρὸ τοῦ σφοδρῶς. εἶτα καὶ βουβυρήσας μέχρις αὐτοῦ θανάτου, μετὰ θυμοῦ πρὸς τὸν Ὑπαρχον ἔφη, Λαβὼν αὐτοὺς, εἰς τὸ Πραιτώριον, καὶ πεποίκας εἴδεσι γράψον αὐτοῖς, κολάσας εἰς τὰ πρόσωπα αὐτῶν καὶ νῦν ὁποῖοί εἰσι καλοί, μὴ σοι μελέτω. τοῦτο δὲ εἶπεν, διὰ τὸ εἶναι τοὺς ὁσίους σοφωτάτους. οἱ δὲ ἅγιοι εἶπον, Γράφε, γράφε, Βασιλεῦ, ὃ δικαιοῖ σοι, ὡς μέλλων τὸν διάγοντα ταῦτα ἐνώπιον τοῦ δικαίου Κριτοῦ. ὁ δὲ Ὑπαρχος εἰς τὸ Πραιτώριον τοὺς ἁγίους ἀγαγὼν, γράφει οὐ μόνον ἐν τῷ προσώπῳ, ἀλλὰ καὶ ἐν τοῖς στήθεσι τοὺς στίχους τούτους.

Πάντων ποθοῦντων προσιέναι ἐν τῇ πόλει,
Ὅπου πατάγασι τοῦ Θεοῦ Λόγου πόδες
Ἔστησαν εἰς σύστασιν τῆς οἰκουμένης,
Ὤφθησαν οὗτοι τῷ σεβασμίῳ τόπῳ
Σκοτὸς πονηρὸς δεισιδαίμονος πλάνης.
Ἐκεῖσε πολλὰ λοιπὸν ἐξ ἀπιστίας
Προῆξαντες αἴσχρὰ δεινὰ δυσσεβοφρόνως,
Ἐκεῖθεν ἠλάθησαν ὡς ἀποστάται.
Πρὸς τὴν πόλιν δὲ τοῦ κράτους πεφυγότες,
Οὐκ ἐξαφῆκαν τοὺς ἀθέσμους μοχθείας.
Ὅλην γραφέντες ὡς κακοῦργοι τοὺς ὄψεις,
Καλῶς κρίνονται, καὶ διώκονται πάλιν.

Εἶτα γράψας ἐξορίζει. καὶ διερχομένων αὐτῶν μετὰ τῶν δημοσίων ἵππων, ἔτυχεν αὐτοῖς μεῖναι εἰς Καρπὰ λιμένι. καὶ ἐπεὶ ὁ μέγας Μεθόδιος ὑπ' αὐτοῦ τοῦ θεομισοῦς Θεοφίλου ἐγκεκλεισμένος ἦν, ἐν τῇ τοῦ Ἀντιγόνου νήσῳ ἐν μνήματι μετὰ δύο λῃστῶν, γράφουσιν αὐτῷ Θεόδωρος καὶ Θεοφάνης διά τινος πιστοτάτου ἁλιέως, ὃς καὶ ὑπουργὸς τῷ ὁσίῳ Μεθοδίῳ ἐν ἀτελέσι χρείαις. καὶ γὰρ κατέλαμπεν αὐτῷ διὰ σκοτεινὸν τοῦ τάφου ἀπειλεχών, ἐκέμιζεν αὐτῷ ἑκάστῳ σαββάτῳ ἔλαιον φόλλιν μιᾶς, ὅτε καὶ ἦρκει ταῖς ἑπτὰ ἡμέραις, φωτίζειν τοὺς ἐγκεκλεισμένους. συνέβη δὲ ἐν μιᾷ ἀσθενῆσαι τὸν ἁλιέα, καὶ μὴ ἀπενεγκεῖν ὃ κατὰ τύπον τοῦ σαββάτου· τῇ δὲ προσευχῇ τοῦ ὁσίου, τὸ λῆμμα αὐτοῦ ὁ Θεὸς πρεμυθήσατο, καὶ ἡ ἀπειλοῦσα σβεσθῆναι, μέχρι τοῦ ἑτέρου σαββάτου

Symeon. Logoth. Annal.

A Siasticorum Canonum ac Canticorum Auctorem, cum Theodoro fratre, secum ipsos agentes, illius impietatem sugillare ac arguere, sibi illos sisti jubet, aitque, *Unde estis?* Aiunt illi, *Ex Palæstina.* Tum Theophilus, *Quid causæ est, cur cum patria relicta, in Urbem veneritis, morem non geratis meæ Majestati?* Quibus nihil respondentibus, eorum dure facies percuti jubet. Tum taureis ad mortem usque cum cecidissent, ira furoreque ad Præfectum ait, *Tolle eos in Prætorium, versúsque quos feceris, eorum inscribe vultibus. Nec ulla tibi cura sit, sintne elegantes, necne.* B Hoc autem dixit, quod Viri sancti eruditissimi essent, humanioribusque literis probe instituti. Ad quem Sancti, *Scribe, scribe, Imperator, quod libuerit, ut qui hæc lecturus sis in conspectu justi Judicis.* Præfectus autem adductis in Prætorium, eorum non solum vultibus, sed & pectori sequentes versus inscripsit.

Cunctis ad Urbem accurrere affectantibus,
Castissimos in qua Deus Verbum pedes
Fixit, generi salutem ut humano daret:
Apparuere & isti venerando in loco,
Superstitiosi erroris vasa pessima.
Et inde, multa postquam perfidi Deo
C *Facinora perpetravissent turpia impie,*
Ut desertores vertere jussi sunt solum.
Fugaque in Urbem hanc delati, Imperii caput,
Non destitere ab impura vacordia.
Compuncti igitur facinorosi velut, notis,
Ex Urbe damnati pelluntur hac quoque.

Sic inscriptis vultibus atque compunctis, equis publicis in exilium pulsi sunt: contigitque domicilium in portu Carta dicto habere. Quod vero magnus Methodius ab eodem scelestissimo Theophilo, in Antigoni Insula in monumento cum duobus Latronibus incluſus fuerat, scribunt ad eum Theodorus & Theophanes per fidelissimum quendam piscatorem, qui & sancto Methodio viliora ministeria devotus obibat. Quod enim tenebrosum erat sepulchrum, ad lucernæ usum singulis quibusque diebus Sabbati, olei follem afferebat; eisque inclusis ad lucem septem diebus præstandam satis erat. Cumque aliquando piscatori ægra valetudine laboranti, constitutum Sabbato oleum afferre haud licuisset, ejus Deus defectum Sancti precibus solatus est; cumque jam extinguenda lucerna videretur, ad alterum usque Sabbatum lucere non

S. Methodius in sepulchro cum Latronibus incluſus.

destitit, donec oleum ei allatum est. Per hunc igitur piscatorem scribunt.

Vivo perempto, vivificoque mortuo,
Terram incolenti, ac pariter calcanti polum,
Scripsere Vincto Vincti, & Inscripti notis.

Iis Methodius in hanc sententiam per eundem piscatorem rescripsit.

Libris vicissim descriptos cœlestibus,
Facieque non sine laude compunctos notis,
Secum salutat Vinctos, Vivus obrutus.

Theodorus in exilio mortuus: Theophanes Nicænus Episcopus.

XXIII. Ac quidem sanctus Theodorus in exilio diem obit; cujus defuncti corpus in Chalcedonis Monasterium (quod vocant Michaelitzis) ab ipso postea qui condidit, Michaele translatum est. Inclytus vero Theophanes, ad Michaelem usque ac Theodoram vitæ superstes, a sancto Methodio Patriarcha, Nicææ Metropolita ordinatus est. Ac cum non deessent, qui ejus moleste ferrent ordinationem, dicerentque, *Syrum hominem esse, nec liquere an esset Orthodoxus, cui nemo testimonium perhiberet;* respondit sanctus Methodius, aitque, *Eo, quod secum ille defert* (ostendens inscriptam frontem ac compunctam) *nullum se melius testimonium velle.*

Methodii in sepulchro confessio ac liberatio.

XXIV. Jam vero operæpretium sit, ut & modum enarremus, quo e sepulchro sanctus Methodius revocatus est. Jam ille annos septem cum duobus Latronibus dirissimo arctissimoque sepulchro inclusus egerat; cui Theophilus post durissima verba, maxillas effractas ac dentes excussos, ob cultum sacrarum Imaginum reum addixerat. Exiguum foramen erat in monumento, quo vilem ei escam & aquam inferebant. Porro contigit vertente anno altero, ut Latronum alter eo in lustro atque angulo diem clauderet. Haud vero prorsus latet, quantus e cadavere fœtor exhalet, quanta vermium vis ebulliat, ubi humano fato animam efflaverit. Sustinuere tamen forti animo viri (tum nempe Methodius, tum Latro illi alteri superstes) istiusmodi necessitatem. Septennio itaque expleto, per hunc modum Vir sanctus extrahitur. Theophilus Imperator dum studiorum aliquid meditatur, Dei providentia in Palatii Bibliotheca scriptum libellum incidit, cujus assequi sensum minime potuit. Mittit ergo ad Joannem Patriarcham: similiter quoque ad Leonem Philosophum, in Magnaura Philosophiam docentem, ut a nobis dictum est superius. Amborum tamen inanis

ἕως ἔλαιον * διήρκεσε λάμπουσα. Ἀφ' οὗπερ οὖν τὸν ἁλιέως γράφουσιν,

Τῷ ζῶντι νεκρῷ, καὶ νεκρῷ ζωηφόρῳ,
Καπνιχθῶντι τὴν γῆν καὶ πολιοῦντι τὸν πόλον,
Γραπτοὶ γράφουσι, δέσμιοι εἰ δεσμίῳ.

Πρὸς οὓς πάλιν ἀφ' τοῦ αὐτοῦ ἁλιέως ὁ ὅσιος ἀντέγραψεν,

Τοῖς ἐξ βίβλοισιν οὐρανῶν κλησιγράφοις,
Καὶ πρὸς μίτωπα σωφρόνως ὀστιγμένοις,
Προσπίπτει ὁ ζωΐπλοος ὡς συνδεσμίοις.

κγ'. Καὶ ὁ μὲν τῇ ἐξορίᾳ τελευτᾷ ὁ ὅσιος Θεόδωρος. οὗ τὸ λείψανον ἐν τῇ Χαλκηδόνι μονῇ τοῦ Μιχαηλίτζη, ὃν ὁ κτίσας Μιχαὴλ ὕστερον ἀπεκόμισεν. ὁ δὲ ἀοίδιμος Θεοφάνης, μέχρι Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρας διήρκεσε, καὶ ὑπὸ τοῦ ὁσίου Μεθοδίου Πατριάρχου χειροτονεῖται μητροπολίτης Νικαίας· ὡς καί τινας ἀχαλινώτως ἐπὶ τῇ τούτου χειροτονίᾳ, καὶ λέγοντας, Οτι Σύρος ὅστ. καὶ τίς οἶδεν εἰ ὀρθόδοξος ὑπάρχει, μηδενὸς αὐτοῦ μαρτυροῦντος· ἀπεκρίθη ὁ ἅγιος Μεθόδιος, λέγων, Ἐγὼ ὑπὲρ ταύτου τοῦ μάρτυρείαν, ὃν ἐπιφέρεται (δείξας τοῦ ὀπισθόπου γραφὴν) κρείττονα οὐ θέλω.

κδ'. Ἄξιον δὲ λοιπόν, καὶ τὸν ἀπὸ τῆς πάφου ἀνάκλησιν τοῦ ὁσίου Μεθοδίου διηγήσασθαι. ὅτι ἑπτὰ γὰρ χρόνοις ὁ τρισνοπάτωρ καὶ γενοπάτωρ πάφος μετὰ δύο λῃστῶν κατακλείστος γέγονεν· ὑπὸ Θεοφίλου τοῦτο μετὰ δαιμόνων ἀφορήτων καὶ τοῦ τῶν σταυρῶν θλάσιν, καὶ τοῦ ὀδόντων ἐκείλωσιν, ἀφ' τοῦ τῶν ἁγίων εἰκόνων προσκυνήσιν καταδικασθείς, ὀπὴν μικρὰν μόνον ἔχοντος τοῦ μνήματος, δι' ἧς τοῦ βυτελλίου τὸ καὶ ὕδωρ ἐλάμβανεν· συνέβη τῷ δευτέρῳ ἔτει τὸν ἕνα τῶν λῃστῶν ἐκβιοτεύσαι. ἦν δὲ πάντως οἷα δυσωδία καὶ σκωλήκων βρῶσις τοῦ σώματος τὸ τῆς ψυχῆς ἐξελθούσης τάκτιαθαι. ἐκαρτέρησεν οὖν οἱ ἄθλιοι, ὅ, τε ὅσιος Μεθόδιος, καὶ ὁ συναπολειφθεὶς λῃστὴς, τοιαύτην ἀνάγκην. ἐπαιτεῖται οὖν πληροφόρησις, ἐξέλκεται ὁ ὅσιος τοῦ πάφου τρόπον τοιόνδε. ὁ Βασιλεὺς Θεόφιλος φιλίαν ἐν μελέταις ἔχων, θείᾳ τοῦ Θεοῦ προνοίᾳ ἐν τῇ βιβλιοθήκῃ τοῦ παλατίου γραφίον, ὃν νοῆσαι οὐκ ἠδύνατο, πέμπει οὖν ταύτην τῷ Πατριάρχῃ Ἰωάννῃ· ὁμοίως δὲ καὶ τῷ φιλοσόφῳ Λέοντι ἐν τῇ Μαγναύρᾳ τῆς φιλοσοφίας, ὡς προείρηται, διδάσκοντι· καὶ ἀμφότεροι

* ἀπιοχ- θῆναι.

ἐματαιώθησθμ. λυπεῖται ὁ Βασιλεὺς ἀχθυμακτῶς περὶ τούτου, ὅτι ὕσιν ἡμέραις κατηφὴς καὶ ἄτροφος διήγων. διαῤῥᾷ ὡς τὴν Κουβικουλαρείων, καὶ φησὶ τῷ Βασιλεῖ, Ταύτην Δέσποτά μου σοὶ ἄλλος διασαφῆσαι δυνάται πλὴν γραφῆς· εἰ μὴ ὁ ἐν τῷ μνήματι ἀποκεκλεισμένος Μεθόδιος. Ἀλλ' εἰ κελεύει ὁ κράτος Σου, λαμβάνω ἐγὼ τὰ ζητούμενα, καὶ πορεύομαι πρὸς αὐτὸν διὰ τῆς νυκτὸς, ὡς ἂν δοκῶ γνώμην τοῦ Βασιλείας Σου· καὶ πάντως λαμβάνῃ πλὴν τούτων ἑρμηνείαν ἀναμφίβολον. ὁ δὲ κατένευσε· καὶ τῷ Κουβικουλαρείου ἀπελθόντος πρὸς τὴν νῆσον, μακρόθεν ἔτι ὄντος αὐτοῦ, ἤκουεν τοῦ ὁσίου λέγοντος, Καλῶς ἦλθες ἀδελφὲ Ἰωάννη Κουβικουλάριε· οὕτως γὰρ ὠνόμαστο. οἶδα δι' ὃ ἦλθες ἀποσταλεὶς παρὰ Θεοφίλου· ἀλλ' ἐπίδος μοι χάρτην καὶ μέλαν· καὶ λαβὼν, ὅτι τρισὶν λύσεσι ταῦτα ἐξέλυσε. ἅπερ ἀναγνοὺς ὁ Θεόφιλος, ἐθαύμασεν· καὶ [39] ἀποστείλας ἐπέστρεψεν αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἐκελεύσατο εἰς τὸ λεγόμενον Σίγμα πλησίον αὐτοῦ παραγενέσθαι, μηδένα ἀπὸ τῶν ἔξω εἰς αὐτὸν εἰσέρχεσθαι, πλὴν τοῦ ὑπουργοῦντος τῷ Θεοφίλῳ. αὐτὸς δὲ καθ' ἑκάστην πρὸς αὐτὸν εἰσήρχετο, καὶ τῶν ζητουμένων ἐποίει τὴν ἔρευναν. ὁ δὲ γε καταλειφθεὶς ἐκεῖσε λησὴς, καίπερ ἀφεθεὶς, οὐκ ἠθέλησεν ἐξελθεῖν, ἀλλὰ αὐτόθι ἐτελεύτησεν, σημείοις καὶ τέρασι μεγάλοις κατακοσμηθείς.

[40] κε'. Τῷ αὐτῷ καιρῷ ἔπεσεν [40] ἡ χρυσῆ τοῦ Φάρους πόρπα ἐν τῷ Αὐγουστέῳ Ἰουστινιανοῦ, καὶ ἐδόθη τῷ σκαλωτῇ παρὰ τοῦ Βασιλέως νομίσματα ρ'. Στέφει δὲ Θεόφιλος Μιχαὴλ τὸν υἱὸν αὐτοῦ ἐν τῇ μεγάλῃ ἐκκλησίᾳ, φιλοτιμησάμενος πάντας, ὡς ἔθος, ἐν τῷ στέμματι.

κς'. Τῷ ιϐ'. αὐτοῦ ἔτει, πεπλήρωται ὃν κατεσκεύασε ξενῶνα, τὸν νεῶν Θεοφίλου λεγόμενον· οἶκον μὲν τὰ πρῶτα γενόμενα Ἰσιδώρου Πατρικίου, τοῦ ἀπὸ Ῥώμης μετ' Ὀλυβρίου ἐλθόντος ἐπὶ Κωνσταντίνου τοῦ μεγάλου· μετὰ δὲ χρόνους ἐκδοθέντα χυρατώρια εἰς τὸ κατοικεῖν ἔκρυσε γυναῖκας τῶν ἀγρῶν, μὴ εἰδύας ὠφεληθῆν. ὅτε δὲ Λέοντος τοῦ Ἰσαύρου, ξενοδοχεῖον ἐπ' αὐτοῦ ἐκ πορνείου ἐχρημάτισεν. εἶτα γήρασεν οἶκος Κωνσταντίνου τοῦ Εἰρήνης υἱοῦ, μετὰ τὸν ἐπὶ τῆς μητρὸς γενόμενον εἰς αὐτὸν τύφλωσιν. τελευτήσαντος δὲ αὐτοῦ, ἡ γυνὴ αὐτοῦ μοναστρια, Μοναστήριον αὐτὸν κατεσκεύασεν, καὶ Τὰ Μετάνοιας ἐκάλεσεν. ξύλον οὖν μέγιστον τοῦ τρικλίνου ἀποκλασθὲν, ἐπείλει πεσεῖσθαι· αἱ δὲ μοναζουσαι τοῦ Βασιλέως διερχομένου, περὶ αὐτοῦ ἐδεήθησαν.

Symeon. Logoth. Annal.

A conatus fuit. Hinc Imperator amaro animo ac indignabundus, dies aliquot morosus ciboque abstinens, agit. Interim Cubiculo præfectorum non nemo, assumpta fiducia, in hæc fere verba ipsum alloquitur. *Hanc, Domine mi, scripturam, alius nemo explicare potest, nisi qui in monumento inclusus tenetur, Methodius. Sed si jubet sacra Majestas, acceptis quæ dubiæ quæstionis sunt, noctu velut Te inscio, ad eum pergam; prorsusque nihil dubiam ac ancipitem expositionem referam.* Annuit Imperator: profectoque in Insulam Cubiculario, ac cum longe adhuc positus esset, audit Sanctum dicentem, *Bene veneris,* B *frater Joannes Cubicularie* (sic enim ille vocabatur) *scio quamobrem missus es a Theophilo. Verum trade chartam & atramentum;* qua acccepta, triplici solutione nodum explicavit. Lectis vero, quæ ille scripserat, Theophilus admirari; mittensque in Palatium tulit, ac prope se in cubiculo, quod Sigma vocant, habitare præcepit; exterorum quemlibet ad eum accedere, uno duntaxat excepto illius ministro, prohibuit. Ipse vero quotidie ad eum ingrediens, si quæ dubiæ quæstionis erant, ex illo exquirebat. Latro autem in sepulchro relictus, quanquam liber dimissus erat, exire noluit; sed C magnis signis ac prodigiis fulgens, eo ipso loco vitæ finem fecit. Latro Methodii in carcere socius, sancto fine consummatus.

XXV. Eodem tempore cecidit aureus globus laternæ in Augusteo Justiniani; datique scandulario centum nummi, quorum illa pretio restituta. Coronat vero Theophilus Michaelem filium in magna Ecclesia, cunctosque magnifice donat, uti in ejusmodi inaugurationum solenniis moris est. Michael Theophili filius coronatus.

XXVI. Anno Imperii Theophili duodecimo, absoluta est domus Hospitalis, quam nunc Theophili vocant: Fueruntque primum Isidori Patricii ædes, ejus, qui Roma cum Olybrio venit, Constantino magno Imperatore: Multisque deinceps annis, Imperatoris addictæ fisco, nobilium scortis fœminarum habitaculum præbuere. Leone autem Isauro Imperatore, quæ ædes lupanar erant, in Hospitalem domum cesserunt. Exin Constantino Irenes filio, posteaquam a matre excæcatus fuerat, domus extitere. Quo defuncto, illius uxor Sanctimonialis institutum amplexa, Monasterium construxit, ac Metanœæ (id est, Pœnitentiæ) nuncupavit. Triclinii igitur maxima confracta trabes, ruinam minabatur. Sanctimoniales vero, illac iter habentem Theophilum opem ferre rogarunt. Theophili domus Hospitalis.

Ille itaque caput protendens, domumque conſpiciens ac ea delectatus, Sanctimonialibus in aliud Monaſterium tranſlatis, omniſque generis ornatu exculta domo, peregrinis excipiendis Hoſpitalis ritu eam addixit, opibuſque ac pomeriis locupletatam, Theophili vocavit.

Theophili mors, Theophobi cædes.

XXVII. Dyſenteriæ autem morbo laborans Imperator, ejuſque gravius doloribus cruciatus, conſilium cum ſuis gregalibus, de Theophobo Perſa init. Cum enim non neſciret, multa eum apud Perſas, quin & apud Procerum non paucos, pollere fide, iiſque chariſſimum eſſe, timuit, ne forte ipſo vivis exempto, ſpreto Michaele filio, Imperii faſces Theophobo deferrent. Mittens itaque in Palatium adductum eum, ſub cuſtodia habebat. Exinde ingraveſcente morbo, cervices illi abſcindi jubet. Videnſque exſectum caput, *Jam*, inquit, *Theophobe, tum tu in vivis eſſe deſiſti, tum ego curis ſolutus ſum:* diroque mox cruciatu male ſpiritum abrupit. Ejus in SS. Apoſtolorum elatum funus: Theophobi, in ejus domum prope Narſetis ædes. Inter hæc Perſis exquirentibus Theophobum, quid utique illo factum eſſet, *Vivere eum in Palatio*, Aulici aſſeruerunt. Percrebuit hactenus ea fama apud Perſas, Theophobum haudquaquam mortem guſtaſſe.

Ἰλθὼν οὖν ἐκεῖνος τὴν κεφαλὴν προβαλὼν καὶ τὸν οἶκον θεασάμενος καὶ τερφθεὶς, μετοικίζει μὲν τὰς μοναζούσας ἐν ἑτέρᾳ μονῇ· αὐτὸν δὲ κόσμῳ πολυτελεῖ καλλωπίσας, ξενῶνα πεποίηκεν, ὑποδοχὴ χρήματα καὶ πραγάτια, καὶ τὰ Θεοφίλου ἐπονομάσας.

κζ'. Δυσεντερικῷ δὲ νοσήματι παρειμένος ὁ Βασιλεὺς, βουλὴν βουλεύεται μετὰ τῶν ὁμοφύλων αὐτοῦ περὶ Θεοφόβου τοῦ Πέρσου. Εἰδὼς γὰρ ὅτι πολλὴν πίστιν καὶ ἀγάπην ἔχουσιν εἰς αὐτὸν οἱ Πέρσαι, καὶ ὄχι τῶν ὀλίγων ὄντων ἐν τῷ παλατίῳ, ἐφοβήθη μή πως αὐτοῦ τελευτήσαντος αὐτὸν καταστήσωσι Βασιλέα, τὸν υἱὸν αὐτοῦ Μιχαὴλ ἀπωσάμενοι· καὶ ἀποστείλας ἤγαγεν αὐτὸν ἐν τῷ παλατίῳ, καὶ ἐν τηρήσει εἶχεν. Εἶτα βαρηθεὶς ὑπὸ τῆς νόσου, προστάσσει ἀποκεφαλισθῆναι αὐτόν. καὶ τῷ κεφαλιῶσαι ἰδών, ἔφη, Ἄρτι Θεόφοβε, καὶ σὺ ἀνέπαυσας, καὶ ἐγὼ ἀπεφορτίσθην. καὶ οὕτως ὁ πνεῦμα αὐτοῦ κακῶς καὶ ὀδυνηρῶς ἀπέρρηξε. Τὸ δὲ σῶμα αὐτοῦ εἰς τὸν ναὸν τῶν ἁγίων Ἀποστόλων ἀπεκηδεύθη. Ὁ δὲ τοῦ Θεοφόβου, ἐν ᾧ οἴκῳ αὐτοῦ πλησίον τῶν Ναρσοῦ. ὅτε πυθόμενοι τῶν Περσῶν ὑπεζωσμένων τὸν Θεόφοβον, Τί ἄρα γέγονε, οἱ τοῦ Βασιλέως ἔπεισθεν αὐτοῖς ἐν ᾧ παλατίῳ διαιτᾶσθαι. οὕτω τῷ ἔθνει ἐκφοβοῦντα τοῦτο Πέρσαις ἄχρι τῆς ὧδε χρόνων, θανάτου μὴ γεύσασθαι τὸν Θεόφοβον.

ROMANORUM IMPERATOR
MICHAEL
ET THEODORA.

ΡΩΜΑΙΩΝ ΒΑΣΙΛΕΥΣ
ΜΙΧΑΗΛ
ΚΑΙ ΘΕΟΔΩΡΑ.

I. MUNDI annus ſexies-milleſimus trecenteſimus trigeſimus-quintus; divinæ Incarnationis, octingenteſimus trigeſimus-quintus, Romanorum Imperator Michael & Theodora annos quatuordecim. Michael ſolus, annos decem; Baſilio collega, annum unum, menſes quatuor: ſimul annos viginti-ſeptem, menſes quatuor. Theodora cum pia eſſet & fidelis & orthodoxa, marito adhuc in vivis agente ſacras Imagines colebat ac venerabatur. Hæc, ſua ipſa ſententia, ſimulque illi auctore & hortante Theoctiſto Caniclei Præfecto & Logotheta, impium Patriarcham Joannem, Eccleſia ejicit, tametſi ejus Compater erat, atque in Monaſterium quoddam quod Clidium vocant ad Stenum, exilio relegat. Illic agens, cum Chriſti Dei

Ejectus Joannes Patriarcha a Theodora.

α'. ΚΟΣΜΟΥ ἔτος ,ϛτλε'. τῆς θείας Οἰκονομίας ἔτ. ωλε'. Ῥωμαίων Βασιλεὺς Μιχαὴλ καὶ Θεοδώρα ἔτη ιδ'. μῆνες ἔτη ιβ'. καὶ σὺν Βασιλείῳ ἔτος α'. μῆνας δ'. ὁμοῦ ἔτη κζ'. μῆνας δ'. Ἡ Θεοδώρα εὐσεβὴς οὖσα καὶ πιστὴ καὶ ὀρθόδοξος, ἔτι τοῦ ἀνδρὸς αὐτῆς ζῶντος, λάθρα τὰς ἁγίας εἰκόνας ἐτίμα καὶ ἐσέβετο. ἣν ὡς γνώμην μὲν αὐτῆς, ὑποθήκην δὲ καὶ παράνεσιν Θεοκτίστου Κανικλείου καὶ Λογοθέτου, ἐξελαύνει τῆς ἐκκλησίας τὸν ἅγιον Πατριάρχην Ἰωάννην, καίτοι συμπενθερὸν αὐτῆς ὄντα, παραπεμψασα τοῦτον ἐν τῷ Στενῷ εἰς τὸ καλούμενον Κλείδιον ἔν τινι μοναστηρίῳ. κἀκεῖ αὐτὸν τῆς τοῦ Χριστοῦ τοῦ Θεοῦ

43 ἡμῶν εἰκόνας καὶ τῆ Θεομήτορος 43 καὶ τῶν Ἀρχιστρατήγων κατορύξασα, τοῖς ὀφθαλμοῖς αὐτῶν ἐξορύξαι ἠβουλήθη. κωλυθεῖσα δὲ, πέμπει καὶ μαστίξαι αὐτὸν ἀφειδεστάτοις λώροις, εἰσάγει δὲ τὸν ἁγίου Μεθόδιον. τοὺς δὲ ὑπὸ Θεοφίλου ἐξορισθέντας μοναχοὺς καὶ ἐπισκόπους ἐκώσασα, τὴν ὀρθόδοξον ἐβεβαίωσε πίστιν, καὶ τὴν ἐκκλησίαν εἰρωνεύσην τῆ πρώτη Κυριακῆ τῶν νηστειῶν. ἐξελαύνει τοίνυν Θεοδώρα τὸν ἁλιτήριον Ἰωαννῆν τοῦ Πατριαρχείου ἔτσι τοιῶδε. δηλοῖ γὰρ αὐτῆ ἀφὸ Κωνσταντίνου Δορυφορείου τῆς βίγλης, ὡς πολλοὺς πολλαχόθεν συνελθόντας θεοφιλεῖς τε ἄνδρας καὶ μοναχοὺς, δέεσθαι ἐποιήσατο πρὸς τὴν βασιλείαν μου, τὴν ἁγίαν πατρώαν κελεύσαι ἀνατηλωθῆναι εἰκόνας. Εἰ μὲν οὖν ὁμόλογος εἶ τούτοις καὶ σύμφωνος, καὶ δὴ τὸν παλαιὸν κόσμον ἡ τοῦ Θεοῦ ἐκκλησία ἀπολαμβανέτω. Εἰ δ' ἀμφίβολος, καὶ τὴν γνώμην οὐκ ἔχων θεῖαν, τῆ μὲν θείου ἔξω γενόμενος καὶ τῆς πόλεως· χῶρει δὲ πρόσω ἵνα ἀφεθῆτε, μέχρις ἂν ὁ σύλλογος τῶν ἁγίων Πατέρων γένηται μεθ' ὑμῶν. οἱ δὲ ἕτοιμοι ἀφαδικάζεσθαί τε καὶ ἀφαλέγεσθαι καὶ πείθειν σε περὶ τούτων κακῶς λέγοντα. ὁ δὲ Πατριάρχης, ἢ μᾶλλον Φατριάρχης, κατὰ τὸν ὑπὸ τῶν Πατριαρχείῳ Θεσσαλὸν τρίκλινον τοιοῦτος ἀνέκειτο ὑπὲ σκίμποδος, τὰς βασιλικὰς ἀγγελίας διηκούσας· ὡς ἅμα τῆ ἀκοῆ τῶν λόγων βληθεὶς τοῦ ψυχοῦ, βουλεύσασθαι ἔφη περὶ τούτου καλῶς· καὶ τὸν ἀπερχόμενον θύρας ἀπέστελλε· καὶ θᾶττον ἢ λέγω ἐγχειρίδιόν τι λαβών, τὰς κατὰ γαστρὸς φλέβας ἀπέτεμνε, ἃς ἤδη αἵματι μὲν καὶ εἶκτον ὑπὸ τῆς αἵματος δαψιλοῦς ἐκχύσεως ἀπτεχεῖν τοῖς πολλοῖς, θάνατον δὲ ἢ τινα κίνδυνον, οὐδαμῶς. Θορυβὸς οὖν καὶ βοὴ θύρας πρὸς ἐκκλησίαν· οὐ μόνον δὲ ἀλλὰ καὶ τὰς βασιλικὰς ἀκοὰς προφθάνουσα τῆς Δορυφορείου, ὡς ἡ Δέσποινα ἀφὸ τῆς Δορυφορείου τὸν Πατριάρχου κατέσφαξεν. τῷ οὖν λεγομένων ἐπιτηδὲς ἀκριβὴς ὁ Πατρίκιος Βαρδᾶς ἀποσταλεὶς, αὐτάς τε τὰς πληγὰς ἐκ προνοίας ἠμυημένας ἡρέμα πως, καταφώρασιν· καὶ τὸ δράμα τῆς ἔλεγχον οὐ διέφυγεν, αὐτῶν τῶν προσπόντων κατειπόντων αὐτῷ, καὶ τὰ τῆς τομῆς ὄργανα· φλεβοτόμα δὲ ἐκεῖνα, εἰς μέσον καταβαλλόμενα. ἔκλοτε οὖν σοβεῖσθαι λόγου ἀξιωθεὶς, ὡς ὅτι τοιαύτη αὐθαιρέτῳ αἰτίᾳ ἐνοχλημένος, τῆς ἐκκλησίας ἀπελαύνεται ὁ ἁλιτήριος, καὶ κατά τινα μονὴν ἐν τῷ Κλιδίῳ ἀπεσείεται. ἐν ᾗ Ἁγίων εἰκόνας ξέσας, τύπτων ἡ Βασίλισσα μάστιξι ἑξακοσίαις παιδεύει, καὶ κατὰ τὸ προάστιον αὐτῆς, ὃ λέγεται Ψιχά, ἀποστέλλεται.

A nostri sanctæque Deiparæ, nec non cælestis militiæ Principum Imaginibus oculos effodiisset, in eam sententiam Theodora erat, ut & illi lumina effoderet. Verum non siverunt quorum res consilio gerebantur; quocirca mittens, ducentis flagris cædit, sanctumque Methodium inducit; ac quos Theophilus Monachos ac Episcopos relegaverat, in unum cogens, Orthodoxam fidem confirmavit, primaque Dominica Quadragesimæ pacem Ecclesiæ reddidit. Ejicit itaque Theodora Patriarchæ ædibus scelestissimum Jannem in hunc fore modum. Mandat per Constantinum Excubiarum Drungarium, *Multos undique religiosos viros ac Monachos in unum collectos, supplicationem porrexisse, ut omni veneratione colendas Imagines erigi ac restitui pro imperio juberet. Siquidem ergo*, ait, *in eandem & ipse confessionem consentis, suum Dei Ecclesia ornatum recipiat. Sin autem hæsitas, nec recto mentis sensu incedis, relicta Sede ac Urbe, ad suburbanum tuum discedito, donec sanctorum Patrum cœtus una tecum rem pertractaturus coëat. In promptu enim habent disceptare ac disputare, deque his male sentientem ad saniorem sensum reducere.* Verum Patriarcha, seu (verius dicam) Fatriarcha, in Thessalo triclinio in ædibus Patriarchalibus in suppedaneo scabello id temporis jacens, auditis Divalibus jussis, moxque eorum auditione animo saucius, *Probe se ejus rei gratia deliberaturum* respondit; ac statim nuntium remisit, dictoque citius arrepta lanceola, ventris sibi venulas incidit; quas vulgo, cruore copia effluente, timorem ac miserationem excitaturas, non vero mortem, aut periculi aliquid creaturas, noverat. Sublatus itaque statim rumor ac clamor totam late personat Ecclesiam: quin & ante Drungarium, Aulam occupat; *Augustam illius opera, Patriarcham necasse.* Misso itaque Barda Patricio, qui diligenter rem inquireret, sensim ex industria deprehensum facta vulnera; nec fabula ullo colore tegi potuit. Ipsi famuli in eum rei testes: prolata in medium sectionis organa; lanceolæ scilicet in eum usum, sanguinemque aperta vena minuendum, compositæ. Jam ergo quasi nullius frugis (quippe in tali manifesto deprehensus facinore) miser Ecclesia pellitur, & in Monasterium quoddam Clidium nomine relegatur: ubi cum Imagines abraderet, ducentis Augustæ flagris vapulat, & ad sua suburbana mittitur, quæ vocant Psica.

Hæc nobis 1. Dominica.

Ioannis Syncel. Patriarchæ res.

II. Hic igitur, quem dicebam, A Joannes Patriarcha, pro ſua impietate Jannes appellatus, uno piorum fideliumque ſuffragio, non advena quiſpiam ac extraneus fuit, ſed indigena Urbiſque Auguſtæ civis, ex ingenua ac prænobili Morocardianorum (ut vocant) ortus proſapia; Monaſteriique ſanctorumque Sergii & Bacchi, quod eſt ad Hormiſdæ ædes olim Præfectus, interque Palatinos Clericos cooptatus, a Michaele Balbo tenere amabatur, ſive uno hoc, quod fovendæ hæreſis illi ſocius erat, ſive etiam pro ea eruditionis laude, qua aliqua pollere videbatur. Quovis certe titulo amabatur, ac Theophili præceptor præficitur. Theophilus mox Imperii habenas adeptus, Syncelli prius honore donat, tumque etiam Patriarcham Conſtantinopolitanum conſtituit; cum is illi divinatione ex pelvi ac præſtigiis, quædam futurorum vaticinia ederet. Præſtigiæ in eo poſitæ. Gens quædam infidelis truciorque, tribus Ducibus quandoque Romanam ditionem incurſabat atque vaſtabat. Ea res, ut par eſt, animi anxium triſtemque Theophilum, omneſque ſubditos habebat. Mœſtitiam Joannes ponere jubet, pectuſque ſecurum ac gaudii plenum gerere, ſi modo ejus velit conſiliis morem gerere. Id vero illi conſultum. *Inter æneas Circi ſtatuas ad Euripum unam quandam tricipitem ſtare. Ejus tria illa capita magice conſecrata, ad gentis illius referri Duces.* Jubet ergo tres maximos fabricatos malleos, tribus viris robuſtiſſimis in manus tradi. Profunda itaque nocte utriſque ventum ad ſtatuæ locum: Joannes laici habitu ſeſe occultabat: viri autem ſtabant ſublatis malleis; cum ille magicis ſecum invocationibus peractis, unumquemque fortiter omnique robore atque viribus ictum dare clamoſus incœptor præcipit. Ac unus quidem & alter duo capita decuſſerunt: tertius vero inflexit quidem ille paululum, non tamen etiam totum a trunco amputavit. Sic igitur ſe fere Ducum res habuere. Gravis inter illos orta diſcordia, in bellum civile prorupit. Ex illo unus alterque ceciderunt; tertius unus ipſe ſuperſtes fuit, etſi non ſano prorſus robore. In eum modum ad nihilum redacta gens illa, ad ſua rurſus ſe fugâ, ingentique clade attrita, recipit.

Superſtitioſa ac magica ſtatuæ demolitio.

III. Poſtquam igitur religioſiſſima, quam dicebam, Theodora, ſuum Eccleſiæ ornatum reddiderat. (A Leone enim Amalecita ad Reſtitutionis

β'. Οὗτος οὖν ὁ προρρηθεὶς Ἰωάννης Πατριάρχης, ὁ δὶ οἰκείαν ἀπόφασιν Ἰάννης παρὰ τῶν εὐσεβῶν ὀνομαζόμενος, οὐκ ἐπιλύς τις ἢ ξένος· αὐτόχθων δὲ ἦν τῆς βασιλίδος τῶν πόλεων βλάστημα, ἦν οὐκ λίαν εὐγλωττοῖς καταγόμενος στόμασι, τῶν οὕτω, Τῶν * Μωρακαρδιανῶν λεγομένων, καὶ τῆς τοῦ ἁγίων μαρτύρων Σεργίου καὶ Βάκχου, τῶν ἐν τοῖς Ὁρμίσδου μονῆς ἡγούμενος αὐτῶν ἦν, καὶ τῶν Βασιλέως κληρικοῖς καταριθμούμενος, διαφερόντως παρὰ Μιχαὴλ ἠγαπᾶτο τῷ Τραυλῷ, εἴ τε τῷ μόνῳ τούτῳ, κοινωνὸς εἶ) τῶν τούτου αἱρέσεως, εἴ τε καὶ τῷ διαφέρειν δόξαν τινὰ ἐρημικὸς· πλεῖον ἠγαπᾶτο, καὶ τῷ Θεοφίλου διδάσκαλος ἐγκαθίσταται. καὶ ἐπεὶ τῆς τῆς βασιλείας ἔσχεν ἰσίας, Σύγκελον μὲν πρότερον τοῦτον τιμᾷ· εἶθ' ὕστερον καὶ Πατριάρχου καθίστησιν Κωνσταντινουπόλεως, προγνώσεις τινὰς διὰ λεκανομαντείας καὶ γοητείας αὐτῷ ἀπαγγέλλοντα. καὶ γοητεία τοιαύτη. ἔθνους ποτὲ τοῖσιν ὑφ' ἡγεμόσι στρατηγουμένου, [44] ἀπίστου τε καὶ σκληροῦ τῶν Ῥωμαίων χώραν κατέσχε καὶ ἐλυμαίνετο. ὡς εἰκὸς οὖν ἀθυμοῦντα ὁπὶ τούτῳ τῷ Θεοφίλου καὶ τὸν ὑπηκόου πάντας, ἀποσκυδάσασθαί που τὸν ἀθυμίαν ξυμβουλεύει, θάρσους τε πληρωθῆναι καὶ χαρᾶς, εἴ γε μόνον τῇ τούτου ἐπακολουθεῖν βουλῇ. ἡ δὲ ἦν τοιαύτη. ἐν τοῖς εἰς τὸν Εὔριπον τῷ ἱππαδρομίου χαλκοῖς διφυσιάσιν, ἐλέγετο τὶς εἶ) διφυσιὰς τρισὶ διαμορφουμένους κεφαλαῖς, ἃς κατὰ ἕνα στοιχίωσιν πρὸς τοὺς τῶν ἐθνους ἐκείνου ἄρχοντας δυνῆναι. σφύρας οὖν μεγίστας σιδηρᾶς πρὸς προσέταξεν ἁλῆναι· καὶ δυσὶ ἄνδρασιν ἐγχειρισθῆναι ἰσχυροτάτοις τισίν. πόρρω δὲ τῶν νυκτῶν ὁπὶ τὴν διφυσιάσιν ἦσαν ἀμφότεροι· ὁ μὲν Ἰωάννης διὰ λαϊκοῦ σχήματος ἑαυτὸν προσκέπων· οἱ δὲ ἄνδρες μετεώρους τὰς σφύρας ἔχοντες, καὶ αὐτὸς τοῖς στοιχωτικοῖς λόγοις ἐπιτιθῶν, παίειν ἕκαστον ὡς ἔχει δυνάμεως προστίθει νεανικῶς τε καὶ ἰσχυρῶς. ⁂ οἱ μὲν δύο, τὰς δύο τῶν διφυσιάσιν κεφαλὰς ἀπέκοψαν· ὁ δὲ ἕτερος, μικρὸν μὲν κατέκλινεν, οὐ μὴν καὶ ὅλην τῶν σκιωμάτων ἀπετέλεσεν. τούτοις οὖν καὶ τὰ κατὰ τοὺς ἡγεμόνας ἐξηκολούθησε. ἔρεισος γὰρ κρατησάς αὐτοῖς ἐπαναστασούσης καὶ ἐμφυλίου μάχης, ἀπὸ τῶν ἑνὸς οἱ δύο τῶν ἡγεμόνων πίστωσι κατὰ τὸν τῶν κεφαλῶν ἀκρωμίου, τῶν τρίτου μόνου διασωθέντος, οὐχ ὑγιὰς δέ. οὕτως εἰς ὃ μηδὲν εἶ) ὃ ἔθνος χωρῆσαν, πρὸς τὰ οἰκεῖα αὖθις μετὰ φυγῆς ἀφορμῆς καὶ συμφορᾶς.

γ'. Τῆς δὲ θεοφιλοῦς, ὡς εἴρηται, Θεοδώρας, τῇ ἐκκλησίᾳ τὸν ἑαυτῆς κόσμον δούσης· ἀπὸ γὰρ Λέοντος τοῦ Ἀμαλικήτου ἕως τῆς Ὀρθοδοξίας

* Μωρακαρδιανῶν. alter MS. C.

[44] ἀπίστου

ὅτι τριάκοντα χρόνοις κατῆρχον οἱ Εἰκονο-
45 κλάσται τῆς ἐκκλησίας· [45] αἴτησιν ποιήσαντες πρὸς
τοὺς παρόντας ἁγίους Πατέρας, λέγουσα. Οἶδα
ὅτι δέδωκεν ὑμῖν ὁ Θεὸς ἐξουσίαν ὅτι τῆς
γῆς ἀφιέναι ἁμαρτίας, καθὼς τὸ εὐαγγέλιον τοῦ
Χριστοῦ. ἐπιστᾶσι οὖν ὁ Βασιλεὺς Θεόφιλος,
ὡς οἴδατε πάντες, δικαιοκρίτης μὲν εἰ καὶ
ἄλλος τις, καὶ πάντα καλῶς διοικῶν, ὡς
μάρτυρές τε· εἶχε δὲ μόνην ταύτην τὴν αἵ-
ρεσιν, ἣν καὶ τελευτῶν ἀπηρνήσατο, καὶ μὴ
δακρύων κατ' αὐτὴν τὴν ὥραν τῆς ἐξόδου,
ἐμοῦ τούτῳ ταύτας δούσης τὰς ἁγίας εἰ-
κόνας καταφίλησι, καὶ οὕτως ἐξέπνευσι. δότε
μοι καὶ ἀνθ' ἑαυτῶν ἐγγράφως, ἀφεθῆναι αὐτῷ
τὴν ἁμαρτίαν ταύτην μόνην· περὶ δὲ τῶν λοι-
πῶν, οὐ φροντίζω. πρὸς ταῦτα οἱ Πατέρες,
τὰ μὲν πρῶτα σιγήσαντες, εἶτα καὶ δα-
κρύσαντες τοῖς αὐτοῦ ὑπακμαστωθέντες δάκρυσι·
πρὸς δὲ, καὶ τὴν τῶν ἁγίων Εἰκόνων ζητοῦντες
τιμὴν, κοινῇ ψήφῳ καὶ γνώμῃ δι' ἐγγράφου
ἀσφαλείας τὴν πίστιν τούτου τῇ Δεσποίνῃ ἐδί-
δοσαν· ἐφ' οἷς τὴν ἐκκλησίαν βεβαίως κα-
ταλαβόντες, καὶ Μεθοδίῳ τῷ ἁγιωτάτῳ τὴν
τῆς Ἀρχιερωσύνης ἀποδεδωκότες τιμὴν, τῇ
προτέρᾳ τῶν ἁγίων νηστείᾳ κυριακῇ σὺν τῇ Βα-
σιλίσσῃ, πανήγυριν ὑμνῳδίαν τῶν τῶν Βλα-
χερνῶν τῆς Θεοτόκου ναῷ ἀφ' ἑσπέρας τετελε-
κότες, τῇ ἑωθινῇ μετὰ λιτῆς τῷ μεγάλῳ τοῦ
Θεοῦ Λόγου τεμένει καταλαμβάνουσι, καὶ τὸν
κόσμον αὐτῆς αὖθις ἡ ἐκκλησία λαμβάνει· τῆς
θείας μυσταγωγίας τελεσθείσης ἁγνῶς· πάν-
των τῶν αἱρεσιωτῶν, ἐν πάσῃ τῇ ὑφ' ἥλιον
καθαιρέσει ὑποβληθέντων μετὰ καὶ τοῦ ἀρχιε-
ρέως αὐτῶν· ὃς ἦν ὁ προφητικὸς Ἰωαννίης.

ιθ'. Οὔπω οὖν μετὰ τῆς αὐτῆς, ὡς εἴρηται,
συμμορείας τῇ καθαιρέσει ὑποβληθείς, οὐκ
εἶλεν ἡσυχῇ ἀφεῖναι τὸν ἑαυτῷ κατάπτυστον
βίον· ἀλλ' ἔτι κατὰ τῶν ἁγίων εἰκόνων ἐνεα-
νιεύετο. καὶ γάρ τις ὑποφήτειος πάλιν ἔν τινι μονῇ
γεγονὼς, εἰκόνος θείας κατὰ τὸν ἔσω ἱσταμένης,
καὶ ἀτενῶς ἀτενίζουσης αὐτῷ, μὴ φέρων ἔτι
ὁρᾶν τὴν ἐκείνης πρὸς αὐτὸν ἐπικαπτόσθην
θέαν, καθαιρεθῆναι ταύτην ἀφ' ὑψηλοῦ οἰ-
κέτου προστάττει, καὶ τοὺς ὀφθαλμοὺς κατα-
ρύπτεσθαι, τοῦτο μόνον ἐπιλέγων, Ὡς τὴν
αὐτῆς οὐ δύναμαι μορφὴν ἐνορᾶν. ἤκουσε γοῦν ταῦτα τῇ Δεσποίνῃ, καὶ τοὺς ὀφ-
θαλμοὺς αὐτοῦ ἐκείνου τῇ ἰδρυθείσῃ ἐκτυφλοῖ.
Ἀλλ' οὐδ' οὕτως ἦν ἀγαπητὸν αὐτῷ τῆς
ἡσυχίας ἐρᾶν. μῶμον δέ τινα ἐπιρρᾶψαι μετὰ
τῶν ὁμοίων αὐτοῦ πρὸς τὸν ἁγίου Μεθοδίου

A Imaginum ſolennia, annos circiter triginta Imaginum incenſores ignia-riique ſacrilegi, Eccleſiarum potiti erant) petitionem ad Patres qui col-lecti erant, in hæc verba offert. *Non me latet, datam vobis a Deo poteſtatem dimittendi peccata ſuper terram, quemadmodum ſacris Chriſti Evangelii tabulis perſcriptum eſt. Quandoquidem igitur Theophilus (ut ſcitis omnes) juſtitiæ, ſi quis alius, tenax fuit, ac cuncta probe adminiſtrabat, ut & ipſi teſtamini; unaque hac duntaxat hæreſi laborabat, quam & in extremis agens abnegavit; ſubque exitum horam oppletus lacrymis, me offerente, ſacras Imagines oſculo veneratus, in eum modum efflavit animam: vos quoque hanc mihi ſcripto facite gratiam, ut & hoc unum illi peccatum dimittatur: nam de reliquis, ſecura ſum.* Ad quam Patres, cum primum quidem conticuiſſent, tumque ejus provocati lacrymis, in lacrymas ipſi perinde prorupiſſent; ac cum præterea hoc molirentur ac ſatagerent, ut ſanctarum Imaginum cultum ſtatuerent; uno calculo ac ſententia, ejus rei ſecuritatis fidem ſcriptam Auguſtæ tradiderunt. Quo pignore rata Eccleſiam poſſeſſione adeuntes, ſummique Sacerdotii dignitate ſanctiſſimo Methodio reddita, Dominica prima ſanctorum Jejuniorum una cum Auguſta, totam noctem ſacris cánticis in Blachernarum Dei Genitricis Æde a veſpera peragentes, ſolenni mane ſupplicatione ad magnum Dei Verbi Templum adeunt, ac ſuum rurſus Eccleſia recipit ornatum; divinis ſancte pureque concelebratis Myſteriis, cunctiſque in univerſo orbe Hæreticis, cum eorum, quem dixi, Antiſtite (id eſt, Joanne) depoſitioni ſubjectis.

Theophili expetitum, conceſſumque Patribus veniæ diploma.

IV. Hic igitur cum ſodalitio, ſic, ut dictum eſt, gradu motus, inque ordinem redactus, haud tamen adduci poterat, ut execrabilem vitam ſuam quiete tranſigeret: ſed adhuc ferociebat adverſus ſanctas Imagines. Rurſus enim in quodam exul Monaſterio, cum divina quædam Imago in tecto conſiſtens, intentis in eum oculis quaſi deſpiceret; non ferens ille deſuper intuentem, deponi per quendam famulorum jubet, ejuſque oculos effodi, unum hoc ſatisfactionis addens, *Non poſſe ſe illius formam cernere.* Audivit Auguſta, ipſiuſque Jannis cæcat lumina. At ne ſic quidem quietis amorem in animum induxit; ſed hoc ſtudebat cum ſodalibus, ut S. Methodii famæ labis aliquid quovis modo

Erutis Imagini oculis, eruti & Jannis.

Depulſa Methodio illata calumnia.

Castitas miraculo firmata.

aspergeret. Seducta itaque muliercula A quadam, stupri expostulant. Beatissimus autem Patriarcha, qui petra scandali videri nollet, nudatis a se verendis partibus, iis emarcidis, secus ac se res solito habeat, exsuccisque inventus est. Causam rogatus, ait, *Cum Romæ versarer, ac carnis titillationibus sensuque libidinis pulsarer, supplex precibus ad Apostolum Petrum accessi. Adstitit ille noctu, easque partes tangens, ait,* Deinceps securus esto a libidine. *Ego autem gravi concitus dolore somnum excussi; exque illo tempore a libidinis æstu illo immunis fui.* Quin & mulier tuto servata, tentaque, fabulam omnem enarravit; aurique vim datam adhuc colligatam; ipsorum denique sigillis munita signacula ostendit. Exposcebant Judices justas ex eis pœnas; verum sancti Methodii deprecatione exorata Clementia, immunes dimisit.

V. Cum igitur per ejus diei festam jucunditatem (Dominicæ scilicet Ορθοδοξίας, quam vocant, id est, Restitutionis Imaginum) ad Cariani Regias ædes, quas Theophilius filiabus, in quibus habitarent, exstruxerat, ac Mauricius Imperator primum condiderat, universum Ecclesiæ cœtum C Theodora Augusta dapibus acciperet; nec a convivio ullus Sacerdotum, ullus Confessorum abesset: quibuscum affuit & Theophanes Nicææ Episcopus. Ubi itaque convivii ardor deferbuerat, jamque tragemata ac placenta (quæ scilicet secundarum mensarum sunt) apposita erant; Augusta intentis jugiter oculis, inscriptum Theophanis vultum oblegente ac ingemiscente, contigit ut & ipse velut ex condicto vicissim aspiceret, ejusque in se obversos Dominæ oculos fixosque adverteret. Quærit itaque, *Quid causæ sit, cur sic intenta in illum aspiceret?* Respondit, *Illius se tolerantiam admirari ex inscriptis ori literis, ejusque qui horum auctor extitisset, sævitiam.* Tum beatus Theophanes nulla reverentia ductus, nec quæ jam sancte promissa erant, animo reputans, *Ejus* (inquit clara admodum voce) *scripturæ nomine, adversus virum tuum in incorrupto Dei judicio acrius disceptabo atque contendam.* His Augusta auditis, mœstoque animo facta, ac lacrymis offusa, *Hæ* (inquit ad Sanctum) *vestræ scripto firmatæ promissiones ac munera, ut non solum viro non indulgeatis, sed & actionem ipsi intendatis, atque in judicium trahatis? Non* (inquit surgens

Theophanis durior disciplina, non satis Patribus probata.

προσάπτῃ· καὶ [46] γυναῖκα τινὰ φρενα- [46]
πατήσαντες, κρυφιγαμίας ἔγκλημα τούτῳ
ἐπισφέρουσιν. ὁ δὲ μακαριώτατος Πα-
τριάρχης, μὴ θέλων πέτρα σκανδάλου
λογίζεσθαι, τὰ κρύφια αὐτῆς ἀπογυμνοῖ,
καὶ θύρην αὐτὴν ὁ εἰκὼς μεμαρτύρηκε·
καὶ ὃ αἴτιον ἐρωτηθείς, εἶπεν, Ὅτι
ἀπόντος μου ἐν Ῥώμῃ, ἐπεὶ τῆς γε-
νεσιουργοῦ ὁρμοῦμαι, τῷ Ἀποστόλῳ Πέ-
τρῳ προσῆλθον δεόμενος· ὃς τῇ νυκτὶ ὑπα-
στάς, τῇ δεξιᾷ τὰ αἰδοῖα κατεπάσατο, ὑπο-
φηξάμενος, Μὴ τὸ λοιπὸν πλησθῇς φι-
ληδονίας. ἐγὼ δὲ σφοδρῶς ἀληθὴς,
διϋπτιάθην, καὶ ἔκτοτε ἀβλαβὴς διέ-
μεινα. Ἀλλὰ μοὶ ὁ γυνὴ ἀσφαλῶς
κρατηθεὶς, πόρτα ἀφηγήσατο, καὶ ὃ δο-
θὲν αὐτῷ χρεῖος, τῆς ἀποδόσεως ἔτι πε-
ριεχλημμένου, καὶ τῇ αὐτοῦ βούλλᾳ σεσημασ-
μένου, ἐπεδείκνυε. καὶ αὐτοῖς μὲν τιμωρῆσαι
ἐβούλετο· τῇ δὲ τοῦ ἁγίου Μεθοδίου προ-
κλήσει πύπτει εἴασεν.

ε'. Ὡς οὖν τῇ ἑορτῇ ταύτῃ, ἤγουν τῇ τῆς Ορθοδοξίας λεγομένῃ κυριακῇ, ἐν τοῖς τοῦ Καριανοῦ παλατίοις, ἃ τῇ ἔσεκεν τῇ ἑαυτοῦ θυγατέρων ὁ Θεόφιλος ἐνῴκοδόμησεν, ὑπὸ Μαυρικίου τοῦ Βασιλέως ὡς ὁ πρῶτον κατασκευασθέντα, ἡ Βασιλὶς Θεοδώρα ἅπαν ὃ τῆς ἐκκλησίας πλήρωμα ἐστία· καὶ οὐκ ἦν ὅς οὐ μὴ πρῶτος ἐκ τῶν Ἱερέων καὶ Ὁμολογητῶν· μεθ' ὧν καὶ ὁ Νικαίας Θεοφάνης ἦν. ἐπεὶ δὲ τὰ τῆς βρώσεως πρόκειμαι, καὶ τὰ τραγήματα μετὰ τῶν πλακουντῶν παρέκειντο, συνεχῶς ἀτενίζουσα τῆς Βασιλίδος, καὶ τὰ ἐν τῷ μετώπῳ γράμματα τοῦ ὁσίου Θεοφάνους καθορώσης καὶ στενάζουσης, συνέβη καὶ πάλιν ὡς ἐξ ὁμολόγου ἀντιφθαλμῆσαι, καὶ ταύτην σιδεῖν ἀτενίζουσαν αὐτόν. Φησὶν ὁ Χριστοῦ, Τίς ἄρα ἡ αἰτία τῆς πρὸς ἐμὲ σου ἀτενοῦς ὁράσεως. ἡ δὲ ἔφη, Τὸν σὸν τῶν γραμμάτων θαυμάζω καρτερίαν σου, καὶ τὸν τοῦ σοῦτο δράσαντος ἀπόνοιαν. καὶ ὁ μακάριος Θεοφάνης μηδὲν βλαβηθείς, ἢ τῶν προσφαλισμένων λήθοντος, Ὑπὲρ ταύτης τῆς γραφῆς, ἔφησεν οὗ μάλα πρᾴνως, ἐν τῷ τοῦ Θεοῦ ἀδεκάστῳ δικαστηρίῳ σφοδρότερον δικαιώσομαί σε μετὰ σοῦ. τοῦτο ἀκούσασα ἡ Βασίλισσα, καὶ παρέλυπος γλυκυθυμίᾳ καὶ στωμυλίᾳ, ἔφη πρὸς τὸν ὅσιον, Αὗται αἱ δι' ἐγγράφων ὑποσχέσεις ὑμῶν καὶ ὁμολογίαι, ὡς μὴ μόνον οὐ συγχωρηκέναι, ἀλλὰ καὶ πρὸς ἀγῶνας ἄγειν αὐτόν; Οὔ, φησὶν ὁ Πα-

ὁ Πατριάρχης αὐτῷθεν ὀμόσας καὶ οἱ λοιποὶ τοῦ Ἱερέως, Βασίλιαται, οὐ. Ἀλλ' ἔτι βεβαίως τὰ ἡμέτερα, καὶ ὀλιγωρείας τούτου λογιζομένης εἰς οὐδέν. οὕτω μὲν οὖν ἐσιγάσθη ταῦτα, καὶ τὰ τῆς ἐκκλησίας ἔθη ἀκίνητα διέμεινεν.

ϛ'. Αἵρεσις δέ τις καὶ ἑτέρα αἵρεσις ἡ οὕτω, Τῶν Ζηλίκων λεγομένη, ἀπὸ τοῦ ἑαυτῆς ἀρχηγοῦ, Ζήλικι μὲν ὀνομαζομένῳ, φέροντι δὲ πάνυ τοῦ σκηπτὸς ἐν ταῖς πομπαῖς. ἐκκεκαθάρθη δὲ, καὶ πρὸς ὑγιεῖδαν μετανέχθη ἐν τῷ βασιλικῷ, τῶν τοῦ μύρου μόνου μετὰ χειρῶν ἐμφωτίων τε καὶ ἐσθημάτων καλλιξιωθέντων χρίσεως τοῦ δύπ- B ποιουμένων αὐτῶν, καὶ τελεσθέντων λαμπρῶς.

ζ'. Τῷ β'. αὐτῆς ἔτει, ἀπέστελε Θεοδώρα Θεόκτιστον τὸν Λογοθέτην καὶ τὸν Κρήτης, καὶ κακῶς πᾶς ὑπὸ χεῖρα χρησαμένους, αὐτὸς μὲν πάνυ φυγαδείαν ἠσπάσατο· ὁ δὲ στρατὸς, μαχόμενος ἔργον τῶν ἐν Κρήτῃ γέγονεν.

η'. Τῷ γ'. αὐτῆς ἔτει, Ἀμηρ καὶ Ῥωμαίων στρατούσαντες, αὐτὸν πάλιν Θεοδώρα ἀπέστελε μετὰ πολλῆς δυνάμεως· καὶ πολέμου ἐν τοῦ Μαυροτόπου γενομένου, πάλιν ἡττᾶτο· καὶ πολλῶν ἁλόντων, πλείους οἱ κρατηθέντες ἦσαν. Θεόκτιστος δὲ πρὸς τὸν βασιλικὸν ἐλθὼν, πάλιν τῆς αὐτῆς οἰκειότητος ἐτύγχανε· καὶ τοῦ τῆς Αὐγούστης Θεοδώρας ἀδελφῷ C Βάρδᾳ εἰς ὀλίγους λόγους ἐλθὼν, τὸν ἥττων τούτῳ προσῆπτε καὶ ἀνέπειθεν, ὡς τῇ πραγμάτων τούτου καὶ τῇ συμβουλῇ, ὁ Ῥωμαϊκὸν ἐτρώθη στράτευμα.

θ'. Τῷ ζ'. ἔτει, τοῦ Βασιλέως Μιχαὴλ ἀνδρωθέντος, καὶ πᾶς κυνηγίοις καὶ ἀνθαιρεσίαις προσέχοντος, ἐπεὶ ἔγνω Θεοδώρα συμφιλιωθῆναι αὐτὸν Εὐδοκίαν τὴν τοῦ Ἰγνάτιος, μισουμένην δ' ἀμφοῖν τῇ Αὐγούστῃ καὶ τοῦ Λογοθέτου, ζεύγνυσιν αὐτῷ Εὐδοκίᾳ τὴν τοῦ Δεκαπολίτου, καὶ στεφανοῦνται ἐν τῷ ναῷ τοῦ ἁγίου Στεφάνου τοῦ ἐν τῷ Δάφνῃ.

ι'. Τῷ ι'. αὐτοῦ ἔτει, ὁ τῶν Βουκελλαρίων Στρατηγὸς ἤγαγε τῷ Βασιλεῖ ἵππον θαυμαστὸν καὶ ἡνιοχον, σκληρότατον δὲ πάνυ, ὡς μὴ δύνασθαι τινὰ ἰδεῖν καὶ ἀπὸ τῶν ὀδόντων τὸν χρόνον αὐτοῦ. ἀλλομένου οὖν ὅπη τύχοι τοῦ Βασι- 50 λέως, πρὸν Θεοφιλίτζης ἐκφυγεῖν, [10] ὁ τῶν Νουμέρων τότε καὶ τοῦ τείχους Κόμης ὤν, εἶπεν τῷ Βασιλεῖ, Ἔχω νεώτερον ἐμπειρότατον καὶ ἀνδρεῖον εἰς τοὺς ἵππους, ὃν ἀγαπᾷ ὁ Βασιλεία σου, τοὔνομα Βασίλειον. τοῦ δὲ Βασιλέως κελεύσαντος, πρόσω ἦλθε. καὶ τῇ μὲν μιᾷ χειρὶ τὸν χαλινὸν τοῦ ἵππου κρατήσας,

confestim Patriarcha ac reliqui Sacerdotes) *Non plane, sed firma erunt nostra promissa; illa hujus spretione nihili habita.* Sic quidem illa sedata sunt, manseruntque Ecclesiæ scita inconcussa.

VI. Fuit & alia quædam hæresis, quam Zelicum vocant, cum suo auctore, qui ipse Zelix nuncupatus, A secretis cum primis dignitate fulgebat. Emendatus vero est, & ad sanam doctrinam traductus in Regio processu; his qui illi adhæserant, sociisque, unguenti duntaxat unctione cum novis luminibus atque vestibus delibutis, corumque splendide apparatu perfectis. Zelicum hæresis.

VII. Anno Theodoræ Imperii altero, missus Theoctistus Logotheta adversus Cretam; maleque subditis usus, tum ipse fugam iniit, tum exercitus, Cretensium ferro necatus est. Cretensis Theoctisti expeditio.

VIII. Illius Imperii anno tertio, susceptа Ameræ adversus Romaniam expeditione, Theodora eundem rursus Theoctistum cum ingentibus copiis in illum misit: commissoque prælio in Maurotopo, iterum superatus est; multisque cæsis, plures fuere captivi. Theoctistus ad Augustam reversus, eadem rursus illius potitur necessitudine: Habitoque cum Barda Augustæ fratre colloquio, cladem ei adscribit, velut ejus hortatu ac consilio cæsus sit ac profligatus Romanus exercitus. Ejusdem Agarenica. Bardæ offensa.

IX. Anno Imperii septimo, Michaele in virum augescente, otiumque omne & operam venatui ac impudicitiis dante; comperto Theodora jungi eum amicitia Eudociæ Ingeris filiæ, cujus protervi mores illi pariter ac Theoctisto exosi essent, Eudociam Decapolitæ filiam illi conjugem jungunt; inque sancti Stephani Templo, quod est in Daphne, nuptiales ambo corollas accipiunt. Michaelis nuptiæ.

D X. Ejus Imperii anno decimo, Bucellariorum Dux, admirandum equum ac strenuum, ferocem tamen ac intractabilem, Imperatori adduxit. Nec qui vel ætatem explorare posset dentium indicio ullus erat, ob ejus indomitam indolem. Anxius animi ea re Imperator: ac cum audisset, qui tum Numerorum ac muri Comes esset, Theophilitzes, ad eum infit; *Habere se adolescentem equorum expertissimum ac virum fortem, Basilium nomine, ejusmodi scilicet cujus se compotem fore Imperator exposceret.* Mox itaque jubente Imperatore adductus Basilius est; ac dextera quidem, equi frænum tenens, Basilius Michaeli innotescit.

alteraque illius apprehensa aure, ad ovis mox mansuetudinem adegit. Placuit Michaeli, traditque Andreæ Hetæriarchæ, Sodalibus adlegendum, & ut equis Regiis curam navaret.

Basilii Natales & fortuna.

XI. Fuit Basilius genere Macedo, Adrianopolitanus patria: Adhæsitque Macedoniæ Prætori Tzantzæ, ejus addictus obsequio. Annos viginti-quinque natus erat: nihilque ex illo elucratus, in Urbem se contulit. Ingressus vero Chrysem portam, quod fessus ex itinere, diesque Dominica erat, in sancti Diomedis (quod Eliæ Templum prius vocabatur) exedra ad januam jacebat. Erat enim hæc viris mulieribusque communis Ecclesia (velut quam parœciam dicimus) cui Mansionarius Nicolaus nomine præerat. Huic noctu quidam apparens, vocato illi infit, *Surge, domumque Imperatorem inducito.* Surgens ille, nemineque invento præter Basilium pauperis more jacentem, revertsus iterum lecto recubuit. Similiter vero etiam secundo se res ita habuit: tertia autem vice majore vi ac expressione illius gladio percusso latere, *Nonne vides,* inquit, *qui extra portam jacet? Is ipse Imperator est: ipsum domum inducito.* Propere itaque tremensque egressus, inventum cum pera atque baculo Basilium, intus collegit. Mane balneo poculisque accipiens, ac vestes mutans, cum eo lætabatur. Erat Nicolao frater Medicus, qui ipse, ei, quem dicebam, Theophilitzi merebat. Is cum Nicolaum forte convenisset, viso Basilio, miratusque staturæ præstantiam ac formæ venustatem ex fratre scisitabatur, *Undenam is esset?* Cui ille cuncta aperuit, uno duntaxat excepto viso. Post paucos itaque dies, cum Theophilitzes, hominem strenuum equili suo præficiendum quæreret, adfuit Medicus, ac quæ noverat, retulit de Basilio. Cito igitur ille adductus est. Cujus statim aspectu, Theophilitzes ipsius amore affectus est. Quod vero robustus juvenis & constipatus magnoque capite erat, Cephalæ nomen indidit; suoque equili addixit. Exinde, ut dictum est, Michaeli tradidit. Michael itaque Imperator, inducto ad matrem Basilio, *Ades,* inquit, *mater, ac vide quem hodie hominem nactus sim.* Egressa illa, conspecto homine, pedem retulit, aitque, *Hic est, fili, qui genus nostrum ac familiam delebit.* Nullam tamen is matri fidem habuit, aut quicquam morem gessit.

Theodoræ de Basilio vaticinium.

Ignatius Methodii successor Patriarcha.

XII. Anno ejus undecimo, sancto Patriarcha Methodio defuncto, ejus

τῇ δὲ ἑτέρᾳ τῶν ὠτὸς δραξάμενος, εἰς ἡμερότητα προσάγει μετέβαλε. ἐφ' ᾧ θαρσαλέως ὁ Βασιλὰς, προσδίδωκεν αὐτὸν τῷ Ἑταιριάρχῃ Ἀνδρέᾳ, τῷ εἰς τὸν ἑταιρείαν ἔχειν, καὶ τοῖς ἵπποις τῶν Βασιλέως ἐκδουλεύειν.

ια'. Γέγονε δὲ οὗτος ὁ Βασίλειος ἐκ Μακεδονίας, ἐκ χωρίων τῆς Ἀδριανουπόλεως. καὶ προσκεκολλήθη τῷ Στρατηγῷ Μακεδονίας τῷ Τζάντζῃ ἐκδουλεύειν. ὢν δὲ ἐτῶν κε'. καὶ μηδὲν πρὸς αὐτῷ ὠφεληθείς, ἦλθεν εἰς τὴν πόλιν. καὶ εἰσελθὼν ἔσω τῆς Χρυσῆς πόρτης, ἐπὶ κεκοπωμένος ὢν ἀπὸ τῆς ὁδοιπορίας, κυριακῆς ἡμέρας οὔσης, ἐκάθισεν ἀναπαυθείς [51] ἐν τῷ πεζουλίῳ τοῦ ἁγίου Διομήδους, ὃς ὁ αὐτὸς, Ἡλιοῦ ναὸς ἐχρημάτισε. καθολικὴ γὰρ ὢν ἡ ἐκκλησία, καὶ ἐπὶ Περσμουαείου τοὔνομα Νικολάου· ᾧ καὶ ἔφαιν τῇ νυκτὶ πὶς φωνήσας, Ἐγρηγόρις εἰσάγαγε τὸν Βασιλέα ἔσω. ὁ δὲ ἐγρηγόρις, οὐδένα εὗρεν, εἰ μὴ τὸν Βασίλειον κείμενον ὡς πέπτα. καὶ ὑπτιάσας, πάλιν ἀνεκλίθη εἰς τὸν κοίτην αὐτοῦ. ὁμοίως δὲ τοῦτο καὶ ἐκ δευτέρου ἐγένετο. εἰς δὲ τρίτον, μετὰ ῥόμφαίας ἔπληξε τὸν πλευρὸν αὐτοῦ, εἰπὼν, Οὐ βλέπεις ἔξω τὸν πυλῶνος κείμενον; αὐτὸς ἔστιν ὁ Βασιλάς· εἰσάγαγε αὐτόν. ἐξελθὼν οὖν μετὰ σπουδῆς σευόμενος, καὶ εὑρὼν τὸν * Βασιλέα μετὰ πήρας καὶ ῥάβδου, εἰσήγαγεν ἔσω. καὶ τῇ ἐπαύριον λούσας, ἔπλαξεν αὐτόν· [52] καὶ * ἀδελφοποιὸν ποιήσας, στεφανοφραγένετο αὐτοῦ. ὢν δὲ ὁ Νικολάου ἀδελφὸς ἰατρὸς δουλεύων τῷ Εἰρηνικῷ Θεοφιλίτζῃ, ὃς καὶ μετὰ τύχην ἐλθὼν πρὸς τὸν ἀδελφὸν αὐτοῦ Νικόλαον, ἰδὼν τὸν Βασίλειον. καὶ θαυμάσας τὸ, τε φύσημα τῆς ἡλικίας αὐτοῦ καὶ ὃ εἶδος ἠρώτα τοῦ ἀδελφοῦ, Πόθεν ἐστὶν. ὁ δὲ, πάντα εἶπε πλὴν τοῦ ὁράσεως. μετ' ὀλίγας οὖν ἡμέρας τῷ Θεοφιλίτζῃ ζητοῦντος ἀνδρεῖον ἀνδρῶν εἰς τοὺς ἵππους αὐτοῦ, πρῶτος ὁ ἰατρὸς, καὶ πρὸς τοῦ Βασιλείου διηγήσατο. ἦλθεν οὖν ὁ Βασίλειος σεμνόμενος· καὶ θεασάμενος αὐτὸν Θεοφιλίτζης, ἠρέσθη. ἐπὶ δὲ ὑπόσυρος ἦν καὶ μεγαλοκέφαλος, καλῶ αὐτὸν Κεφαλᾷ· καὶ δίδωκεν αὐτῷ δουλεύειν τοῖς ἵπποις αὐτοῦ. οὕτως, ὡς εἴρηται, δίδοται ὁ Βασιλῆς Μιχαήλ. ὁ δὲ Βασιλὰς Μιχαὴλ εἰσαγαγὼν τὸν Βασίλειον πρὸς τὴν μητέρα αὐτοῦ, εἶπεν, Δοῦρε, ἴδε μήτηρ ἄνδρα οἷον ἐπελαβόμην νῦν. ἡ δὲ ἐξελθοῦσα καὶ πόθεν ἰδοῦσα, ἀπεστράφη, εἰποῦσα, Οὗτός ἐστι, τέκνον μου, ὁ μέλλων τὸν γλυκὺν ἡμῶν ἀφανίσαι. ὁ δὲ Βασιλὰς οὐδαμῶς ἐπείσθη, ἢ ἤκουσε τῆς μητρὸς αὐτοῦ.

ιβ'. Τῷ ια'. ἔτει αὐτοῦ, ἐτελεύτησεν ὁ ἐν ἁγίοις Πατριάρχης Μεθόδιος, καὶ αὐτ'

αὐτὸν χλευασθῆναι Ἰγνάτιος ὁ υἱὸς Κουροπαλά-
του τοῦ βασιλεύσαντος. τῷ δὲ Βουλγάρων
τῷ Θρᾴκην καὶ Μακεδονίαν λῃζομένων, ἡ
Θεοδώρα ταξιάρχους πέμψασα, τύπτειν τῆς
ῥύμης ἔσχεν.

ιγ'. Τῷ ιγ'. ἔτει αὐτοῦ, Βάρδας ὁ Καῖσαρ
ἔξω τῆς πόλεως ὤν, συνεφιλιώθη Δαμιανῷ
Πατρικίῳ καὶ Παρακοιμωμένῳ ὃς τὸν Βασι-
λέα κρατήσας, ἔπεισεν εἰσελθεῖν σὺν τῇ πόλει
τὸν Βάρδαν καὶ εἰς τὸ παλάτιον ἔρχεσθαι. οἰ-
κειωσάμενος δὲ καὶ τὸν Πρωτοσπαθάριον Θεο-
φανίτην τὸν Φαλγανίτην, καὶ ἄλλους τινάς, * ἀπο-
κτείνει τὸν Θεόκτιστον ἐν τῷ παλατίῳ, μὴ καὶ
τῆς τοῦ Βασιλέως συνῳδίσεως. τοῦτο μαθοῦσα
Θεοδώρα, ἠγανάκτησε κατὰ τοῦ Βασιλέως καὶ
τῶν ἄλλων, οἱ τὸν φόνον κατειργάσαντο, καλα-
σοωνιζομένη αὐτῶν. ἀλλὰ καὶ φωνῇ βεβαρυ-
τονημένῃ, ἐνδεδυκότος θαλαμεύεται. τῷ Απο-
στράτῃ γάρ τις ἐκ Μελισσίνων καλέσαι
τὸν οἶκον, αὐτῇ ἀπεφήνατο, Παλινδρομεῖν
οἴκαδε, τῇ τοιαύτῃ ἡμέρᾳ κρουσιούτων ἀπο-
καλῶν. Τοῦ δὲ Μιχαὴλ πάντι τρόπῳ μηχανω-
μένου τὴν μητέρα ἐξιλεώσασθαι, αὐτὴ ἀπα-
ρηγόρητος ἔμεινεν· ὅθεν καὶ μεταβαλὼν ὁ Βα-
σιλεὺς ὥσπερ τὴν ψυχὴν καὶ τὴν γνώμην, οὕ-
τω δὴ καὶ τὸ σχῆμα καὶ τὴν ἐνέργειαν, το-
σούτοις προσώποις αὐτὴν λυπεῖν κατηπείγετο,
ὅσοις πρὸ τούτου θεραπεύειν ἐμηχανήσατο. καὶ
δὴ μὴν ἀδελφὰς αὐτοῦ Θέκλαν, Αναστασίαν
καὶ Ἄνναν, εἰς τὰ Καρίανου μεθησᾷ. Πουλ-
χερίαν δὲ ὡς ἠγαπημένην τῇ μητρὶ, ἐν τῇ
μονῇ τῶν Γαστρίων. Εἶτα μετ' ὀλίγον καὶ πάσας
ἐνώσας ἐν τῇ μονῇ τῶν Γαστρίων ἀπέκειρεν.
τότε δὴ καὶ ὑπὸ τῆς συγκλήτου πάσης ἀνα-
ῥρύεται καὶ αὐτοκράτωρ. καὶ τὸν Βαρδᾶν προ-
καλεῖται Μάγιστρον καὶ Δομέστικον τῶν σχο-
λῶν. ἐφ' οἷς ἡ μήτηρ αὐτοῦ ‖ λυπουμένη, 53
ὡς ἀβουλευτήτως· ἀλλὰ μὴν καὶ ἀφ' οὗ τοῦ
ἄδικον σφαγὴν Θεοκτίστου, ἔμφρα ἦν ἀνα-
μίσητον αὐτῶν ἄπασιν. καθάπαξ τοίνυν καὶ αὐ-
τοῦ εἰς τὰ Γαστρία· ἤ τις τῇ ἀθυμίᾳ καθα-
παυθεῖσα τὸν νοῦν, καὶ ὑπ' ἐκπλήξεως ἀφαι-
ρεθεῖσα καὶ ὁ φρενῖτις, ἀναλῦσαι ἑαυτῇ συσκευά-
ζεται τῷ Βάρδᾳ βουλῇ, ἐλομένῃ κοινωνὸν σὺν
ἄλλοις πολλοῖς καὶ τὸν τοῦ Βασιλέως Πρωτο-
στράτορα· ὅπως ὑποστρέφοντος τοῦ Βάρδα ἀπὸ
τοῦ παρασείου αὐτοῦ τοῦ Κοσμηδίου, ἀναιρή-
σουσιν αὐτόν. τῆς δὲ μελέτης πρὸ τοῦ ἔργου
φανερωθείσης, κατ' αὐτῶν ἐκείνων τῶν μελε-
τησάντων ὁ κακὸν ἐξεκύρησεν. Φωραθέντες γὰρ καὶ
